


55A.700

Oct 19th
1900

Eur.
870.

Dpol



Selectissimarum Orationum & Con-
sultationum

DE BELLOTVR CICO

variorum & diuersorum
Auctorum,

VOLVMEN TERTIVM,
AD REGES ET PRINCIPES
CHRISTIANOS,

RECENSENTE
NICOLAO REVSNERO LEOR.
Iuris. & Consiliario Saxonico.



77

LIPSIAE,

CVM PRIVILEGIO CESAREO ET SAXONICO
Auctori concessso.

551.700



CORZÁGOS SZÉCHÉNYI KÖNYVTÁR
Átengedett főispéldány

M. N. MÚZEUM KÖNYVTÁRA
Nyomtatv. Növedéknapló

1895. év. 475. sz.



S Y N O E Ω

D. PHILIPPO REGI HISPANIÆ
CATHOLICO

D. HENRICO IV, REGI GALLIÆ
CHRISTIANISS.

D. ELISABETHÆ REGINÆ ANGLIÆ
ET BRITANNIAE

D. IACOBO VI, REGI SCOTIÆ
ET HIBERNIAE

D. CHRISTIANO IV, REGI DANIAE
ET NORVEGIAE

D. SIGISMUNDO III, REGI POLONIAE
ET SVECIAE

SERENISSIMIS
ORBIS CHRISTIANI
LVMINIB.

POTENTISSIMIS
REIP. CHRISTIANÆ
COLVMINIB.

A
JEHOVA TRINO UNO
PATRE LVMINVM BONORVM
OMN. DATORE
A QVO, PER QVEM. ET IN QVO
SYNT OMNIA
PACIS ET CONCORDIAE
DEO
REGE REGVM, DOMINO
DOMINORVM
REGVM CORDA IN MANV SVA
HABENTE
MODERANTE AC
DIRIGENTE
IVSTITIAE ET MISERICORD.
PARENTE
TER OPT. MAX.
RELIGIONIS ET FIDEI
ORTHODOXÆ FOEDVS
SACROS.
IVSTITIAE ET PACIS
SALVTARIS OSCVLVM
ILLIBAT.
CONCORDIAE ET GRATIAE
AVGVSTÆ VINCVLVM
PERPET.
QVO

QVO TANDEM
BELLORVM ET CERTAMINVM
DOMESTICOR. ODIIS DISCIDIISQ.
PRORSVS EXTINCTIS

Imo &

NOMINIB. EORVM CAVSISQ.
NOVIS IN SEMINE
COMPRESSIS

PENITVS OMNI DISCORDIAE
SCINTILLVL A CONSOPITA

PROFLIGATA AD TARTARVM
ATA ILLA TARTAREA

vna cum

TRIBVNIS ET SIGNIFERIS
TVRBAR. PVBLICAR.

Tumultum ex tumultu, bellum ex bello
ferentib.

Ad rebellandum, quam bellandum
ferociorib.

Priuatim degeneribus, in publicum
exitiosis

LEGE ILLA ΑΜΗΣΤΙΑΣ ANTIQVA
(ΜΗ ΜΝΗΣΙΚΑΚΕΙΝ)

Qua amicitiae immortales, inimicitiae
jubenter esse mortales

PERPETVO DVRATVRA ITERVM
REVOCATA

DOMINO EXERCITVM
CHRISTO DVCE ET AVSPICE
CHRISTO

*MILITIAE CHRISTIANÆ
ANTE SIGNA*

PRO LEGE ET GREGE
PRO ARIS ET FOCIS
PRO FIDE ET SALVTE
CHRISTIANA

Contra
BARBARVM ET IMPIVM TYRCAR.
TYRANNVM

HOSTEM CHRISTIANI NOMINIS
PERPET.

HUMANI GEN. PERD VELLEM
EXSECRABILEM

TAM AVXILIIS QVAM VOTIS
COMMVNIB. SVSCEPTA
EXPEDITIONE

CONSTANTER ET SINCERE
SACRAMENTO

MILITARI AVCTORATI

SVB

S V B.
SACRAE CRVCIS VEXILLIS
Imò sub
CHRISTI SVPREMI IMP. SIGNIS
COMMVNIB.
FORTITER FELICITER Q.
COMMVNIA STIPENDIA
MERENTES

Profligatis superatisq. Barbari hostis
opibus & copijs

Pro Patria, pro Ecclesia, pro CHRISTO
OMNIVM EX VOTO

Rebus præclarè fortiterq.
gestis

Pace, Libertate, Tranquillitate publ.
restituta

Imperatorijs onusti manubij
ampliss.

PII, FELICES, INCLYTI
VICTORES

AC TRIVMPHATORES
(ANNVE O REX REGVM)

CORONAM OB SERVATOS REIPVB.
CHRISTIANÆ CIVES
SEMPER FLORENTEM
SALVTIS ET INCOLVITAT.
PERPET.

IMMORTALIS FAMÆ ET GLORIÆ
DECVS REPORTENT
ÆVITERNVM

HÆC

HÆC INQVAM VNIVERSA
ET SINGVLA

VNIVERSIS ET SINGVLIS
SINGVLIS ET VNIVERSIS

MILITIÆ CHRISTIANÆ
AVCTORIB. ET
ACTORIB.

Omnia præterea fausta &
secunda

ANIMO ET VOTO VERE
CHRISTIANO

SEMEL ATQ. ITERVM
COMPRECATUS

SINGVLOS ITEM ET VNIVERSOS

AD

BELLI SACRI ET SOCIALIS
FOEDVS INVOL.

Si quid Christiani nominis
amor potest

Quanto potest opere

INVITANS, VOCANS,
PROVOCANS

OPE-

OPERIS ANTITVR CICI

Volumen Tertium

MAIORVM REGVM ANTECESSOR.

VIRTUTIS ET GLORIÆ

PERENNE DECUS ET

TESTIMONIVM

IN

MILITARIS TESSERAE

Non mutæ, sed vocalis

SYMBOLVM

NICOLAVS REVSNERVVS

LEORIN. IVRISC.

SINCERI ET CONSTANTIS

ERGA

CHRISTIANAM REMP.

STUDII

FIDELIS ET DEVOTI

ERGA

MAIEST. REG.

OBSEQVII

MONIM. PERPET.

LVE. MERITORQ.

DED. CONSECR.

(:)

IN.

INDEX ORATIONVM TERTII VOLVMINIS.

- | | |
|---|-----|
| I. Francisci Philelphi ad Carolum VIII. regem
Francorum | 1 |
| II. Caroli Balbiani Legati Mediol. ad eundem
Carolum R.F. | 24 |
| III. Baiazetis Turcarum Tyranni ad Ludouicū
cum XII. Regem Francorum Epistola 28
& de ea Francisci Philelphi iudicium | 30 |
| IV. Iacobi Sadoleti ad Ludouicum XII. Regem
Francorum | 33 |
| V. Aeneæ Syluij nomine Legatorum Orienta-
lium ad Philippum Ducem Burgundiæ | 89 |
| VI. Francisci Philelphi ad Vladislaum Regem
Hungariae Epistola | 97 |
| VII. Ottonis Brunsfelsij ad Principes Christia-
nos | 103 |
| VIII. Ioachimi Camerarij ad eosdem Principes
Oratio Senatoria | 113 |
| IX. Iohannis Levvenclauij ad Sacri Rom. Im-
perij Principes Septemuiros | 136 |
| X. Iacobi Typotij ad populos Christianos | |
| | 152 |

Eius-

INDEX.

- XI. Eiusdem ad Reges Principes & Magistratus
pro Christianis 174
- XII. Eiusdem ad Rudolphum II. Imperatorem
188
- XIII. Legatorum Cæsarianorum ad Sigismundum III.
Regem Poloniæ & Sueciæ, in Comitij Cracouensib. I
- XIV. Legatorum Sacri Rom. Imp. Electorum
ad eundem Poloniæ Regem 16
- XV. Legatorum Regni Hungariæ ad eundem
24
- XVI. Andreæ Volani ad Equites Regni Poloniæ,
magniç ducatus Lithuaniae 39
- XVII. Léonini Bulouij Equ. ad Sigismundum III.
Regem Poloniæ 50
- XVIII. Iohannis de Zamoscio, Magni Poloniæ
Cancellarij ac Strategi Epistola, de
Transitu Turcarum per Poloniam 79
- XIX. Pelagi Regis Cantabriæ ad Principes &
Magistratus sui regni 88
- XX. Aeneæ Syluij ad Alphonsam Arragoniæ
regem 92
- XXI. Iohannis Antonij Campani ad Ferdinandum
regem Aragonum 96
- XXII. Iohannis Coruini Hunniadæ Proregis
Hungariæ ad milites suos 106

INDEX.

- XXIII. Iuliani Cardinalis Legati Pontificij ad
Vladislaum Regem Hungariæ 106
- XXIV. Eiusdem ad Proceres Regni Hunga-
riæ 112



Fran-

Francisci Philelphi
AD CAROLVM FRANCORVM REGEM PRO BELLO
 aduersus Turcas suscipiendo,

E X H O R T A T I O.

VM tuas ego res bellicas diu
 mecum, Carole, multumq; cogitauit: v-
 nus protecto viros es, quem vniuersa
 Christiana Republica tantis ac tam diu-
 turnis fluctibus agitata: concupitæ exo-
 prataq; quietis atq; tranquillitatis auto-
 rem sit tandem habitura. Nam, si verum sine cuiusquam
 iuuidia faterilicet: postea quam impia & immanis illa sce-
 leratissima Mahometi secta inualuit: nullum est vñquam
 hominum genus, cui plus debeat Christiana religio; quam
 iniq;æ Francorum nobilissimæ virtuti. Cum reliqui
 enim ferè omnes & reges & populi Christiani ignauo quo-
 dam animi torpore tanquam elanguissent, soli Franci in-
 uenti sunt, qui ingenti animo & excuso omnem barbaro-
 rum & infidelium impetum, non modò sustinuerint, sed re-
 presserint. Quid inquam represserint? imò fuderint, fu-
 garint, oppresserint. Nam Italæ vites quanquam & vali-
 dæ sunt & maximæ; tamen quia nescio quo in felici fato, in-
 testinis seditionibus inimicitijsc laborare didicere; neque
 potuerunt omnino, nec item possunt ostendere quantum
 vi prudentiæ & animi robore vigent, florent, atq; antecel-
 lunt. Soli Franci, soli Francorum principes ac reges in o-
 mai Christianorum numero ausi sunt Christianæ utilitati
 semper & dignitati consulere. Itaq; maiorem in modum
 dolendum erat, tantum inualuisse vim dæmonum; vt quæ
 vna gens esset in nomine Christiano; quæ ad pietatem &

gloriam nata videretur; ea tam diu domesticis cladibus exerceretur. Sed finit interdū Deus eos vrgeri aduersis rebus, quos habet chariores; idq; vt arbitror, non tam quò experiatur fidem & constantiam hominum; quā multō prius norit quæ futura sit; sed quò ijs detur veluti promerendi materia cumulationis & illustrior. Quare cùm Tobias, cùm Hiob, cùm Rex tollerantisimus ille David, tantas ac tam innumerabiles ærumnas perpetsi sunt, quò se aduersus Deum gessere submissiores; eò magis illos & ope sua, & suis secundis rebus Deus dignatus est. Sic enim Deus tum maximè prodest, cùm maximè videtur affligere: tum per huiusmodi calamitates atq; cruciatus resipiscendi cæteris exemplū offerre solet. Dolendum profecto erat bonis omnib. Rex Carole; quod Christianissimum genus hominū te rege pientissimo, tam diu, tam grauiter, tanta malorum mole premeretur. At ego, cùm meipsum colligo, & mente diligentius rē in animo voluto; facile videor intelligere, id omne diuino quodā consilio factum esse. Ostendere Deus voluit (vt opinor) nullam esse humanam potentiam, quæ proprijs consilijs atq; admiculis, aut perpetua esse possit, aut diuturna, si diuino præsidio careat. Quamobrem idcircò paululum veluti à Francis secedere visus est; quod & per fidelissimi populi flagella infidelibus cunctis minitaretur interitum: & cùm te Francis venerabiliorē, tum vniuersis tuis, & suis hostibus formidabiliorem efficeret. Tua certè pietate, sed diuina quadam ope & auxilio factum est; vt eos omnis, qui perinde atq; stulti & amentes à te defecerant, ad sanitatem tua cum gloria videoas redijisse: Deo ipso duce, Imperatore, vexillifero, non modò patritum atq; auitum regnum cum immortalitatis nomine recuperasti; sed longè id admodum amplificasti, stabilisti, ornasti. Nam si magna res est ferocissimos Anglorum imperus sustinere; quanto maior censeri debet, Anglos superare, prosternere, interimere. Has autem tales tantasq; victorias in rebus præsertim desperatis & perditis existimare debes, neq; tuis nec ullis humanis opibus te adeptum; sed diuina potius quadam mente, quæ

Chri-

Christianæ suæq[ue] reipublicæ diuturnæ & grotatione morbo-
que confectæ , tuo felicissimo ductu , tuis secundissimis au-
spicijs , iam tandem succurrere medericq[ue] constituit . Qua-
re te , Rex Carole , etiam atque etiam rogo & oro , vt quan-
quam neque mei neque cuiusquam consilij , nullius admoni-
tionis , nullius cohortationis indigeas : pacatis , iam &
compositis rebus tuis ; mentem atque animum tuum ita
excites atque armes in pestiferos & impios hostes Christi ;
vt tanto , tamq[ue] sempiterno beneficio ornatus , non gra-
titudinis minùs lauderis , quām ceterarū virtutum omnī-
um consuesti . Duo sunt infidelium genera , quæ populum
Christianum maximis detrimentis ærumnisq[ue] affecerunt ,
quotidieq[ue] afficiunt : Turci & Saraceni : quorum hi par-
ua seruorum manu Aegypto , Syria , Iudea , tribus opu-
lentissimis prouincijs per nostram negligentiam occupa-
tis , Cyprum , Rhodum ac reliquas finitimas insulas indies
magis magisq[ue] populantur : Illi verò nulla sua , sed Christia-
norū pecunia conducto peregrino milite , & eo quidem
non admodum multo , id sunt bellandi assiduitate affecuti :
vt qui fugienti scytharum serui , ex horrentibus illis cauti-
bus vasti Caucasi in Persida sese ac Mediam mendici & fa-
meli ci recepissent : nunc nemine (vt ita dixerim) repugnan-
te , intra fidum Adriaticum , non longè ab Italia conser-
rint : quin si velint , ad paucas horas eō sint traiecluri . Hos
autem , qui sunt quasi quædam Saracenorum propugnacu-
la , et si iam pridem Christiana virtus non difficile supera-
re , subiugareq[ue] poterat ; tamen cùm vel imparatiūs in
eos , vel imprudentiūs itur ; sit vt & prudentes illi & pa-
rati existimantur . Hac vna re factum est , vt & Rex Si-
gismundus annos natus quatuor & viginti , incautiūs ho-
stem non omnino incallidum aggressus , fugæ turpissimæ
terga dederit : & Vladislaus rex admodum adolescens , cùm
annis superioribus suum maloisset , quām Ioannis Vai-
uodæ peritissimi ducis , qui iam bis & iterum Turcos in-
genti clade percuesserat , consilium se qui : cum non medio-
cri exercitus Christiani detimento interierit : & anno

proximo idem Ioannes Vaiuoda , qui anteà s̄apenumero
 trophæa de Turcis pulcherrima statuisset : cùm eosdem
 hostes adortus fortissimè , iam planè vertisset in fugam ; co-
 actus fuerit per suorum militum inconstantiam , Getarumq;
 perfidiam , non sine magno Christianorum vulnere , ab eo
 bello discedere . Ita fit , vt vel Imperatorum inficitia , vel ti-
 miditate militum , vel dissolutiore quodam hostium con-
 temptu , quos vinci iam pridem & venire sub hasta , aut ma-
 steri oportuisset , victores ipsi insolentesq; videantur . Eoq;
 audacia ad ijs itum est : vt cæteris ferè omnibus Christia-
 nis pro nihilo habitis , solos sibi metuendos ducant &
 Francos & Italos : quos alteros sæpe mari , alteros verò
 quandoq; terra non sine sua maxima pernicie pugnantes
 experti sint . Sed quoniam non ignorant vires Italicas hoc
 tempore , vt antea sæpe , mutuis inter se odijs ac bellis digla-
 diari ; soli ipsi Franci sunt reliqui , quos formident ; quippe
 quos audiant post tam multas præclarasq; victorias , quas de
 Anglis Germanisq; sunt adepti , quem æquè inter Christianos
 timeant , hostem habere neminem . Vnde cùm sciant
 virtutem Francorum ociosam natura esse non posse : & eos-
 dem præterea iustas habere causas vlciscendi : sumnum in-
 de in sese malum breui putant emanaturum ; præsertim eo-
 dem vno te rege fortunatissimo , & belli duce fortissimo , &
 prudentissimo castrorum Imperatore , & viro planè opti-
 mo , & hominibus simul Deoq; charissimo . Quæ cum ita
 sint , reliqua tria esse animaduerto , quæ ostendam : Primum ,
 quod ad eò id bellum necessarium est , vt nullo pacto præ-
 termitti queat : Alterum verò , quod eares factu est admo-
 dum facilis , si ratione & consilio gubernetur : Extremum
 autem , vt probem , quām ingentem utilitatem hoc idem
 bellum sua sit victoria tibi Christianisq; allaturum . Quid
 igitur in hominum vita magis necessarium censeri debet ;
 quām aut id maximè omnium sequi , quod honestum sit ; aut
 id omni ope atq; opera aspernari , quod afferat secum ullam
 turpitudinis fœditatem ? Non enim ad cibum aut ad po-
 tum , non ad prurientem corporis voluptatem , quæ ipsa

cum

cum pecudibus nobis sunt communia, sed ad decus dignitatemq; nati sumus. Idcirco nobis mens data est immortalis ac diuina, ut immortalitati seruientes, Dei simus quam simillimi. Et quo pacto propriis ad Deum accedimus quam per beneficentiam ac iustitiam? Tunc Deum maximè imitamur: cùm alijs benefacimus, iusti sumus. Quibus rebus eò magis est à nobis studendum: quod non solum gloriam huius mundi; quæ, quantacunq; est, tota est breuis planecq; inanis: sed multò magis cœlestem illam atq; sempiternam assequimur. Nec ille mihi iustus videri solet, qui nocet nemini; id quod etiam cum plerisq; animantibus est nobis commune, sed qui vel profit, cùm potest, vel propulset iniuriam. Non enim solis nobis natura nos genuit; sed his omnibus, quos intelligentiae vis rationisq; virtus immortali quadam forma insigniuit. At qui vt is abhorret à dignitate naturæ, qui iniustus sit; qui nihil opis, nihil adiumenti conferat in humanum genus: ita hic admodum præse fert naturæ bonitatem, qui ad communem hominum salutem atq; ornatum fese natum meminerit. Quod si honestum est ob communes hominum utilitates, nullos labores, nulla pericula fugere: quanto honestius & præclarius duci conuenit, id facere, non propter homines solum, sed propter Deum, propter Saluatorem nostrum, propter Christum Optimum Maximum: qui nullo officio prouocatus vtrò se nostra causa morti dedidit. Dum Sarraceni, dum Turci Christianis nocent per omnem iniuriæ contumeliam, cui demum nocent? non immortali Deo? non humani generis Salvatori? non Christo ipsi Domino & Redemptori nostro? Et quibus iniurijs, quibus contumelijs nocet nefaria illa immanisq; barbaria? quibus certè nihil crudelius, nihil durius, nihil spurcius, nihil abominabilius, vel dicivel excogitari possit. Hominibus & Christianis & sacerdotibus, non pro calonibus & lixis duntaxat, sed prouimentiis etiam vtuntur; his vehunt; hi serant; his fodiunt; his abiectissima exercent omnia erubescendaq; ministeria. Quod si qui se homines & Christianos reminiscentes, minùs

æquo animo indignitatem tulerint: continuò torquentur per extremos corporis cruciatis , decoriantur, verubus suffiguntur, secantur, rota insuuntur per acerbissimas membrorum omnium fractiones! O miseram ! oh infelicem conditionem Christianæ religionis ! Hæc Christiani principes audiunt; hæc sciunt; hæc sentiunt, hæc miti animo fieri patiuntur. Nam quid ego dicam de spurcissima & tetrica execrabilis intemperantia fæditate? quam si quis animo generosior perpeti noluerit; aut defoditur, exciditur. Non his omnibus iniurijs, ac probris Christus afficitur, ob cuius nomen. Christianis inferuntur? Num decet Christianissimum Regem pati nomen Christianum tam tetro, tam horribili, tam detestabili dedecore scelerari? Num Ludouicus ille Rex sanctissimus, qui primus omnium Christianissimus dictus est, pateretur, si viueret, tam turpem contumeliam notam inuri Christianæ dignitati? qui primum staret conuentis, ut iusurandum seruaret; vt illud, quod honestum dicimus, tueretur, Exhausit thesauros suos omnes, & quam anno superiore ceperat cum ingenti præda Damiatam (hoc enim nomine Canopum appellant) restituit Sarracenis. Deinde comparato rursus ex vniuersa Gallia Italiaque & Sicilia exercitu, ob eandem vim honestatis in Aphricam traecebat; eo consilio, ea mente; vt non modò acceptam in Ægypto calunitatem vlcisceretur; sed omnem impurissimi Mahometi superstitionem tolleret è terra viuentium. Id quod facile effecisset; nisi pestilentia vi correptus, apud Tynetam, quam obsederat, vna cum filio Ludouico Albañique Cardinali ac infinito penè Christianorum numero ex hac luce migrasset. Hac etiam ratione, Carolus ille gentilis tuus, & rebus gestis, & nomine Magnus, imitatus Carolum Marcellum auum; qui Sarracenos ad trecenta milia & amplius interemerat; ubi post captiuitatem Desiderij vltimi Longobardorum Regis Italicas res omnes composuisset: & ab Leone summo Pontifice, id quod anteà constituerat Hadrianus, insignibus imperij Romani esset ornatus;

tus; cum primum in vltiorem Galliam reuertisset; non tam contentus præsenti laude, quin maiorem quandam & clariorem animo meditatus; robustis firmissimisq; copijs Hispaniam petit. Ea enim per id temporis sceleratis perdit Mahometi sectatoribus seruiebat; tota erat in tetro Sarracenorum, & flagitiosissimo dominata. Diuturnum fuit periculosisssimumq; bellum; multæ pugnæ; multæ vtrinq; clades; euentus varij. Sed tandem effe&um est diuina benignitate, ut prudentia & perseverantia Imperatoris, exercitusque virtute, ijdem impij hostes Christi æque fuerint extrema calamitate pressi; vt eiusdem perfidiae socij ad asperum montem Africæ ab eodem Carolo deleti sint. Nonne eadem fuit honestatis causa Ludouico Pio, huius Caroli Magni filio; dum tanto cum labore atq; periculo liberauit vrbē Romanam durissimo Sarracenorum iugo: qui Sulthani Ægyptiorum dœtu, per nefariam quandam Romanorum coniurationem in Italiam fuerant accersiti? Nam quod aliud desiderium fuisse credimus Franci illis, reliquisque Gallis? qui duce Gottifredo, vbi in Asiam peruenissent, Sarracenos apud Damascum pugna superarunt, apud Antiochiam Persas & Turcos conteruerunt; Mesopotamiam omnem recuperarunt; ac rursus Sarracenis in Syria ad interneionem usque profigatis; Marrhaque ac Barcha populosissimis munitissimisque vrbibus expugnatis; sanctam civitatem vniuersamque Palestinam (quod Henrico tertio Imperante fecerat item Bohemundus) erubescenda infidelium feruitate liberarunt; possederuntque mirabili cum Christiani nominis incremento annos octo & octoginta, ad Saladini usque tempestatem? Qui non tam aut sua, aut Turcorum, quorum Amyras postea factus est, vel prudentia, vel virtute, quam nostrorum inscita atque ignavia, Guidonem & ipsum Francum Hierosolymorum regem iniquo prælio cepit; & reliquis Christianis ad interneionem aetis, Remandum quoque, optimum & fortissimum virum, ac rerum bellicarum peritissimum, viuum ad se perductum, ira excandescens gladio confossum occidit; & ita,

quod

(quod sine lachrymis meminisse non possum) terram sanctam, Christicę domicilium, spurcissimi Mahometi ganeo dicauit; Et fait is vñus Saladinus, quicq; tantam pestem, tanta perniciem, tantum deniq; exitium ac penē interitum Christianę Reipublicā intulit: Et ille quidem Saladinus fuit, qui & Turcus & Ottomannus hactanta & Christianis tam infelici victoria elatus: tantum sibi nomen & dignitatem peperit: vt & vñus omnium primus ex Ottomanna familia incredibili Turcorum omnium consensu, Rex (quem illi Amyram vocant) creatus fuerit; & ita in animos illorum barbarorum influxerit: vt alium sui generis Amyram, quam Ottomannum quempiam in hanc diem patientur neminem. Ex ea verò tempestate, vbi Sanctam civitatem, omnemq; Iudeam Christiani tanta clade amisissent: & Alexius Comnenus Imperator Constantinopolitanus latrociniandi Turcis vberem iustumq; materiam praestitissim; idemq; reliqui deinceps eiusmodi nonnulli Imperatores statuissent; ita per nostrorum socordiam & inertiam res Turcorum mirabili incremento auctæ amplificatae sunt: vt non tam de recuperandis Hierosolymis formidandum esse videatur; quam de amittenda Roma. Videmus vniuersam ferè Asiam à Phœnicibus & Medis ad Hellespontum & que Turcorum tyrannidi parere. In Europaverò, vbi iam anno circiter centesimo, Hellesponto superato, accersiti sunt à Theodoro Cantacuzeno aduersus generum suum: quem & sacer & tutor Constantinopolitano imperio antea fraudasset: Iohannem Palæologum admodum adolescentem; dum simulaut fallacissimilatrones auxilium se laturos illi deliro seni; Callipolin & Cherronesum primò: deinde totam propè Thraciam occupant; Mysos, Macedonas, Thessalos omnes, Bæotios, vniuersam Græciam, Aetolos, Epirotas, Illyricos, ad intimam usq; Dalmatiam; omnia premunt terrima seruiture. Insulæ penē omnes, quæ à sinu Adriatico ad mare Ponticum iacent, vastatæ iam planè & desolatæ sunt: & non modò non quiescunt: aut villa ex parte remittunt efferaatæ belluæ: sed quotidie magis atq; magis, vt sunt

&

& prædæ & cædis audi, nunc in Getas, qui trans Istrum incolunt, nunc in accolæ Germanos & Hungaros impetum faciunt: Idq; asscuti iam sunt assiduitate latrocinandi; vt reliquis fere omnibus post terga superatis Christianis; hiac Italæ, illinc Germanizæ, regno tuo finitimæ, terrori iam esse incipient. Dum enim nostri aut illos contemnunt, aut negligunt, in hanc rerum calamitatem ac dedecus non tam incidimus, quam dœuenimus. Itaq; satis perspicue intellegi puto; quam honestam sit aduersus eos bellum susciperre: quibus seruire non minus turpe & fœdum sit, quam ærumnosum & miserum. Quare si id est maximè natura necessarium, quod sit honestum: non obscurè tibi persuasum arbitror, Rex Carole; esse tui & officij & numeris; qui Christianissimus inter priacipes Christianos & dicaris & sis; quiq; & iustitia debeas omnibus, & beneficiendi studio longissimè præstare: huic tantæ Christianæ religionis ignominia ac probro quamprimum consulere. Videmus à viris sapientibus, quo/dam laudatos; qui propter inanem quandam huius mundi gloriam, non tam quod honestum esset, quam quod honestum videretur, in vita seuti sint. Qua ratione ducti & L. Iunius Brutus & M. Manlius Torquatus filios cædi virginis obtruncariq; iusserunt: & id quidem illi præsentes intuentesq;: Phileni verò & Codrus, Curtius, ac Decij sese pro patria deuouerunt: Multiq; alij permulta fecisse tradantur, illius honestatis studio, quam popularis fama gloriosam facit. Nam qui veram gloriam se etati sint; non ex illa gentilitate, sed aut ex vetere, aut ex nouo testamento spectare conuenit; quales Abraham, Loth, Moysen, fuisse legimus: quorum ille ut esset apud D s v m glorio-fus, ne filium quidem immolare dubitauit. At Moyses, ut in suos beneficentia ornaretur; contempta omni mundana gloria; cum maiori utiliori populo præfici posset; supplici prece à D s o petiit, ut seipsum potius, quam Iudeum populum interimeret, vel ingratum. Loth verò, ut Sodomorum perfidiam ab ijs auerteret, quos hospitio suscepisset; ne filias quidem virgines illorum libidini immanitatiq;

offerre atq; dedere veritus est; cùm aliter eam iniuriæ consumeliam propulsare non posset. Tu autem, Rex Carole, patieris vniuersum (ut ita dixerim) Ds i populum, obscenæ, atq; spurcissimæ Turcorum & Saracenorum intemperantia, tam turpiter, tam flagitiosè seruire? Non tibi potius optandum est, si sit opus, vel ingenti probitate & laude Ludouicum filium, vel te etiam ipsum morti tradere, pro salute populi Christiani, tam diu, multumq; flagellati & contriti: Imitatus scilicet, non Apostolos solum, reliquosque Martyres: sed Christum ipsum Iesum; qui cùm & Deus esset, & summi Dei filius; pro salute humani generis, mortem suam hominum morti prætulit. An sumus ignari saluū fieri posse neminem, nisi qui crucem ferat, quam ipse tulerit? Quid? quod ea est huius belli facilitas, ut non tam de nostra dubitandum; quam de infidelium præda & nece sperandum certò sit? Non hoc erat illud, quod secundo loco dicendum proposueram. Quibus in bello vincitur, ea numero tria esse puto: Imperatoris præstantiam, militum multitudinem ac robur, & pecuniariæ rei commodum. Sunt enim numimi perinde atq; nerui quidam rerum bellicarum: Quæ quidam omnia & nobis affutura; si talis ac ranta res ducta tuo imperioq; geratur: & illis defutura esse non est obscurum. Nam ut de vi nummorum conticebam, quibus te atq; regnum tuum mirabiliter attluere omnes sciunt: Is tibi exercitus est, qui & magnus & firmus; & quamdiutissimè assidua militia, summa cum laude exercitatus aduersus maximas, easdemq; omnium maximè formidabiles Anglorum vires: ne vniuersum quidem hominum genus pertimescat. Magnæ laudi datum est C. Iulio Cæsari; quod Britannos difficili bello superasset: qui & Liberum & Herculem, peritissimos duos & clarissimos potentissimosq; duces vertissent aliquando in fugam; & ab nemine ipsi vnguam essent superati. At eosdem non modo ab Anglis superatos & victos, sed patrio solo exterminatos, ostendit Gallia. Quantò autem Angli sint Franci tuis inferiores: frequentes permagnæq; de ijs habita in hanc diem à te victoria declararunt. Imperatoris præstan-

præstantiam duabus rebus constare puto : Prudentia & vir-
 tute: quib. ipsis & auctoritas omnis, & euentus prosperi pa-
 riuntur. Nam ratio & consilium, cùm omnibus in rebus plu-
 rimū valet: tūm in bello gerendo maximè. Qui enim rei mili-
 taris & imperij sit ignatus: rectè agere nihil potest; neq; pu-
 guando, neq; imperando. Nam siue quorundam perfidia fa-
 ctum fuerit; siue nutu quodam Dei: qui quos amat, arguit,
 & castigat; quo seſe cognoscentes, eruditiores fiant; ab vſq;
 puer in hanc aratatem iam ingrauescentem, ita in bellis sem-
 per versatus es; vt nullum te omnino neq; militis, neq; Imper-
 ratoris munus, vſus nullus, ratio nullā latēre queat. Virtute
 autē tanta es, quanta Rex vñquā aliis nec fuit, nec esse pos-
 sit. Quem enim te vno iustiorem, quem beneficentiorē aut
 vidimus, aut audiuius, aut legimus? De humanitate, de
 modestia de facilitate tua quid attinet dicere? qui cùm cœ-
 teris omnibus nominis Christiani Principib; & regib;,
 dignitate, virib; & gloria antecellis; te infimis etiam q-
 mnibus parem geras; quoscunq; illustri aliquo probitatis
 simulachro præditos esse perspicias. Quibus quidem arti-
 bus per felicissimos rerum exitus, quos prudentiæ virtutis
 interuentu D; & v; ipse præstare consuevit, tantam es au-
 toritatem adeptus, vt & D; o tuisque charissimus: & cum
 &is mortalibus non venerabilis minùs, quam formidabi-
 lis videare. Quoniam igitur ea omnia tecum habes, qui-
 bus facilis victoria paratur; quid est quod te ab huiusmo-
 di bello remorari debeat? Nam hæc infidelibus secūs sunt
 omnia. Dicam primò de Sarracenis; de Turcis postea:
 si de Mahometo ipso, totius illorum superstitionis & im-
 pietatis principe, pauca ante percurrendo. Fuit enim Ma-
 hometus, Cyrenaico genere natus, anno à natali Chri-
 stiano, sexcentesimo vigesimo sexto; nulla parentum clari-
 tudine cognitus, nullis opibus, solus prorsus, & nullarum
 virium, nullorumq; neruorum. Hic admodum puer, ca-
 prus à Sarracenis: qui insignes habentur inter Arabes latro-
 cinijs, vñnit Abdimonepli mercatori: qui se Ismaëlitico ge-
 nere ortum diceret. Is quoniam cateret filijs; cepit primò

Mahometum tractare liberalius: quia quidem re factum est, ut Abdimoneplis filius diceretur Mahometus. Eratque homo ille simulator, dissimulatorque; versutus, rapax, impurus, & omni flagitio in primis obnoxius: qui mox ubi adolesceret, mercatoris illius pecuniosi famulus; camelos agebat cum mercibus per Aegyptum, Syriam, Palæstinam, perque alios peregrinos locos. Quibus itineribus iterum atque iterum repetitis; usus saepenumero cum Iudeorum cum Christianorum consuetudine; non tam discere, quam depravare studuit, & vetus, & novum lacraturum scripturarum testamentum. Nam acumen ingenij in animo facinoroso peiorum in partem omnia semper interpretatur. Cum huiusmodi ministerio Mercatori domino fidem falleret; reddicuschque esset continua furtis & suspectus & inuisus omnibus; ex obscuro seruus factus insignis latro. Erat enim & aspectu ferus: & vocem terribilis: & gladiatorio quodam robore corporis metuendus: brevi temporis curriculo & nummos sibi, & eius sceleris participes socios quam plurimos comparauit; & ita apud gentes barbaras admirationem cum venisset: generis Ismahelitici viduam; eamque locupletrem, Gardigenam duxit vxorem: quae cum illius agnationem ægre ferret; utpote saepenumero corruentis morbo comitiali: quem in ipsum nimia vinositate ac reliqua vita ac virtus intemperantia inciderat; mox homo veterator & perditus, ut ea se purgaret infamia; simulabat id propterea sibi accidere; quoniam splendorem Angeli Gabrielis, quem mentiebatur ad se missum ad Deum, nuntium commentandi gratia ventitare, ferre non posset; nec esse morbum comitiale; sed quam extasim vocant. Huius autem uxoris opibus elatus homo furcifer, ad immaniora facinora conuertit animum. Itaque & suo depravato ingenio, ad omnem audaciam promptus; & Sergij Matthæiue dolo flagitioissimi Monachi confirmatus; in tantam brevi apud Arabes omnes existimationem venit; modò se Iudeum, modò Christianum simulans; cum nihil omnino sani saperet: ut maximus Deus i nuncius, maximusque Propheta vulgo haberetur,

beretur, Cùm enim Columbā (quam Spiritum Sanctum Latro callidissimus esse, qui secum loqueretur, iactabat) assueficeret in aure sua pasci; ac taurum quendam ex occulto eius auditæ altiore voce ad se festinare; & Alcoranum cornibus alligatum (Sic enim legi, quam sectatoribus suis tradidit, nomen erat) cæterasq; quas ipse antè cum Sergio composuerat, fallacissimas scripturas, sibi veluti deferre; & in suas manus, à quibus solis pabulum capere didicisset, tanquam deponere; facile persuasit hominibus ventri & somno deditis, suos omnes pellitos in sancto cogitatus. Quibus insidijs factum est ut iam auderet, non latrocinijs solum, sed aperto marte aduersus Romanorum imperium arma capere. Nam cùm ex eius sectatoribus non mediocris numerus in Romanis legionibus militaret; quo tempore Heraclius Imperator stipendia partiretur muneraq; in milites; Sarracenis etiam ipsis stipendum potentibus; responsum est à Quæstoribus, eam distributionem non esse canibus constitutam. Nam Sarraceni ipsis quasi Charraceni apud Arabes quoq; habiti erant infames. Itaq; irritati eo responso Sarracenis cùm illico in Arabiam ad Mahometum redijssent: & illum, & reliquos Sarracenos non difficulter ad defensionem bellumq; concitârunt. Qui factio statim in Syriam impetu; non tam suis viribus, quam nostrorum freti negligentia Damascum petunt infectis signis. Qua quidem urbe, terrore potius, quam superatis in campo Damascenis & intramœnia compulsis, confessim potiti sunt, eamq; diripuerunt. Et quod nihil arbitror monströsius accidisse humano generi; ea in urbe primum templum Mahometo magnificum dicatum est; diuinisq; honores instituti publicè: coactisq; Damasceni, impudicum illius cultum & nefariam legem accipere. Et quóniam non ego Mahometi referre flagitia quæq; sceleraque institui: sed ex ijs, quæ propemodum infinita, quædam paucā veluti delibare: redditus hac ille victoria successibusq; ferocior: videns nihil à Romanorum Imperatore in ultionem illata contumelia parari aduersus se: ita dormitantibus Christianis bellum mouet aduersus

finitimos Persas; à quibus sibi maximè metuebat. Regnabat per id temporis in Persia Chosrohes; quietiam ipse, ut insanius animo, divinos honores sibi præstari voluerat. Is conductis Turcis, qui tributarij, & tanquam servi Scytharum, intra Caucasus claustra aspergitasq; cautes incolebant; Saracenis occurrit. Concurritur vndiq; initur pugna, ingenti & apparatu & animo: vulnerantur vtrinq; multi, capiuntur, occiduntur. Superatus tandem ingenti clade Mahometus, in fugam vertitur; deformi vulnere accepto in faciem: à Turcis inquam his superatus est, vulneratusq; Mahometus: à quorum nunc posteritate maximè colitur: quamquam non tam superstitione ducuntur Turci: quam illecebris & dissolutiore viuendi licentia. Nam versutus ille & callidus veterator quod facilius imperitos populos atq; rudes ad se traduceret, omne libidinis & voluptatis genus sua lege permisit; vini autem usum idecirco prohibuit, quod facilius cælaret suspicionem illius morbi; qui se vino obrutum iam pridem corripuisse. Nam Vinum intemperantiis sumptum, ingnit, & fouet morbum comitialem, intimo quodam suo vehementissimoq; spiritu. Iis enim meatibus obduratis, quibus sit respiratio vel mors continuò, vel morbus comitialis sequatur necesse est. Non igitur religione Turci, quam nullam tenent: non superstitione, quam nullam pluris, quam religionem faciunt: (quippe quibus nulla neque Dei, nec animi cura sit, nullus metus, nullus cogitatus: sed dissolutissima quedam viuendi licentia) qui Mahometi vires in Perside prostrauissent: & in Mahometi faciem in honestum vulnus inflixissent: eius se tandem sectæ nefaræ socios addiderunt. Ipse autem Mahometus pluribus bellis gestis, alijs secundis, aduersis alijs; posteaquam annos in suis, vel erroribus, vel sceleribus vixisset quadraginta: veneno periit in Arabia, per Gardigenæ vxoris cognatos, & suum quendam consobrinum; quo tempore ab eorum insidijs rediisset; qui cum mercatorum Camelis è Syria iter faciebant. Sarracenos autem Turci et si semper exosi insectatiq; sunt: tamen ut Mahometicæ superstitioni se asciscerent, hoc fuit in causa,

causa. Iam vniuersa Aphrica parebat Sarracenis; & magna ex parte Asia; cum Turci non multò supra millesimū annum à natali Christiano cœperunt aperto Marte vehementius eos vrgere. Nam ubi eos diutius in Asia eminere indignarentur; regem creant, nomine Sabochi; qui de occupanda Asia continuo cogitans; quod id facilius assequeretur; se Mahometi cultorem simulat; idq; non tam Dei, quam hominum metu, quos sibi cupiebat conciliare. Itaq; contestatus est illi Calliphō; quē illi veluti Pontificem Maximum venerantur: se de constituta Mahometi religione nihil omnino mutaturū: ceterū nolle erubescendum nomen Sarracenorū in Asia excellere. Quate breui cuncti illi Sarraceni, qui Arabes sunt, à Turcis ejiciuntur, ex Asia redacti: iij sanè ad pristina latrocinia, quib. in hanc etiam diem maximè omnium student, dilsipati atq; dispersi; nō per locos solum aspermos, Aegypto, Syria & Palestinæ finitos; sed per omne Aphricæ solitudinem; pulsis, profligatisq; Sarracenis; res Turcotū per Virogrissam; qui post Sabochi obitū regnūcepit; non mediocre cœperunt incrementū. Is enim cum reliquum Asia, quod cunq; Sarracenis seruierat, subegit: tūm permultas præclaras vrbes, quæ Romano parebāt imperio, vi expugnatcepitq; in Bithynia. Succedit Virogrissæ Archotus propinquus; qui primus subiugarat in Mesopotamia vrbē amplissimā Rhoha in: deinde Seleucia & Laodicæa captis vribib. & reliqua provincia in ditionē accepta, regni sedem Mendi constituit; ac regium induit diadema: estq; Sulthanus salutatus. Et ne videar omnem historiam recensere: confessim admodum sit; vel Turcorum diligentia vel negligentia Christianorum principis ut Græcis ex vniuersa Asia eiectis, illi ad Hellespontū vsq; omnia subiugarint: nec multò post in Europā traiecerint, à Christianis accersiti aduersus Christianos. Nam, quod modò dicebam, cum Theodosius Cantacuzenus ægrè & iniquo animo ferret, eo se spoliatū, quod imperium circumscriptor occuparat: Turcos in Thraciam intulit, aduersus Romanorū Imperatorem Ioannem Palæologum Seniorem illū, generum suū, & anū huius Constantini Imperatoris, Manuelis filij.

Quæ

Quæ vna res quam calamitosa , quamq; funesta & fuit & est Christianæ religioni ; non obscurè docent tot tantæq; prouinciæ ; quæ Turcis in Europa ærumnosissimæ seruiunt . Ec, vt summatim accipias, Rex Carole, quæ qualesq; sunt Turcorum vires : vix ad Sexaginta hominum millia exercitus omnis ascendit peditibus equestribusq; conflatus . Viginti millia comparantur ex Asia : ad quadraginta millia ex Ijs prouincijs , quas in Europa tenet occupatas : & ne hi quidem milites Turci sunt omnes : sed ingens Christianorum numerus ; quibus Turcus superbissime dominatur : vel inuitus in expeditionem agitur . Et erant sanè sexaginta hominum millia ; cùm nuper anno vigesimo tertio agebam in Thracia apud Iohannem Imperatorem , Manuels item filium : Nunc autem quanto minor sit eorum numerus , facilis sit coniectura ; si ea clades consideretur , qua & his iterum proximis annis ad internacionem vsq; ab uno Ioanne Vaij uoda redacti sunt tot robusti firmissimiq; exercitus . Nam quod audiamus ducenta & trecenta millia hominum completere Turcorum exercitum : snt sanè non trecenta millia ; sed quò Xerxes fertur duxisse aduersus Græciam , quinquies etiam decies centena hominum millia : dummodò snt omnes rustici & pastores ; nullis testi , nullis muniti armis ; quibus aut offendant , aut se tueantur . Iampridem Turcorum vires exhaustæ penitus exinanitæq; sunt ; quo tempore Massageta ille Tomyris , cognomento Tamberlanus , Baiseten Ciryccis patrem , & huius Mahometi proauum , Amurathenati , cum quadringentis hominum millibus vicit , cepit , interemit . Itaq; Turcorum vires ita extenuatae sunt , ita fractæ ; vt nullo pacto ambigendum sit de victoria , quæ cò certior est futura , quò ad debilitatem exercitus accedit Imperatoris infirmitas . Video laudatum à sapientibus illum Atheniensem Chabriam ; qui dicitare sit solitus , multò esse formidabiliorem ceruorum exercitum , ductu leonis ; quam Leonum ceruo duce . Quòd si exercitus tuus , Rex Carole , cum his comparetur hominibus ; qui & corporis robore , & animi magnitudine Leones omnes atq; insuperabiles

rables dici possint: tum vno te duce Imperatoreq; vtuntur; qui cunctos mortales fortitudine & sapientia inferiores ostendas. Num dubites integer atq; ingens cum Turcorum reliquijs congredi; qui & ipsi quasi cerui timidi, fugacesq; sunt: & meticulosissimo duci parent, eidemq; stultissimo puerō. Erat certe huius Mahometi pater Amurathes, qui modò animam efflavit; & versutus & callidus, rerumq; bellicarum scientissimus: cuius vnius peritia & consilio factum est; vt fugatis etiam ad Varnam profligatisque Turcis ferè omnibus, è victo victor per effrenatam Vladislai adolescentis audaciam imprudentiamq; euaserit: & anno item proximo ad quintum decimum Calend. Nouembris per Getarum ad se defectionem vehementi clade in Friballis, Hungaros & Bohemos, à quibus acerrimè vrgeretur, affecerit. Omnis Turcorum spes, quæ in vno Amurathè posita erat & constituta, nunc in eius filio Mahometo nutat ac languet. Is enim annos natus vix dum viginti, arma nunquam tractauit; nec sani quicquam aut didicit, aut audiuit; totus est in potu; totus est in Venere. Reliqui verò aut Centuriones, aut tribuni militum: qui bellandi gloria ducerentur insignes: in illis pluribus illustribusq; viatorijs, quas de Turcis Iohannes Vaiuoda adeptus est, omnes propemodum periēre. Quæ cùm ita sint, quid est per immortalem D a v m, quod te, Rex Carole, tanquam certa vindicta spe retardare debeat; tanta præsertim oblata vel occasione vel oportunitate? Non enim tempus ipsum duntaxat post rot & tam illustres atq; honestissimas viatorias tuas, pacatis iam & compositis rebus Galliæ te excitare atq; inflammare debet ad hoc bellum suscipiendum: non facile minus, quam necessarium in tanta imbecillitate Turcarum rerum, sed etiam, quam D e v s ipse attulit, locorum ad Turcos inuadendos commoditas. Demetrius Palæologus, Manuelis etiam ipse Imperatoris filius, Peloponnesi regno nuper est potitus; excelsa animo & summa virtute princeps. Is vt est vir Christianissimus; & iniurijs etiam maximis affectus à Turcis; nihil omnium magis cupit, ma-

gis optat, quam Turcorum interitum. Est autem Peloponnesus regio, adeo rebus omnibus munita, ut nihil esse queat munitius: Circumdatur vndeque, hinc Ionio, inde Aegaeo pelago, cum asperrimis & turrisimis promontorijs: Isthmo secernitur a continente reliquo: quem murus perpetuus atque inexpugnabilis ab altero ad alterum mare sepit. Habet intus & secundissimos colles, & campos uberrimos, rebusque omnibus refertissimos; quas hominum vietus cultusque desideret. Unius diei nauigatio te cum uniuerso Christianorum exercitu, secundis ventorum flatibus, ex promontorio Tarentino in Peloponnesum deuehat: Inde in Turcos & quem facilius tibi atque tutissimus pateat impetus: nec patiatur Demetrius, te tantæ laudis atque gloriae expertem fore: sed ipse quoque in expeditionem & pugnam prodeat, cum sagittariis decem millibus, & equitibus ad quadraginta millia. Quod si è Brundusio velis soluere; Caium scilicet Cesarem imitatus; in agrum Dyrrachinum illicet tibi obuiam fiat Harrianites, vir bellicosissimus & Turcis inimicissimus; qui uniuersis Albanis dominatur. Nam quanquam Italæ principes mutuis inter se odiis dissident; nemo tamè futurus sit, qui tibi in tanto & tam pio atque salutifero facinore audeat aduersari; præsertim Nicolao Quinto Romanorum Pontifice Maximo; cuius sapientiam, grauitatem, innocentiam, sanctimoniam, quasi numen aliquod uniuersa colit Italia. Ac fiet forte fortuna (ut spero) vt ipsi etiam Italæ principes depositis similitatibus & discordijs mutuis, re venientem non inuiti comitentur in opere tam sancto, tam præclaro. Quod si unus solum Franciscus Sphortia, Mediolanensium dux, te comitari instituerit: id quod indubitate faciet, si pacari Italiam senserit: non modò Turci & Saraceni qui dicuntur, sed uniuersi Christiani nominis hostes ad sanitatem redeant. Videmus enim hunc Franciscum Sphortiam tui profecto nominis ac generis amantisimum: nescio quonatum sydere; quibus educatum institutis: quia Dei benignitate fretum usque adeo anteire laudibus rei militaris uniuersum ferè hominum genus; ut nihil sit tam magnum tam difficile, tam inexpugnabile: quod non & aggredi & superare aude-

audeat, sibique submittere. Itaque prostratis ac vietis omnibus
 Italiae exercitibus nullius ope nulli auxilio: huiusmodi prin-
 cipatu mirabili sua diuinaque virtute potitus est; quo nullus in
 Italia est praestantior, nullus firmior, nullus formidabilior.
 Sin autec itinere malis in Turcos quam nauigatione vti; istud
 tibi per finitima Germani*ā*, & Pannoniam est futurū. Facile
 te sequantur & Germani ipsi non inviti, & Hungari; Iohan-
 nesque ipse Vaiuoda libentissime, maiorib. etiam copijs, quam
 sit opus. Sequatur Triballi duce Georgio fortissimo & pru-
 dentissimo principe: sequantur ij Get*æ* omnes, qui ad Istru
 & Euxinum incolunt; eo pertinacijs fidem seruaturi; quo
 superiore anno, cum defecissent ad Turcos, ingenti numero
 ab illis sunt interempti. Quanquam nullis auxilijs tibi opus
 est, nullo comitatut*u*: Soli certe Franci sat is sint superque futuri:
 quorū ferociam atque impetum, ne dicam non sustinere Tur-
 ci; sed ne contra alpicere quidem perferant. Nam superatis
 & vietis Turcis, de Sarracenis nullu est negotiu, nam qui veri
 sunt Sarraceni; eos iampride ab ipsis Turcis Rege Sabocho
 ex omni Aus*æ* imperio in solitudines eiectos ostendimus ad
 pristinaque latrocinia redactos; nullis certis ducib. circuque
 que passimque vagantes; nullo principatu, nullis legib. Qui au-
 te hac tempestate Sarraceni nominatur: quib. Aegyptus pa-
 ret & Syria & Palastina: hi omnes simul cu Sultanu servi sunt
 venales; trasmare eo aduecti, ad summu viginti millia. Nec ex
 vna quapi*æ* empti ratione; sed alij sunt Sauromata; alij Sar-
 mat*æ*; alij Gothi; alij Alani; nonnulli Graci; plerique Illyrici: &
 alij ex alia gente ac lingua; qui prim*ò* vi coacti a patria reli-
 gione rituque deficere: deinde illecebrari veneficio deliniti;
 Mahometist*æ* non tam reddit*u* sunt, quam simulati. Huiusmodi ve-
 ro seruitria illa opul*æ*tissima regna ita iugo intolerabili sub-
 egerut: ut alij nemini, quam ipsis aut arma ferre, aut equu insc*er*
 dere liceat: neque aliud liberale quicquam, quam vel agricultur*æ*,
 & pastoral*æ*, vel mercatur*æ* vel tabernari*æ* exercere. Quin et-
 iæ præter calones, aliud calceam*æ*ti genus induere Aegyptijs
 & Syrijs, & ijs qui Iud*æ*a incolunt, nullu omnino licet. Itaque
 omnes illi populi, ita molles effeminatique sunt; ut virile, quic-

quam neq; sapient, neq; velint. Tantula verò seruorum manus, qui maiore ex parte Christiani extiterint, quid sit aduersus te vel conatura, vel ausura, non intelligo; præsertim cùm senserint subiugatos Turcos; qui sunt veluti propugnacula atq; munitiones Mahometistarum omnium. Aduersus illos verò, cùm transitum, tūm etiam commeatum paret ac præbeat, non Alexius quispiam, sed Constantinus Imperator; qui etiam ipse vt est pio & excuso animo cum omnibus (vt ita loquar) reliquijs illius Orientalis imperij; quæ confectis Turcorum viribus validissimæ sunt futuræ; non solum in expeditionem te comitabitur: sed libenter & magnificè comitabitur. Nomen autem Constantinopolitani Imperij in vniuersa Asia & sanctum habetur, & venerabile. Quapropter cùm perspicuè possis animaduertere, Rex Carole, ad belli huius necessitatem eiustmodi conficiendi facilitatem accedere; vt nihil sit de summa victoria ambigendum de fortissimi & omnibus rebus ornatissimi exercitus sapientissimo atq; optimo Imperatore: utere obsecro tanta hac rerum occasione; quam tempus tibi atque D^s v^s attulit: nec patere, vt hominum culpa fractæ atq; interemptæ hostium infidelium vires reuiuiscant, recreentur, instaurentur. Quòd si honestatis ratio, qua nihil esse oportet apud animum generosum magnificumq; antiquius, non omnino eam vim habet: vt sua nos specie ad res maximas, pulcherrimasq; alliciat: præstet id saltem vis & magnitudo utilitatis; quam ex hac tanta & tam perfacili victoria nobis nostrisq; posteris comparabimus. Nam cùm ipse, Rex Carole, maximum & florentissimum adipisceris imperium; tūm hi omnes, qui te sequentur, ingentes amplissimasq; opes consequentur: Videmus nullas esse reconditas adeò longissimeq; positas, atq; inuias regiones: quas per summa terræ marisq; pericula, mortales ipsi comparandi auri gratia non petere consueuerunt, & quotidie petant. Nam si res gestas Persei, Herculis, Liberi ex antiquitatis monumentis repetere velimns: non magis eos gloria duos, quam utilitatis magnitudine excitatos, longinqua asperrimaç;

sperrimaqe bella quesisse inueniamus. Que quidem vna ratio
 Grecos etiam illos potius, quam vllus Helenae raptus,
 quem fabulantur, armavit aduersus Asiam: Et Galli item
 ipsi cum superatis Alpibus ad Padum confederunt, & ho-
 rum posteri, cum inuaserunt Clusinum agrum; ac semel &
 iterum aduersus Romanos mouerunt arma; re nulla magis,
 quam emolumentis, impulsi sunt. Sic Aeneas in Italiam
 venit; Antenor in Venetiam. Quot autem legitimus aut audi-
 uimus, qui copias egerint aduersus Scythes? Nam cum sint
 omnium gentium pauperrimi; liberè sinunt vagari in cam-
 pis, nullis vrbibus, nullis moneibus, nullis muniti ædibus aut
 tectis: At aduersus aurum & argentum, aduersus opes am-
 plissimas facilè animi hominum accersuntur. Quod si quo-
 tidie Galli, Hispani, Germani, Itali, per omnem contem-
 ptum atqe contumeliam versantur mercatores; & tanquam
 mercenarij quidem serui; adipiscendæ vtilitatis gratia; in-
 ter opulentissimas Turcorum, Sarracenorumqe regiones:
 quanto maiot futura sit, quanto cumulatior, gloriostorqe
 vtilitas: si id facere licuetit te victore & domino? Ut enim
 maxima conticescam, & ferocissima regna, quæ in Euro-
 pa Turci premunt teterima seruitute; vt de tam latis, tam
 varijs, tam amoenis, tam abundantissimis rerum omnium
 regionibus, quæ coguntur in Asia parere Turcis, nihil pror-
 sus loquar: tria illa duntaxat seruorum regna, Ægyptus,
 Syria, Palæstina, de omnis generis diuitijs, cum vniuerso
 genere hominum contendere non dubitant. Nam Ægy-
 ptus (vt Philo Iudæus grauissimus testis est) sola ex orbe
 terrarum hyemem non patitur; sed tribus anni distributa
 temperataqe temporibus, humefactata, atqe demollita, vi-
 trò fert omnia; quibus hominum vita vel alitur, vel orna-
 tur. Syria verò quanti sit facienda, promissio diuina testata
 est; Nam promissionis terrâ, quâ Deus omnipotens populo
 suo constituit, Iudæam esse scimus; hæc autem Syria est pars.
 Quod cum sua natura hæc tria regna cæteris omnibus orbis
 terræ regionibus, anteeunt bonitate soli; accedit etiâ Chri-
 stianorum hominū frequentatio; qui quicquid aut argenti,

aut auri, aut margaritæ & gemmæ apud reliquas gentes & populos reperitur; eò important: quò aliquid inde illarum rerum exportent; quarum illi sunt divites, & nos pauperes. Quanta igitur & ad te, & ad Christianos omnes emolumenta sint peruentura: ex hac tua tam pulchra, tam facili de Turcis Saracenisq; victoria, tum dilucidiùs cognosces; cùm tot illorum & tam opulentissimorum regnorum magnificientiā atq; amplitudinem animo tacitus metiere. Nec est præterea subuerendum; ne quid aduersus te tumultus in Francia, aut in reliqua tua Gallia per Anglos insurgat: cùm exercitū aduersus infideles eduxeris. Nā neq; ipsi Angli vlo modo patiantur, vt sunt homines religione dediti: se tā piæ, tā sanctæ, tam gloriofæ expeditionis expertes dici: sed positis & prostratis cū &is simultatibus, propter Christū alactes te sequētur: imitati scilicet maiores suos; qui semper Francorum regibus & socios sele & comites asciuerunt: quoties aduersus infideles bellatū est. Quin eò te magis Angli admirabuntur venerabunturq; quò animaduertēt te quasi è bellicissimo quodā Romulo religiosissimum Numam redditum. Adhæc habes Ludouicū filium cunctis animi virtutib, gloriæq; splendorib, quām simillimum tui; quem siue regni præsidio, siue ducendo exercitui præfeceris: & tuæ & Christianorū vniuersæ Reipublicæ, non sapienter solum, sed etiā felicissimè prouidebis. Age igitur Christo duce ac propugnatore, Rex Carole, huic bello tam necessario tam honesto, rā gloriofo, protuā vel pietate, vel beneficentia mentē omnē, anitūq; intende. Noli pro tua iustitia eos inultos pati, quos vel tueri debes, vel ornare. Quod si nulla difficultas, nullus labor deterrete te debet ab hoc pulcherrimo honorifcentissimoq; facinore; vide quæ so, quid tibi faciendū sit: tanta ex hoc bello proposita, nō facili solum, sed sperata certaq; victoria; præsertim quod ad mundanā & ad cœlestē gloriā plurimorum quoq; amplissimorūq; regnorū, & ingentes opes in te sint, & clarissima imperia peruentura. Bellū tibi omne futurum est cum agrestib, incultisq; hominibus; cū latronibus, cū fugitiis, cū venalib. abiectissimisq; seruis: qui dū neglectui contem-

temptui habentur, tanquā imbelles, languidae & pecudes, nō
 mediocres tenebras nostra culpa Christianæ luci infuderūt.
 Hinc & Sigismundus Rex, audacia potius, quam prudentia v-
 sus comite, per ingentē Franciæ nobilitatis stragē inauditūq;
 Iudibrium est à Baizete illo turpiter superatus: & Rex Vladis-
 laus in profligata victoria per Amurahē perijt. Hinc Ianus
 Rex Cypri capta vastataq; patria in catenas ad Aegyptiorum
 Sultanū tractus est. Hinc Aphrica vniuersa, & magna ex par-
 te Asia seruit impurissimis flagitiosissimisq; barbaris. En-
 sentimus iam Italiam Germaniamq; vestibula teneri à Turcis:
 pulsari fores, cōcuti, irrumpi: Nec excitamur, nec vrgemur,
 nec impellimur: ut nobis saltē ipſis posterisq; nostris con-
 sulamus? Quis nos tantus vel sopor vel stupor inuasit: vt
 quasi mentis ac sensus inopes, videntes scientesq; perire,
 quam in tam facili, tam illustri, tam ampla, conducibiliq; vi-
 ctoria, & nostram vlcisci, & summi Dei iniuriam malimus?
 Surge iam tandem, Rex Carole; teipsum excita, hortare, cō-
 para: vt reliquis Christianis principibus ac Regibus digni-
 tate p̄stas; ita tibi omni ope, atq; opera studendum est, vt
 absolutissima virtute his omnib. & vera gloria sis superior.
 Vicisti Anglos: recuperasti patriā; & pulchrum id certè fuit.
 & laudabile: iustitiae munus in te ipsum tuosq; contulisti: ve-
 rum Christianus aduersus Christianos arma sumpsiſti. At
 quantò pulchrius erit & glorioſius, si idē feceris in Turcos &
 Sarracenos: à quib. non tua ſolum, ſed Christi patria ſpolia-
 tus ſis? Quæ vetus tibi patria eſt? nonne Troia, quæ olim Teu-
 cria dicebatur. Ex hoc enim Teucer & Fracus profeſti ſunt in
 Pānoniā primū: deinceps per ſuos posteros in Germaniā:
 demū in Galliam istā Transalpinam: fortissimi illi quidē &
 prætatiſſimi antores tni nominis & generis. At hoc tēpore
 pro Teucria & Troia Turciā videm⁹ appellari. Nā iij omnes,
 qui Teucrī Troianiq; dici conſueverunt; ab infami & efferata
 Turcorū immanitate oppreſſi ſunt. Iidē Turci Hierosolymā,
 vniuersaq; Iudeā tot Patriarchatū & Prophetarū patriā, in-
 temerat: Mariæ virginis Saluatorisq; domiciliū, Christianis
 ac Francis eripuerūt; & cū infinito penē Francorum numero

Guidonem.

Regem crudelissimè trucidarunt. Heu nos miseris atq; infelices! Si tot verberibus, tot exemplis admoniti resipiscere, in viamq; redire neglexerimus: quæ nobis spes reliqua sit futura, si beneficijs etiam prouocati, diuinam misericordiā benignitatemq; contemnamus? Est igitur vel sapientia, vel officij tui, Rex Carole: vt vel vltionis in Turcos & Saracenos, vel gratitudinis erga D^e v^m, ratione ductus; ensem, quem tam diu ac multum in Christianas acies non iniuria distrixisti, cum in sceleratissimos Christi hostes, sic acuas & cruentes pro tua pietate: vt non Diuus Ludovicus ille modò ac ceteri Franci principes, qui multi defuncti sunt hac luce, immortales tibi apud immortalem D^e v^m gratias sint acturi: sed D^e v^s etiam ipse, qui extremis suppliциjs insectatur ingratos, tua gratitudine delectatus, & viuū & mortuum sempiterna gloria te amplificet. Hęc autem non idcirco liberiū admonere volui: quod regali tuę incomparabiliq; virtuti quicquam diffiderem: sed vt meam erga te fidem obseruantiamq; palam ostenderem atq; declararem.

CAROLI BALBIANI LEGATI LUDOVICIS FORTIAE Mediolani Ducis ad Carolum Regem Franco- rum, De bello Turcico & Aragonico suscipiendo

ORATIO.

[Ex Pauli Iouij Historiarum suis temporis
Libro primo.]



I quid reges, qui haud dubiè non
hominum consilijs, sed deorum immor-
talium prouidentia & munere, supremum
generis humani fastigium consequuntur,
non ingrati neq; impij superis debent: te
vnum,

vnum, felicissime CAROLI, ante omnes Dao summo maximè debere fatendum est: siquidem cùm prætextatus penè puer ad imperium accesseris: tantus tibi fauor sola oris indole conciliatus est: vt tumultuantes paulò ante, & varijs motibus excitæ gentes, ipsiq; proceres natura infensi regibus, quos idem prudens atq; eximiè fortis Pater tuus Ludo-vicus vix armis & multa solertis ingenij arte domuerit, statim vno consensu atq; incredibili studio te regem exceperint: quo maximè tempore & rebellandi, & noua agitandi consilia ex ipsa morte patris occasio nata videbatur: quin etiam dum in citeriores Britannos arma moueres: secuti auspicia tua, belloq; secundissimè confecto, prouinciam illam Oceani & fluminum opportunitate opulentam, veteri Galliæ imperio adiecerint. Ea res totius Galliæ populos in tui admirationem adduxit: te externi Principes inde suspicere cœperunt: & nunc maximè, cùm vigere in animo tuo non regios tantum atq; vitiles, sed humana virtute augustiores spiritus aperte conspiciant; te maiori rerum imperio destinare non dubitant: Iamq; si ausu aperire fata volueris, te Magni Caroli progenitoris tui nomen & gloriam æquatulum pollicentur. Tibi enim præclara & constans fama hominum sacri belli prouinciam decernit: vt Constantinopolim, vbi maiores tui aliquandiu regnauerunt, è manibus immanium barbarorum eripias: atq; inde demum profectus sacrosanctum Christi sepulchrum Christiano nomini vindices. Id de te non vana auguria, & responsa vatuum, & antiqua carmina diuino sacratorum hominum ingenio conscripta, prænunciant: iubentq; te explicare vela: vt quò fata vocant in altum, ad quærendos immortalis gloriæ titulos, feliciore aura proueharis. Nec quenquam è tota Gallia fore putarim, qui te maximiac opulentissimi regni regem, veterani inuitiq; exercitus Imperatorem, in hoc eximio studio atq; incredibili cupiditate ducum & militum, omnes continuò terras, quas armatus adire volueris, secundo viatoriæ cursu peruagaturum esse non intelligat. Transiueris aliquando mariæ maiores tui Galli heroës: aut ylro in Sy-

ria, Ægypto, Africa barbaras gentes, quæ nec occidentales quidem populos fama cognouerant, armis petiuere: cùm certatim omnes celeberrimis Magni Caroli trophyis ad virtutem accenderetur: & proferre Christianæ religionis terminos, satis dignam belli causam; pro qua & maria superanda longissimi tractus, & petendæ alieni cœli regiones forent; dubijs etiam atq; incertis rebus existimarent. Quod si hæc animum minimè permouent: vt pote quæ ab aliquot seculis, uti nimis vetusta, excidisse hominum memoria videti possint: te profecto vel non vtrò inflammatum pulcherrimo studio gerendarum rerum, nec unquam ignobilis ocio defluentem, trophya Bœthica vicini regis excitabunt. Is enim Mauro dire hoste Hispania depulso, terram patriam gloriolè liberauit: magna herclè cum laude: sed quæ minimè conferenda videatur: si tota Græcia Turcum nomen expuleris: quod equidem votis piè conceptis facile cedet. Epirotæ enim, Ætolii & Peloponnesi gentes suppliciter opem tuam implorant: vt te auxilre consilia repetendæ libertatis audacter explicit: atq; obiter fortia arma aduersus barbaros conspectis vexillis tuis expediant. Sed liberandum priùs nobilissimum Italæ regnum ab Aragonijs tyrannis esse censemus: vt cùm illud hereditario iure Galliæ regibus attributum, à miserabili seruitute in libertatem vindicaueris: continuò ex Apulia; unde breuissimus in Epirum & Macedoniam traciebas; legionibus transspor-tatis; vi & fama victoris exercitus, ac deorum atq; hominum immenso fauore terribilis; Byzantium rectâ contendas. Implorant abs te auxilium Calabri, Lucani, Brutij, Samnites, Campani, cæteræq; eius regni gentes; quæ quondam Andegaviensium nomen secutæ, aduerso belli exitu, iniquam fortunæ conditionem subierunt. Horum omnium sanguine ac fortunis Aragonijs fœuissimi regnatores, per multos annos ita crudelitatem atque auaritiam expluerent: vt nihil iam præter veteres animos, quibus constantissimè semper Galicas partes coluerunt, viciis ac miseriis reliquerint. Horret animus recensere, quot proceres,

quotq;

quotque præclaros duces , interposita fide & sacramen-
ti religione in gratiam receptos ; quod anteà Gallicarum
partium fuissent ; violato iure non modò hophitij , sed i-
psius regiæ mensæ , crudeliter enecarint . Horum porrò
cadauera (tremendum visu !) siccata , & condita odori-
bus in eo hábitu , quo viui fuerant , ijsdemq , insignibus ex-
ornata , aduersari atque ostentari ferunt : ut eo execribili
tyrannicæ immanitatis atq ; perfidiæ exemplo , paria time-
ant , qui seruire noluerint . Contra hos summe sceleros
homines , & quod à vobis viris fortibus nisi indignanter
ferri non potest , per contumeliam Gallicæ gentis irriso-
res , gladium feliciter educes . Dijs enim ac hominibus
inuisi præpediente scelerum conscientia , nec consilia in
negocio , nec arma opportunè vñquam expedient . Tibi
quoque aderit Ludouicus Sfortia prudentes ingenij au-
toritate atque opibus clarus : ac in primis decoris tui &
Gallici nominis apprimè studiosus . Siquidem vetere suo
instituto , nihil vñquam amicitia Gallorum antiquius du-
xit : Francisci Sfernæ magnanimi patris vestigia secutus
qui Ludouicum patrem tuum cùm ille Gallico tumultu &
in multa procerum perfidia penè obrutus ; summis omni-
um rerum difficultatibus laboraret : & consilio admodum
salubri , & quanta potuit pecunia , veteranis copijs , maximè
Galeacio filio duee in Galliam transmisso , opportunissimè
iuvuit . Is igitur summa fide singulariq ; studio fessum exerci-
tum , cùm Alpes transcenderis , fertilissimæ prouinciarum co-
pijs recreabit : commeatus passim expédiat : in Liguria va-
lidam classem exornabit : non contemnendas copias , ac du-
ces locorum Italcarumq ; artium peritos adiungeret : & Prin-
cipes Italiz , qui fermè omnes ipsius autoritatem sequun-
tur , tibi fœdere vel amicitia conciliabit . Hoc deniq ; opulen-
to fideliq ; socio , cuncta facilia atq ; explorata erunt , ad in-
comparabilem victoriam : cuius vel præcipuum fructum ,
non in præsenti tantum gloria & commodo , sed in
ipsa spe sempiternæ laudis magnanimi
reges posuerunt .

BAIAZETIS TVRCA-
RVM IMPERATORIS AD LVDO-
uicum XII. Francorum Regem Chri-
stianissimum.

EPISTOLA.

SOLDANVS PAGIASETH CHAM-
viriusq; Epyri, Asiaq; & Europa solus regnator, Impera-
torq; maximus Ludonico Gallorum
Regi.

Ide apud nos & integritate commen-
dati Oratores tui, his diebus cum literis tuis ad
nostræ amplitudinis Imperatoriam Celsitudi-
nem applicuerunt. Et ubi per eos de tui status
incolumitate & prospera tua valetudine cognouimus: ga-
uili fuimus non parum: qui quidem, quæ illis mandaueras,
vt nobis explicarent, omnia curauerunt diligenter. Et mi-
rari non satis possumus, te queri de violata Venetis, lenissimo
hominum generi, à nobis fide; quibus rerum summa
cessit, & orbis maxima gubernacula parent; qui crebrius
eos, vt initum nobiscum sœdus seruarent, quantum valui-
mus, pro humanitate nostra admonuerimus: ne ab eis tan-
dem cogeremur pa&ta fidei sacramentum reposcere, quod
deum ab eis violatum seuerius acerbiusq; in eos vindica-
remus. Tantum igitur absuit, vt fidem illis sefellerimus:
verum contrâ ipsi nihil reueriti, fraudibus atq; dolis omnia
repleuerunt: non modò contenti pa&ta pollicitationesq; &
interpositum iusurandum irrita fecisse; nisi & imperij no-
stri fines aggressi, damna ex improviso milite, quæ potue-
runt, intulissent: de quibus, siquidem compluribus no-
stris in locis populationibus, illatisq; incommodis, magno
Rhodiensium gubernatori(quem tuæ Maiestatis amicissi-
mum

num non ignorabamus) indicare curauimus ; vt illorum flagitia , nostrorum verò damna , non parua cum iniuria , & iustam in eos nostram sauiendi , vlciscendiq; causam ignorare non posses ; cuiusmodi hominum mutabilitatem , levitatem proteruam , & in seruanda fide nullam constantiam , ex tuo à Neapoli , non multos ante hos annos , reditu , tibi satris perspectam esse oportuit : vt iuste iam de illorum perfidia in te tuos sc̄p norissima conqueri iure , nec possis nec debeas . Quare iusto furore succensi statuimus dignas illis , pro eorum in nos temerarijs ausis , rependere vices ; & atroces iniurias atrociter vindicare ; & innumerabilem terra mariquę exercitum colligere ; vt eos vtricibus p̄enis funditus exterminem , deleām , disperdam . Et nihil quoq; cunctatus , iam quod animo conceperam , re ipsa complessim ; nisi Oratores tui (cùm eorum legati pacis nobiscum leges orarent , ad nos tunc missi) nostros animos ad illis parcendum inflexissent , & conceptam iram infregissent . Itaq; si Consiliarioruni nostrorunt certas postulatæ pacis moderationes nostras , legesq; admiserint ; pacem damus , pacem annuimus : Sin minus , quæ iam destinauimus , haud segniter exequemur . Legatos autem tuos ad nos , pro dignitate suo functos officio , & honore à nobis , vt oportere visum est , persecutos ; ad te , cum duobus è nostris oratoribus & literis nostris , remittimus : vt nostræ felicitatis status te nulla ex parte lateat : & pariter nostra amplitudo & inconcussa validitas tibi nouæ lætitiaæ sit occasio : volentes insuper inter nos amicitiam benevolentiazq; vinculum indies accrescere : & nuncijs & mercatoribus tuis nostras terras & imperia firmissimis amicitiaæ legibus , prorsus sine metu , sine detimento iacturaue vlla fore communia : Ex Castris nostris quæ Iperala nuncupamus ; X IIII. mensis Aprilis anno à Prophetanostro Mahumieto XC V. à Christi autem descensa , anno supra millesimum , quingentesimo .

FRANCISCI PHILEL-
PHI AD HANC EPISTOLAM PER-
oratio ad Principes Christia-
nos.

EAEC barbari & insolentis Baiaze-
thi, viuifex crucis & Christiani nominis hostis
infensissimi, Epistola inserta est; ut viri prom-
tius ingenerositas intelligatur, qui omnia eme-
titur, ut dominari & dominando sauissem Tyrannidis ra-
biem exercere possit; qui medius nescio inter quot centum
muliercularum & Eunuchorum greges stertit: Sardanapa-
lo (me D a v s amet !) longè deformior; Eunuchorum
inquam: quos ad ventris vscq planitatem, membris procre-
andæ Sobolis gratia à naturæ prouidentia tributis, penitus
penitusque resectis euirauit: Ut meritò natura parens apud
D e u m, cuius legibus operatur semper; semper & obedit,
conqueri possit. Et hac quidem ut frequentius in Chri-
stianorum pueris (quos ex matrum sinibus raptos lictores
sui, sui furciferi ad se pertrahunt) ludibria committere
solet; ut sæpenumero recitatum audiuisse me memini: Qui
crapulatus & foeda distentus helluie & infanda Venere,
(quam animus horret dicere) effeminatus, post execrabi-
les blasphemias in Christum totius maiestatis & gloriae Do-
minus commissas, & in trinæ beatitudinis iuuocatores:
cogitat omnes, qui illud sanctum iuuocant, funditus per-
dere: nisi D e o vero derelicto velint Sathanæ (qui eius
Pater est) & eius Antichristo acquiescere. Et ad id im-
manis flagitijs committendum à patre suo diabolo miros
& incredibiles laqueos sallent; quibus electorum animas
seducat; nisi benignitas Salvatoris Iesu (qua immensa est)
pallantes oues multa pietate requireret; & proprijs hume-
ris

ris impositas, ad caules paternas reuocaret, reuocataſcꝫ sua iugis prouidentia (non seculis ac nos noſtrami in speculo noſtra præſentia imagunculam) ſaluarer atque conſeruaret. Si potuit Arbaetus miles turpem Sardanapalum de tanto ſuo imperio, ſed ſe quidem indigno, deturbare; quid reges & principes Chrtianorum viriles & generofi, de monſtro hoc, longè etiam Sardanapalo (ſi fama vera eſt, & certe vera eſt) effeminateſore? qui nullum ſcelus putat, niſi Chriſto benedicere, & D̄ M̄ cœli teraque inuocare; quem etiam mulieres non modò vincere poſſent, ſed etiam quoque vicerint. Eia igitur, inuictissimi Principes Chriſti; porcum illum ſpuman em, frenden-tem, furibundumque aprum, lupum ſanguinem vestrum ſicientem, plagis & molofis vestrīs implicate: & more Penthei membratim decerpite, more Licei rotate. Chriſtus aderit procul dubio, ſuum vobis capitalem hostem in manibus dabit: qui nouit in ſuis militibus vincere, & pro victoria quam ipſe parit, ipſos coronare. O generofi principes Chriſtiani! o generoſiſſimi, ſi pro fide, pro qua nunc tota res agitur, arma ſumpſeritis! præſentium ſalutis gloriaꝫ nepotum; datis vbiuiſ gentium dextris & pijs amplexibus in Chriſti dulciſſimo & feliciſſimo nomine iurati, procedite; & ampliſſimas urbes, regnaque & terras (quas Chriſti æterni bonitas vobis olim tradiderat regnandas) de fauicibus inferi & horrendæ pyſtricis eripite, eru-ite, ſaluāte:

Cappadoces Phrygi, virides ubi flumine ripas
Curuat, & argutos audit Maander olores.

Et veteres Heneti: Cares ubi dicitur ortum
Angurium, Lyci Pontus, Bithynia diues,
Hanibalis cumulo insignis, Lydiq, vetustum
Vnde genua Tuscis, fuluas ubi voluit arenas

*Divitibus Paetolus aquis; hac omnia nostris
Hostibus, & rigido parent inuita tyranno.*

Hæc omnia olim Christiana: nunc, ô fidelissimi Christi milites, Christo Domino (cui omnia debemus) cum vestra immortali sempiternaq[ue] laude restituite. Insensatus nimirum ille est; qui pro vitæ momento sempiternitatem, & pro terra puncto cœlum aspernetur oblatum. Quid scis vbi renueris, an crastina febricula te absumet? an lapis de proprio tecto te inglorie conficiet? vnius anniculi labor vobis erit immortalitas; & vrbs Christo restituta: immo vna anima vobis erit in sempiternum cœli possessio. Constantinus religiosissimus & Christianissimus Imperator, viso crucis signo in cœlo (ut memoria proditum est) audiuit: In hoc signo vinces: signum cepit & vicit; Deus v[er]s[us] mutabilis non est: & nunc vobis eadem, ô Christiani, de suo cœlo loquitur & clamat; eadem promittit. Eia igitur, auspice Deo, duce mundi victore Christo; invicta fortissimaq[ue] pectora vietris crucis signo munita; vnanimi iam consensu & firma concordia aduersus communem & vestrum & religionis hostem procedite, & viacite; viatoresq[ue] æterna cum laude, cum patriæ salute, pace & libertate, reduce Deo, vos charissimis coniugibus, liberis, parentibus, amicis, vniuersis, cœlo terraq[ue] iubilantibus, coronati triumphantesq[ue] restituite. Statim post auditam paulò suprà Urbani Secundi recitatam Epistolam, trecenta fortium bellatorum millia, cum hoc salutifero signo (quo cum Christus Dominus mundum diabolumque vicerat) rubenti panno sagis assuto, generosissimè applicito pectoribus itineri se accinxerunt, victoriamq[ue] pepererunt nullis vñquam sacerulis morituram. Ite igitur duce Deo, vincite, & redite.

IACOBI SADOLETI
EPISCOPI CARPENTORACTEN-
sis de bello suscipiendo contra Turcas, Ad Ludo-
vicum XII, Christianissimum Gallia-
rum Regem,

ORATIO.



I quis antè fuit, Ludouice Rex,
qui maximis nationibus præpositus, & in
hanc celsam honoris sedem sublatus, for-
tunæ locum illum, singulari hominum
benevolentia, & summa virtutis existi-
matione tueretur: cum te esse arbitror
hoc tempore, in quem ita omnium bo-
norum studia incubuerint: ut cùm multa ex rebus domi &
militiæ gestis, tùm animi tui, tùm consilij documenta ce-
perimus: quibus ad incredibilem erga te amotem con fla-
grauimus; arduum admodum sit constituere: utrum or-
natiōribus iudicijs magnitudinem tuam, an votis amantio-
ribus salutem prosequamur. Sed quò propensior nostra e-
iusmodi voluntas sit, illa etiam ratio in causa est: quòd
eandem hanc virtutem, quam egregiam in te & præstabilem
esse cognoscimus, communī quoq; Reipub. & Christianæ
religioni in primis speramus fore salutarem. Quantum e-
nim longo iam interallo, partim crudelissimorum hosti-
um iniurijs, Turcarumq; contumelijs: partim temeritate
& negligentia superiorum principum, amisit fides nostra,
rum auctoritatis, tum dignitatis: tantum videris tu breui
tempore referre Reipub. posse: si, quantum in te potestatis
fortuna esse voluit, tantum tu studij impeadere in commu-
nen salutem institueris. Ac nos quidem cùm bellicorum
operum tuorum monumenta intuemur: planè intelligimus,
non aliunde potuisse illa, nisi ab optimo consilio & animo

maximo proficisci. Quia enim rerum gerendarum origo ab interioribus fontibus prudentia deducia est: sic circò necesse est, ut quid egregie gestum sit, antea fuerit præclare cogitatum. Cum vero animi tui præstantiam & magnitudinem tenemus: certam in spem ducimur, tanto maiore cura tuenda religionis tibi proposita; quanto illustrius est est publicæ utilitati consulere magnum regem, quam priuatæ; te non minora dehinc tuæ pietatis pignora Reipub. daturum: quam antè hac dederis fortitudinis. Neq; huic nostræ opinioni atq; sententiæ humana tantum consilia adstipulantur: sed multo magis diuino numine eretti & confirmati sumus. Quis enim animum referens ad ea bella, quæ gesisti, victorialq; quas es adeptus, tuamq; in illis, non solum administrandis vim animi atq; fiduciam, sed etiam in conficiendis celeritatem cogitans: non intelligat, Deorum immortalium nutu ac voluntate, ad functionem pulcherissimi operis, te & vocatum, & instructū esse; vt sis sanctæ Christianæ religionis speratus ille, diuq; exoptatus votis omnium cum auctor resurgentis, tum vltor violatae atq; punitor: cum illi omnibus cœlestibus beneficijs in te conferendis, non solum te ornasse ad laudem tuam decorandam: sed etiam armasse ad suam religionem defendendam, iudicio ac liberalitate sua videantur. Quod si in hominum vita atq; vita, & in societate communi, quæ cognationis quasi vinculis quibusdam, & naturali ipso iure continetur; ij præcipue existimantur officij retinentes homines, omniumq; benevolentia digni: qui accepti beneficij memores, quam possunt, auctoribus suorum commodorum alaci animo gratiam personauunt: quanto tandem te studio, quanta alacritate decet summi ac præpotentis D e i, & beneficia agnoscere propter prudentiam, & gratiam referre meritis propter pietatem: præsertim cum quid ille abs te repetat, & in quo operam tuam, flagitet, propè voce testetur. Clara enim hæc est Dei immortalis, vox & oratio: suos à te hostes sevinci velle, & deprimi; cum tuos tibi, ut superares, concederet: neq; est vlla insignior appellatio pietatis atq; officij: quam declarare beneficio,

neficio, cuiusmodi reposcas gratiam. Quamobrem ille Regum Dominus constitutorq; Principum Deus: cuius benignitatem & tu sensisti, & cæteri per te expectant: cum suo quodam diuino occultoq; iudicio, quod nos cogitationi aspirare non possumus, tibi amplissimos fines, tibi innumerabiles populos, tibi regna, tibi laudem, victoriam, triumphumq; contulit; non tibi profecto soli ista derulit, sed etiam Reipublicæ: nec uno in homine finem beneficiorum suorum constituit; sed per vnum hominem statuit libertatem cœlestis beneficentie in vniuersos homines infundi oportere. Ergo & hæc tibi, Ludouice Rex, pro maiestate & amplitudine tua Christianæ fidei suscipienda propugnatio est: & illud enixè contendendum: vt in maximis rebus aggrediendis ac perficiendis, dignus & salutis hominum auctor, & diuinæ liberalitatis minister esse videare. Nobis porrò, qui tot iam annis in summa desperatione omnium rerum ita iacuimus, vt offusæ nostris mentibus sempiterna nox videatur; hæc primum è cœlo spes bonæ salutis eluxit; quam ijdem Dij immortales in te nobis propositam esse voluerunt: ob quam erecti atq; excitati, te melioris fortunæ quasi signum extollentem, nosmetipso, res rationesque nostras omnemque spem in columitatis ac salutis, in tua vnius virtute fiximus ac locauimus. Tantam enim animi magnitudinem, tam insignem admirabilemque prudentialiam, tantos ac tam prosperos fortunæ, & inauditæ felicitatis cursus, certè ad utilitatem publicam incitatos esse arbitramur: nec persuadere nobis possumus, nec aliter sentire atque existimare; cum in rebus inchoandis tantam laudem assecutus sis, quantam omnes gentes commemo rando celebrare non desinunt, te ad ea, quæ restant, longè maiora ac vberiora, non eandem tuam illam vim virtutis & sapientie esse conuersurum. Atque hæc nostra cupiditas & expectatio, ut ibi opes tuas, cum fortunæ, tum consilijs & auctoritatis in salutem Reipublicæ collocare libeat, & si plurimum nostris rationibus accommodata est, quibus optabile est, diuque voris ac preci bus

bus efflagitatum, aliquando tandem à continuis periculis
detrimentisq; conquiescere: tamen non minus perspicua
habet in se testimonia communis in te amoris & iudicij,
quam desideria salutis. Quid enim aliud est optando deli-
gere ex omnibus vnum à quo te ornari vel conseruari cupi-
as: quam illius, quem deligas, & gloriae fauere, & de virtute
præclare existimare? At qui hæc sententia omnium ac volun-
tas si tibi honorifica est, pertinetq; ad laudem tuam, tecq; in
excelsissimo loco authoritatis atq; existimationis communis
opinione statuit: est profecto & tuae humanitatis, hominum
studiosissimorum tuiq; amantissimorum salutem conser-
uandam suscipere: & summæ virtutis præstantisq; sapien-
tiæ, iudicia omnium gentium, quæ maxima de te ornatissi-
maq; sunt facta, Turcis frangendis atq; à ceruicibus Reipub.
summo uendis, sanctissimoq; bello pro communi religione
suscipiendo, comprobare: ut illi, qui te ad tantam laudem
flagitant, nec repudiati in benevolentia, nec decepti in iu-
dicio esse videantur. Quanquam quidem huius de te op-
inionis non nos soli participes sumus: nec proprium nostrum
est hoc iudicium: sed nobis cum ipsis hostibus commune.
Non enim minus verè & grauiter illi de te iudicant, quam
nos iudicamus: nec tua ista Imperij & auctoritatis amplifi-
catione maiorem nobis læticiam attulit, quam illis fortitudi-
nem: ac illi metu nunc perterriti atq; exanimati rumore tui
nominis tot victorijs illustri ad extremas nationes perua-
gato: cum ita reformident aduentum tuum, ut ad omnem
mentionem tui perhorrescant: id profecto facere existi-
mandi sunt: quod in tali re atq; periculo fieri passim solet: ut
ante deorum suorum imagines, quos illi peruerso admodum
& superstitione ritu colunt, procumbant supplices: preci-
bus obtestentur, impenseq; obsecrent; quo tu ab eiusmodi
præclara voluntate abducare. Quod si tu in medio cursu
felicitatis ac victoriarum iam usque èò progressus, unde
promptum atq; expeditum iter est ad peragenda quæ re-
stant; & ea quidem uberiora ad gloriam: ad opus verò &
laborem leuiora, repente constiteris, & represseris tan-
quam

quam lucem dignitatis, amplitudinis, & ipsius (vt ita dicam) immortalitatis: aut non aspiceris propositam, aut reliqueris vltro atq; contemseris sese offerentem: nimirum (id quod cum nostra, tum vero honoris tui abominamur causa) & hostibus tuis infestissimis insperatam laetitiam, & socijs amantissimis inopinatam calamitatem importaveris: Itaq; illi frustra se pertinuisse, hi falso de te iudicasse se arbitrabuntur, inanemq; suam de tua virtute opinionem irridebunt: iactationibus efferentur: lapsum & quasi ruinam laudis auctoritatisq; tuæ, suæ auctoritati existimationique fortitudinis ascribent: impunitatemq; sibi præteritarum iniuriarum, non solum donatam putabunt: sed etiam licentiam nouarum: nos vero, quorum erat saluti & fortunis per te consulendum, omni spe orbati desolatiq; auxilio: miserabimur grauiter conditionem nostram, perpetuoq; lamentabimur: plus illorum ad muta & irrita Deorum simulachra superstitiones preces, quam nostras veras lachrymas iustosq; dolores apud Dei omnipotentis animum valuisse: & cum ipsorum illis Diis propitijs esse non possint: eum regem qui nobis possit, quiq; nostra spe & salute retinenda, vicariam propemodum habeas D^a i immortalis potestatem: pro hostium potius votis, contra dignitatem suam: quam pro salute sociorum ex amplitudinis suæ gloria egisse. Quod eò & iam erit indignius ferendum, quod illorum vota nihil aliud spectant, quam facultatem inferendæ nobis iniuriaz ac calamitatis: nostra ad unam rationem intenta sunt recuperandæ honestatis. Qua propter est hoc omnino tua maiestate dignum: hoc debitum excellentiaz tuæ: hoc proprium tanti regis: hoc & ijs rebus, quas gessisti, & ei expectationi, quam concitasti, in primis consentaneum: vt te in huius præstantissimi facti cogitationem dedas: Turcarumque imperium, quod nostra cum pernicie, & Christianæ religionis, unde tu clarissimum cognomen accepisti, labet atq; ignominia auctum adhuc & cumulatum est, tollendum funditus atq; extinguendum, tuæ virtuti felicitatiq; assumas. Nam quod aliud munus est regnandi, quam in his rebus me-

ditandis & gerendis, quæ Rēmpub. vtilitate beneficioquæ comprehendant, & alienæ commoditati elaborare, & suæ laudi? Sanè est hoc ita agnatum regibus, & quodammodo affixū; vt qui ab hac præclarissimamente descinerunt, neq; nomen regium neq; dignitatem vaquam potuerint sustinere: sed falso quidem usurpauerunt regum & principum nomen: rem autem ipsam repudiarunt penitus atq; contempserunt. Magna est species, magna grauitas, magna maiestas principatus: quam qui non in purpura, non in opibus, non in insignibus & comitatu: sed in virtute, sed in iustitia, sed in animi magnitudine, sed in sapientia positam esse putauerunt: ij reuera principes: neque hoc tantum, sed optimi & clarissimi principes fuerunt; qui ad communitatem eorum, qui suæ fidei commissi conereditique essent, tuendam: & ad communem generis humani vtilitatem procurandam sese esse natos existimauerunt: qui ita constituerunt: propterea quidem, quod imperium nihil aliud intelligebant esse; nisi curam alienæ salutis, exercitationem propriæ virtutis, studium commodi publici, negligentiam priuati: se potestatem quandam ad D e i similitudinem inuentam obtinere: Idque operis sibi incumbere, ut generi humano benefici inprimis & salutares reperirentur. Quo etiam eorum est nomen magis ab omni memoria detestandum, qui in tam celsum gradum honoris sublati, potestate, quam habuerunt, non ad villam illustrem rationem, sed ad priuatos quæstus & libidines sunt abusi: horum nimirum scelere atque importunitate nos afflictos & perditos, pluresq; à gremio sanctæ religionis prouincias dolemus esse distractas. Sed illi qui in flagitijs atque in omni libidinum genere suis cupiditatibus morem gerere studuerunt, ab eis rebus, quas tantopere amplexi fuerant, direpti morte, atque diuisi, æternis nunc & mentis supplicijs exercentur: nos verò eorum culpa in extremum discrimen adducti; hoc maiore sollicitudine animi & labore, tuam & fidem & diligentiam imploramus: vt labrant Christianæ Republicæ subuenias: superiorumque tempo-

temporum ruinas tua virtute & pietate fulcias. In quo
vide quam in opinionem de te discesserimus. Magnum
verè iudicamus regem, qui subditorum suorum saluti con-
fult: estque hoc ita proprium regis, ut sine eo nec munus
regale nec officium constet: Igitur cùm te ad orbis terræ
vniuersi salutem depositimus: quæ re&a religione com-
municanda vicitis ac victoribus futura vna & eadem est:
cùm inquam te ad hanc rem tantam gloriæ celebritatisque
pleniissimam idoneum putamus: nonnè dignum qui o-
mnibus gentibus imperes, arbitramur? Enim uero ex tu-
is rebus gestis, multa habuimus in te ipso virtutum docu-
menta maximarum. Nam & prudentiam in consilijs, &
fortitudinem in periculis tuam cognouimus, & vehemen-
tiam in agendo, celeritatem in conficiendo, clementiam
in ignoscendo: quæ sunt omnes imperatoriæ virtutes, ma-
ximi ducis propriæ bellicæ que laudis, & victoriæ comites:
quibus condocefimus, te ad sanctissimi belli, quo te ad-
hortamur, expeditionem, copijs & omni facultatis gene-
re esse instructissimum. Sed vna eius rei voluntas ac de-
liberatio te regem omnium præstantissimum declaratura
est: hoc vnum ad summam amplitudinem nominis tui re-
liquum est: hic restat actus: in quo omnes quidem elabo-
rare debent, qui in regnis & imperijs sunt: Sed tu inpri-
mis ac vehementissime: qui cognomen Regis Christianissi-
mi à maioribus omnium quos vñquam virtus cuiusquā aut
fama appèrinit, maximum clarissimumque obtinuisti. Nam
regem quidem esse, humanæ dignitatis est: Christianissi-
mum verò, diuini honoris: & in vtroque ramen Christiana-
nae Reipublicæ curam & quasi procreationem terminus
tibi esse commissam: ex quo intelligi licet, quò te res ipsa,
quò fortunæ fauor, quo merita deorum, quò singu-
laris illa nobis, perspecta maximis in rebus, & in admira-
tione habita animi tui magnitudo vocet: cùm quale mu-
nus tibi, & cuiusmodi exercitatio suscipienda sit, no-
minibus ipsis commoneare. Quod si illi, qui tecum
alijs

alijs rationibus coniuncti, & iuris & religionis, & quandoque societatis; hac vna tantummodo causa, atq; hoc iustissimi belli prætextu, quod nimis cupiditate in alienos fines imminere videbantur, vieti abs te atq; edomiti, nihil aliud appetierunt, nisi vt potentiam tuam infringerent: terminisq; imperij sui summouendis, suos ipsi vt promouerent: fidem autem & religionem, nec offendam vñquam, nec violatam esse voluerunt: quos tamen non solum vi atq; armis, sed felicitate, & deorum immortalium nutu ab imperio & de auctoritate pristina depulsisti: quod tandem tibi suscipiendum animi est aduersus eos, qui natura barbari, feritate crudeles, scelere impij, & tibi, & nobis, & vniuerso nomini Christiano sempiterni hostes extiterunt? qui fidem sanctissimam, qui diuinam religionem, qui illam alteram partem tuæ amplissimæ dignitatis, quæ quidem & ad veritatem potior est, & ad commemorationem famæ certè gloriosior: quam tu Christianitatis nomine consecutus es, foedarunt, diripuerunt, omni semper immensitate & inaudito furore lacerarunt. Profectò si fuit magni Ducis, eos qui arma contrà ferrent, virtute & consilio & militari robore retudisse: est optimi medius fidius, & Christianissimi Regis; quæ tua maior atq; illustrior laus est: nomen sanctissimæ religionis, salutem populi fidelis, contra nefarios hostes defendendam suscipere: neque committere vt hæc orbis terrenæ spes & expectatio, quam incredibilis omnium ergo te benevolentia aluit; tuæ virtutis opinio confirmavit; deorum eximia aduersum te beneficia corroborauerunt; ratio & necessitas reipub. sustentat; frustra esse commota videatur. Ac mihi quidem ad initia generis tui præclara sane atq; illustria animum & cogitationes meas referenti; videntur maiores illi tui, qui primi regnum Galliæ sua virtute constitutum posteris tradiderunt; hac vna re potissimum, quod fidem Christi cupidissimè ac religiosissimè acceptam, per finitimas nationes propagare sunt nixi; auctoritatem sibi, & firmamentum ac robur imperio comparasse: quorum Pipini duo, & interieetus inter hosce Carolus Martellus, Pipini primi

primi filius, posterioris pater: cùm etiam tum barbaris & idolatris redundaret Gallia: Germaniæ magna pars auersa à religione, fidei nomen, non solum odio, sed etiam armis persequeretur: in hac vna cura omnes & virtutem & vim sapientiæ suæ posuerunt: vt superstitione omni ex eis regionibus extirpata, verus D^e Sⁱ cultus vbiq^z conseretur. Itaq^z Germani ab illis domiti: Frisijs subacti: Saxonis in fidem recepti: quid integræ & validæ nationes iugum idem & vestri imperij, & sanctæ religiones vnā subierunt, ex quo profecto intelligere possumus, quantam illis gloriam victoria dederit: cùm vi&is calamitas attulerit salutem. Caroli autem Magni summam, inauditam, incredibilem, ac penè diuinum animi magnitudinem, pietatem, virtutem, quibus ad huic laudibus celebramus? quo honore prosequimur? qua benevolentia complectimur? Qui cum multa bella gessisset; partim tuendorum finium causa; partim inductus propagandi imperij cupiditate: quæ plerunque excellentibus animis innata est: habuit in ceteris causam vel iustam, vel necessariam: quæ vero pro repub. Christiana gesit: Saracenis, qui latissime se effunderent, ultra Bæthim summotis: Hispanis ad finem adductis: Saxonibus non minus religione, quam armis subactis; in tanta sunt gloria, vt illius nomen clarissimum nulla vñquam exanimis hominum deletura sit obliuio: nulla diuturnitas illius laudes oblitteratura: nullius vñquam vox illius clarissimas virtutes sit tacituras. Quod si illi domesticis semper seditionibus impliciti, bellumque intra fines perpetuum gerentes, tantum tamen virtute, & diligentia perfecerunt: vt idem terminus esset eorum propemodum & nominis, & imperij: vt nusquam arma moverint, vnde victoriæ non reportarint: nullam gentem vicerint, quam non & clementia sua, & veritatis doctrina conseruauerint: quid tandem est abs te requirendum? qui cum virtute illis (vt speramus) partum verò opportunitate certe es superior. Illi enim regno constituendo, finitimiisque nationibus adiungendis, tanquam gradus tibi construxisse videntur: quibus

Te nūc in cœlū possis tollere. An verò tibi non dispar longe
quæ dissimilis horum ipsorum videtur, quos modò nomi-
nauimus, fortuna : atq; aliorum conditio Galliæ regum :
qui nequaquam in simili laude elaborandum esse putave-
runt? Intuere paulisper animo, quoniam oculis non potes,
longum ordinem Regum eorum, qui te antecesserunt : &
cogitationes tuas ad spacium recordandum præteriti tem-
poris reuoca : nonné ipsi illi fidei propugnatores, qui Re-
ges Christianissimi non solùm nomine, sed etiam veritate se
esse voluerunt : stare tibi videntur in immensa diuturnitate
insignes atq; conspicui : tanquam ad sempiternam virtutis
& gloriæ vitam eredi : vetustate inuicti : ac indies potius
magis efflorescentes : cæteris prostratis atq; abiectis, neq;
solum morte: id quod communis infirmitatis est: sed etiam
quæ inertia peculiaris pœna est, obliuione oppressis; Mihi
medius fidius videntur illi elucere tanquam lumina: & cùm
longinquitas temporis sensim rebus obducere obscurita-
tem soleat, omnem caliginem vetustatis clarissima luce no-
minis sui vincere. Quos cum cæteri reges atq; principes di-
uerso ex genere, remotissimis in terris proponere sibi ad
exemplum rerum gerendarum soliti sunt: tu domesticis ex-
emplis non accendare? Non foret hoc animi, non ingenij
tui, ne nostræ quidem spei atq; opinio[n]is, quam de tua sa-
pientia concepimus: Illud potius tuæ & eximiæ virtutis, &
excellentis animi magnitudinis efficere: vt cùm illi in ma-
ximis & difficultatibus, regno nouiter instituto, finiti-
mis omnibus ad armæ contra eos euntibus, tantum la-
bore & diligentia enixi sint; vt latissimè fines & imperij &
religionis extenderint: tu in summa rerum, quæ ad hoc
bellum idoneæ sunt, facultate & copia, in amplissima au-
toritate, in robore exercitus inuicti, tot & tam magnos
opportunitates tanta virtute excipias: vt illi minus multò
præte virtute, quam occasione, valuisse videantur. Nam
quid ego de cæteris dicam, ex eadem vel familia vel patria,
maioribus tuis? Tulit enim, tulit hæc terra duces pluri-
mos: tūm ex bellicis laudibus illustres: tūm animo in reli-
gionem

gionem præstantes. Nonne Carolus Tertius eodem itinere suscep^to, quò maiores suos instituisse ad summam laudem viderat, eorum vestigia magna cum cura est persecutus? Cui quidem Normanni, g̃ns ferox armisq; indomita, quod credunt Deum verum, quod cognoscunt, quod in spem salutis & æternitatis eduntur in lucem, atque educantur, totū acceptum referant. Quid illi, qui hoc ipsum idem bellum, cuius tibi nunc & cupiditatem & victoriam votis & desiderijs nostris adoptamus, singulari felicitate & gloria condecorerunt. Gothifredus, Balduinus, Vgo, Roberti duo: quia tandem in celebritate famæ, & quam grata commemo- ratione omnium gentium versantur? Quos, cùm neque re- gnum obtinerent, necq; summam haberent potestatem: ta- men in sanctissimam expeditionem proficiscentes, innu- merabilis ex Gallia fortitudo fortium virorum consecuta est: atque illi signis aliquoties collatis: maximis exerciti- bus aduersariorum fusis atque fugatis: urbibus munitissi- mis expugnatis: omnia à Bosphoro & Propontide ad vs- que Ægyptum armis prodomuerunt: cùm eorum virtutem coelestibus præsidijs armatam, nulla hostium tela, nullæ obiectæ altitudines, nulla vis opposita retardare potuisset. Itaque illorum tunc opera, & regnum Hierosolymis con- stitutum est: & barbaræ nationes edoꝝ: nobis ad hostes rerundendos, violatamq; religionem persequendam, non vim plerunque aut facultatem, sed curam abesse: quod grauissimis inter nos dissensionibus distracti, temeritati potius & iracundiæ, quam sanis consilijs adhæremus. Neque hoc barbarorum fecellit astutiam: qui virtute nunquam nobiscum, temporibus, semper pugnauerunt: nam tunc pulsi omni penè Asia, aliquot quietere annos: dum nos ad nostram amentiam & fatalem quasi calamita- tem rediremus: cuius mali simulatque signum à nobis ce- cinit: Continuo in nostras seditiones ac discordias impe- petus ab illis factus est. Qua in clade periculoq; no- strorum, duo maximi fortissimiq; Gallæ reges, diuersis tamen temporibus, laboranti in his locis populo Christiano

succurrere sunt conati : Philippus , & is qui ob eximias do-
tes fidei , pietatis , continentiae in diuorum numero relatus
est , Ludouicus Sanctus : cuius quidem laus hæc propria est ,
quod in Asia primum , mox in Africa , barbaris atq; infi-
delibus bello consectandis , integrum consumpsit ætatem :
verè magnus ille rex , qui semper & regiæ dignitatis officia ,
& Dei immortalis beneficia ante oculos proposita habuit:
verè ad hominum salutem natus & tutelam ; qui cùm eas
contentiones refugit , quæ ad Christianorum perniciem ,
tum ea bella suscepit , quæ ad hostium etiam liberationem
pertinerent : Merito igitur ille ac iure optimo felix & for-
tunatus ; cuius inter homines nomen , in spiritum ad æter-
nitatem vitæ cernimus consecratum . Porrò autem te ipsum
tantæ circumstant nocte & interdiu maiorum tuorum au-
thoritates ; vt domesticæ laudis recordationem intermitte-
re non queas : his tu exemplis , his documentis præstantis-
simæ virtutis : quæ doni tibi nata sunt , omnibus quidem
proposita ad imitandum : tibi verò vni insita ac penitus af-
fixa ; atq; ab his initijs generis , virtutis , dignitatis , poten-
tiæ : quod nam tandem appetere fastigium gloriæ debes
tanto altiore ex fortuna ; cùm illi aliquanto inferiore ex lo-
co ad summam laudem nihilominus contenderint . At e-
nimir bellum graue est , & periculosem : hostesque ij , qui &
manu , & copijs , & omni apparatu bellico maximè sunt for-
midabiles . Primum , si ita esset , quod est longè secus , ta-
men esset magni regis , non aduersariorum potentia deter-
reri : sed virtuti suæ confidere : tantoq; maiore cupiditate
incendi ad inferendum bellum : quanto esset victoria , po-
tentissimis hostibus denictis , futura illustrior . Deinde ne
hoc quidem spectandum semper est , vt ne potentioribus
bello lacependis in discrimen status & salutis nosmetipsos
conijciamus . Etenim si hoc cautum perpetuò atq; obser-
uatum fuisset : nunquam neq; magna imperia concidissent :
neq; multæ respub. exiguis infirmisq; principijs ad summam
amplitudinem fuissent elatæ , sed homines animo valentes ,
consilio prouidi , cùm hoc animaduerterent : omnes res
humanas ,

humanas, cùm infirmas & instabiles, tùm præcipue regnæ atq; imperia assiduis conuersionibus, & crebris fortunæ varietatibus esse obnoxia: sëpe numero pro augenda vel conservanda dignitate pericula adeunda sibi putauerunt. Neq; hoc Turcæ ipsi nostri æterni hostes non viderunt: qui cùm primò è Scythia tenebris erupissent, Albanosq; contermi- nos Rom. imperij, quod etiam tunc latè patebat, aduentu subito oppressissent; ex eo deinde loco assiduitate, & diligentia, & nostris inter nos dissensionibus aucupandis, latrocinando potius, quām bellando vniuersam Asiam prouinciam occupauerunt: Atq; horum ipsorum si esset, vt etiam dixi, non insidijs, & latrocinijs, quemadmodum est, sed virtute & viribus exaggerata potentia; tamen ad tuam tantam existimationem virtutis pertineret: eos appetere hostes, quos & piè lacesse, & cum dignitate superare posses: præsertim cùm suo ipsi exemplo te docerent, non esse in suscipiendis bellis alienam potentiam pertimescendam: sed suam fortunam periclitandam. Verùm ad facultatem conficiendi negotijs hoc percommode cadit: quod non ullam habent potentiam virtute fundatam: sed tantum falsa opinione earum gentium, quas nunquam maiores nostri bellis idoneas esse iudicauerunt. Quid enim imbellius Asia? quid illis populis mollius? quid ad prædam & expositionem expeditius? qui incursionibus subitis, atq; eo genere pugnandi, quod fugæ magis quām alijs simile est, aliquid fortasse valent aliquando: robur autem nostrorum exercituum, vimq; fortissimorum militum, non modo non vñquam pertulerunt, sed ne expectare quidem, aut aspicerent fusi.

At quomodo tantos Imperij & fortunæ successus habuerunt? Evidem si occultam esse dedecoris nostri causam existimarem: dissimularem & ipse vitig: nec in maximis incommodis detrimentisq; nostris verecundiam quoq; farendi sustinerem. Sed quoniam & eius rei ratio ita exposita ac patens est, vt celari nullo modo possit: & ad rem maximè pertinet intelligi omnia alia, potius, quām vim virtutemq; hostium, causam nobis calamitatis fuisse: proferen-

dum est, opinor: intestinas nostras cupiditates amentesq; discordias, & hanc vnam quasi fatalem nostri generis pestem, quod sociorum iniurias acerbiores habemus semper, quam hostium: & facultatem illis summam inferenæ iniuriz, & impunitatem factæ tribuisse. Quo quidem in malo illo tamen inest boni: quod id, quod ad nostrum dedecus turpissimum videtur esse, ad spem recuperandæ dignitatis est aptissimum. Nam si aperta hostium vi & virtute fracti superatique essemus: minus quidem turpiter cecidissemus, (Quod enim dubius ille Mars, anticipesq; præliorum solent esse exitus: Iccircò qui honeste calamitatem subeant, misericordia potius, quam vituperatione, digni indicantur) sed in reliquijs retentæ honestatis, omnes salutis reliquias amissemus: nec solum redintegranda veteris fortunæ spes extincta in nobis fuisset: sed etiam funditus vitæ obtinenda ratio sublata. Quis enim & hostium & viatorum aut fortitudinem rursus lassessere, aut crudelitatem fugere valeret. Nunc maiore in macula nostri nominis atq; labe, quod culpalisti, non fortuna putamur: & amentia nostra contraria, non hostium viribus, iniustum turpitudinem ferimus, amplius nobis ad benè sperandum aditus est; si à socialibus inimicitijs & similitatibus convertere animum ad arma pro summa religione, honestius tractanda voluerimus: facilimam nobis rationem resarcendæ dignitatis fore. Atque hæc ut non tam verbo posita, quam ratione firmata videantur, breuiter est, quemadmodum res processerint, à nobis perstringendum. Bizantij sedes fuerat Imperij: non dicam hoc loco, quam prauo ac pernicioso consilio eius, qui urbem Romam ea Colonia exhauserit: Imperium diuilerit: vires populi Romani distraxerit: unitatem & Concordiam de principatu sustulerit: hoc dicam, cum vrbis illa ob crebras mutationes principum atq; Imperatorum, intestinis seditionum fluctibus agitaretur propè quotidiè: Turcis occasionem inter eorum discordias ad occupandam Asiam fuisse patescam: Dissensit postea Græcia à nobis; nec tantum odio, quo semper illa gens

gens nostros homines prosecuta est: sed etiam de suam
fide & religione: cum homines illi ingeij existimationis
cupidi, Latinorum sapientia cedere: auctoritatēque
S. Rom. Ecclesiae grauiſſimam habere, animum non indu-
cerent. Itaque hæc quoque nobilis terrarum pars à cor-
pore Christiani Imperij abrepia atque diuulsa est: Thra-
cia, Pontus, maxima Illyrij pars, vicinaq; prouinciaz comp-
plures, eisdem dissensionibus debilitate: cum finitimo-
rum armis impares fuissent, barbarorum auxilijs vteren-
tur: eodem perfidiosissimorum hostium ingo non sunt op-
pressæ. Accidit enim, ut quasi fatali quadam recordia ob-
fessis eorum, qui in eis regionibus imperitabant, animis
finitimi semper reges, dum inter se atque hostem aliqua
gens & natio intercederet, id se temporis tantisper lucri-
facere arbitrati: auersisque penitus cæcitate & amentia:
continente mox incendio, eadem periculi flamma corre-
rentur. Restabat lumen orbis terrarum: caput omnium pro-
vinciarum: domicilium Imperij: sedes veræ religionis Italia,
qua & ipsa multitudine Regulorum ac principum discor-
dijs in plures partes dissecta: quod integrum vnius corporis
robur non habebat, nefarijs hostium excursionibus aliquo-
ties vexata est. Dicam equidem, & dolenter dicam: id quod
sine magno gemitu animilo qui non possum: cum inter prin-
cipes Italiz, atq; inter eos, qui se suarum nationum Reges
aut Duces appellari volebant, tantus versaretur furor: tan-
ta & tam acerba odia intercederent, vt alius in aliū, non
tanquam in socium, aut in ciuem, aut vt ex eadem lingua &
genere, aut deniq; tanquam in hominem; sed tanquam in
acerbissimum & deterrimum hostem alieni generis, contra-
riaz religionis, dissimilis naturæ: inhumano odio inustatoq;
ferreretur: neq; ira modum ullum, neq; inimicitiasq; con-
stitueret: eo scelus erupisse quorundā: vt ad vlciscendas fini-
timorū iniurias, & iracundiā suā sanguine ciuili explendar:
barbarorum Christi hostium auxilia aduocauerint, & quoad
eorū fuit, in prædam illis & servitutē Italiz obiecerint. Quid
hac re crudelius & sceleratius dici, aut excogitari potest?

Adce

Adeone apud homines impios nihil sanctum, nihil legitimum, nihil fas valuisse: ut quos illis natura genuit hostes, cum eis ipsis nefariam societatem coierint: qui vero essent plurimis necessitudinibus coniuncti & iuris & religionis & patriæ; eos inter necitōrum hostium loco habendos duxerint? Patriamq; & suam, & communem fidelium salutem, orbisq; terræ statum ob hanc vnam causam, vt ipsi inimicorum incommodis videndo fruerentur, in periculum extremitatē calamitatis adduxerint? Verūm hæc quæ grauiorem querelam desiderant, in aliud tempus reijcienda sunt. Illud autem, quod fuerat nostræ orationai propositum, clarescere iam arbitror: Turcas semper his artibus, his insidijs vlos: tantum terrarum Christiani nōminis per discordiarum nostrarum occasionses intercepisse: quantum nos cupiditatibus & seditionibus auersi dimisimus. Ac si diligenter rem expendere, & de eorum successibus verè existimare voluerimus: reperiemus Turcarum imperium non vlla ipsorum fortitudine propria, non exquisitis consilijs & inaudito quodam genere prudentiæ: non terrestribus maritimisq; victorijs: in quibus aperta & veritate illustris virtus eniuerit: sed nostris dissidijs, nostris furoribus, nostra amentia, & constitutum fuisse, & auctum, & confirmatum. Quid enim illi vñquam agere fortiter, aut cum virtute facere potuerunt: qui neq; exercitus habent statarios; neque acies pedestribus copijs firmas: in quibus præcipuum robur militiæ consistit: neq; cataphractos equites, qui promuro in prælijs esse solent ad propulsandos hostium impetus, suorumq; immittendos; sed tantum leui vtuntur equitatu, apto ad excursus, si nihil obstat: si nemo arma contrā mouerit: Sin autem aliquis fuerit obiectus terror, aptior ad fugiendum: vt cùm in conferenda cum illis manu dubium vehementer sit, vtrum plus periculi in fuga, an securitatis sit in virtute: hæc res maximè animos nostrorum milium confirmatura in pugnando sit, fortitudinemq; excitatura. Numero quidem sunt infiniti: sed bene institutæ militaris disciplinæ semper fuit, qua nostri valent plurimum:

virtu-

virtutem intueri, multitudinem contemnere. Quis enim
 unquam magnus Imperator ad præclaras res gerendas, tur-
 bam hominum & multitudinem potius, quam robur & sci-
 entiam præliandi requisuit? Atq; hæc ita à nobis dispu-
 tantur; quasi ut cognoscamus, quid illi facere potuerint:
 Illustrius est commemorare quid fecerint. Sic enim facili-
 us intelligimus falsam esse de illorum potentia opinionem,
 quæ ignaras mentes nonnullorum occupauerit. Hic ego
 antiqua omnia prætermittam ea, quæ vetustioris memoriz
 fuerunt: neq; illa reuocabo oratione mea, quæ maiorum
 tuorum laudem cum exemplo pulcherrimæ virtutis habene
 coniunctam: Non narrabo hoc loco Gothifredos, Baldu-
 nos, Ludouicos, Philippos: non dicam hisce in Asia trans-
 mittentibus, & per omnes orientis prouincias fidei vexilla
 inferentibus: quotiescunq; signa cum Turcis collata sunt:
 quæ certissimè fuerunt: quoties vrbs aliqua nobilis obse-
 sa, quoties aut in campis, aut pro muris prælio decertatum:
 toties fractos hostes, & tam diu casos: quoad manus nostræ
 sufficere ad laborem potuerunt: cùm illorum aliquos nu-
 merus, non ipsorum virtus texisset: transitum nobis ad Æ-
 gyptum vsc; per suorum cadavera corporum præbuisse:
 Hæc ego omnia prætermittam, & si quæ alia ciuidem modi,
 quæ remotioris temporis sint: pauca tantum recentia atque
 omnibus nota commemorabo: quæ nuper facta sunt, quæ
 vel ipsi vidimus, vel proxima æras sensit. Clara adhuc
 Mattheiæ Regis incliti memoria extat, atq; omnibus grata:
 qui cùm Pannonijs præcesset, regnumq; obtineret: opibus
 tenue: copijs non ita firmum: solitudinibus propè deser-
 tum: perpetua nihilominus cum Turcis sinitimis bella ges-
 sit: quorum iniurias vsc; adeò apperijt: vt in eis perse-
 quendis, gratam se rem DEO facere: fidem defendere; ho-
 noris suo consulere se arbitraretur: robur autem eorundem
 & audaciam ita non extimuit: vt cum sexaginta millibus e-
 quirum suum regnum quandoq; ingredientes: ipse non am-
 plius quam duodecim milium millia ducens: Marte collato
 profligauerit: vltroq; in eorum fines sæpè intrauerit: omnia

populationibus & rapinis infesta reddiderit: quib. illi rebus territi, magni atq; inuidi (vt ipsi aiunt) Asiac & Thraciæ dominatores: legatos ad Matthiam regem miserunt: qui perpetuam pacem ab eo & foedus æternum postularent: qui tamen re inexorata, domum remissi sunt: cum Rex ille fortis atq; magnanimus, dignus illo loco & nomine, bellum illud non periculo sibi, sed saluti: atq; illorum inimicitias, non vexationem quietis suæ, sed alimentum gloriæ esse existimaret. Hic ergo te, Ludouice Rex, non solum ad considerandam hostium ignauiam: sed ad intuendam virtutem fortissimi Regis voco. Fuit ille tibi nomine regio par: dignitate inferior: opibus & potentia nequaquam conferendus: virtus porrò utriusq; vestrum maximis in rebus perspecta & cognita: sed illius adhuc quidem ad communem benevolentiam aliquanto gravior: propterea quod in ijs rebus gerendis versata est: quæ ad D e v u, & religionem, & salutem cunctarum gentium pertinebant. Tu vicisti populos, auctoritate graues: copijs refertos: ditione præpollentes: longa & diurna imperij dignitate moderatos. Sed tamen id bellum confecisti: quod exitum habuit illustrem, causam non iucundam. Quis enim vnquam bono consilio prædictus, fidelium arma contra fideles sumpta comprobauit? Et sunt tamen quandoq; necessario sumenda: vt tibi fortassis fuerunt: neq; nos bellum suscepimus reprehendimus: sed de necessitate belli conquerimur. Itaq; & virtutem & consilium & clementiam tuam laudamus: quod non solum scisti vincere, sed etiam parcere: pietatem requiri mus, hoc est, in D e v u gratam voluntatem: vt cum ea quæ ad dignitatem & Cautionem tuam pertinere putasti, ipsas D e i auxilio confeceris, nunc quæ ad illius dignitatem amplificandam religionemq; pertinent, suscipienda tibi putas: cum præfertim & ij hostes sint, qui non sint pertimescendi: & ille Rex eos sèpè vicerit, qui tibi nequaquam parvula in re, vel facultate habitus sit. Nam quidego illam ad Belgradum Pannoniæ oppidum contra eosdem barbaros nostrorum viatoriam commemorem? quæ eiusmodi fuit: vt cum

cum de paucitate nostrorum militum audiremus vix credere possemus, vel infirmam manum aduersariorum ab eis potuisse superari: cum de infinita barbarorum multitudine intelligeremus: vix viros maximos exercitus illis potuisse resistere arbitraremur. Nonne tunc illius exitu prælij, & nostrorum virtus, & hostium ignavia demonstrata est? Quod si occurratur, illam nobis victoriam deorum immortalium munere fuisse donatam: quorum nusquam viro in prælio aut periculo, neq; fauor apertior, neq; benevolentia in nos manifestior fuit: quandoquidem inermi homine præente, crucis tantum vexillo illato atque obiecto, stupefacti hostes, & diuino numine attoniti fese in fugam & stragem præcipitauerunt: quidnam est, quod aut gratius accipere, aut libentius confiteri debeamus: quam Deos immortales: qui sua vi, & potestate omnia gubernant, placatos nobis atque propitos, ad Graeciam atque Asiam in ditionem nostram redigendam, suam opem & auxilium polliceri? An si paucorum audacia ad tam præclarum facinus peragendum, deorum numine instigata, innumerablem barbariam fundere & profligare potuit, tui fortissimi exercitus robur, legionesq; totidem ferè victorijs, quot prælijs excitaræ ducibus ijsdem dijs immortalibus, ignauissimos hostes, magisq; ad fugam, quam ad pugnam paratos, ferre vim suam & gravissimam impressionem sustinere permittent? Quid illa Rhodiorum vrbis oppugnatio, quam clara ad homines fuit! quam anima duersa apud Deos! quanta clade hostium, atq; ignominia notata! Quæ vrbs invictissima, deoq; & sanctæ religioni fidelissima, cum ad omnes barbaræ flatus tanquam scopulus opposita sit: eorumque immanes ac furibundos impetus elidat sœpè, & reprimat: non ita multis annis, maximis Turcarum exercitibus terra marique obsessa est. Quo quidem in tempore tanta Rhodiorum equitum virtus: tanta ejus populi constantia & fortitudo fuit: ut cum hostes ter magna vi irrumperet conati essent; ter essent repulsi atq; eieoti: maximo suorum numero interfecto aut capto: reliqui salutē sibi fuga querere sunt coacti. Hic etiam,

dicent, credo, quò de nostrorum laudibus detrahant; non hominem fuisse, sed Deorum illam victoriam: quòd fulgorē insolito cœlitus ad confirmandos nostros apparente, pleriq[ue] Turcarum in acie sine vulnere, sine sanguine, sine vlla aperta vi conciderint. Quasi verò quicquam sit, quo nos magis iure gloriari possimus, aut non ipsi citius impieratem suam nuncient, quam nostram laudem minuant: Nulla præstantior virtus est, quam quæ Deorum immortalium iudicio probata est: nec vlorum laus ad celebritatem insignior, quam quibus laudem Dij ipsi immortales tribuere. Verùm nunc non de nostra laude, sed de illorum ignauia, & falsa opinione fortitudinis disputamus: qui in dissensionibus nostris locum insidiando ac latrocinando sibi inuenierunt: qui pleraq[ue] omnia dolo & furto subripuerunt: nunquam autem frontes nostras, & nostrorum militum vim & impetum substatuerunt: horum nos hostium, huiusmodi nos barbarorum iactantiam & minas, & crudelitatem perfervimus: hos diutius insultare capitibus nostris: hos agere, ferre fortunas nostras: ab his contemni Deum: ab his despici fidem: ab his sanctam religionem lacerari patiemur? O indignitatem non tolerandam: Quid enim minus ferri, aut dissimulari potest: quam fortes viros ab inertibus impugnari, sanctos à sceleratis, fideles à perfidis? At enim hæc nostrarum rationum argumenta sunt: Quid? illi quod nam de se iudicium & de sua virtute fecerunt? opera precium est cognoscere, ut intelligamus, quantum illis terrorem nostra arma inieatura sint: cum cognoverimus eos armorum fama, & solo rumore nostri exercitus penè de imperio fuisse depulso. Primus ad Italiam, nostra memoria trans Alpes, cum exercitu accessit Carolus Rex ante te Galliæ: accersitus abijs, qui salutem suam illius præsidio munitiorem fore putauerunt: venit armatus: bellum plerisque principum intulit. Tantos autem & tam incitatos cursus habuit vincendi, ut illum non vlla vis hostium bellica, non rupes inuiae, non munitissimæ virbes: sed oppositum mare, & alterius naturæ elementi, fluctus deniq[ue] ipsi retardarint. Quid tum

tum igitur, quid audiebamus? quid erat certissimis nuncijs & literis allatum? nonne hoc, quod etiam nunc recordantes tantam occasionem è manibus amissam esse querimur? Regem videlicet Turcarum metu perculsum & territum, relinquendam sibi Epirum & Græciam putasse: præsidia ex oppidis omnibus deducta; copias omnes Bizantium fuisse reductas: classes ad Hellēspontum adesse iussas: cùm non iam de obſidione perferenda, aut de vlla ratione resistendi: sed de fuga & traiectione in Asiam cogitarent. Quod indicium de illorum cupiditate certius querimus, quām quod ipsimet de se ediderunt? Illi Galliæ copias: illi Galliæ impetus sustinere ne possint; qui fama, qui nomine, qui rumore appropinquantis Galliæ exercitus in fugam sunt traieci? An tu Carolo Rege vlla re es inferior? num virtute? num auſtoritate? num felicitate? num prudentia? Ille Italiā cursu peragrauit: tu imperio comprehendisti. Ille resistentē nemine, quacunq; voluit, iter fecit: tu validissimos exercitus, qui obſtare conati sunt, cedere tibi loco coegeristi: nihil fermè ille nisi fortuna: tu pleraq; assecutus es consilio. Itaq; illius extremi rerum exitus parum felices: tui adhuc quidem clari & secundi: sed, si ad huius belli curam incubueris: quodcertò de voluntate Ds 1 iam præuidemus: futuri etiam gloriosi. Quòd si regis illius aliquanto inferioris aduentum, vel inanem potius aduentus famam, barbari hostes vscq; adeò extimuerunt, vt de relinquendo imperio cogitauerint: tua ipsius signa, qui auſtoritate quidem illi, potentia omnibus præstas: tuos non auditos, sed visos exercitus certè non ferent. Sed quidista repetimus? aut cur tam longè argumentamur? cùm quantum tu barbaris infidelibus omni facultate hellandi præstes, clarissimum documentum in manibus habeamus? Domuisti Veneros urbem præclararam, atq; omnibus rebus insignem: cuius diutinam potentiam, magnis suffultam copijs, omnes mirare: ur profectò, tam repente, tamq; præter expectationem, vnius offensione prælij, in quo abs te vieti & superati sunt, concidisse; nisi eodem tempore, & de tua incredibili virtute, &

de Deorum immortalium voluntate iudicaremus. Verum ista ciuitas, grauis anteā & firma, multis iam seculis cum Turcis bella gesit: factum est periculum vtrorumq[ue] potentiar[um], & maritimis sapè & terrestribus prælijs: cùm mari superiores semper Veneti essent: in terra ita se gererent, ut ab illis non vincerentur: id certe inter prudentes homines & bellorum gnaros constare intelligebam; nisi Veneti suspicionibus distracti, & finitimorum inimicitij abducti ab ea cura fuissent, inque id bellum animo integro & ab alijs occupationibus soluto intendissent: facile fuisse illos ex omni contentione barbarorum superiores discessuros: qui tamen tuæ virtuti felicitatiq[ue] cesserunt: nec tuam tuique fortissimi exercitus vim perferrere potuerunt: Turcos vero pluribus sapè prælijs terra marique vicerunt: qui si Venetis viæ abs te & profligatis, pares bellando non fuere: tuum ne illi vt nomen, tot viætorijs nobile & memoratum, tuam & præsentis maiestatem, & instantis vim & grauitatem, vocem denique tuam, vultusque impetusque tuos sustineant? non est credibile, non sperandum, ne fieri quidem posse existimandum. Quæ igitur mora, quæ cunctatio huius belli reliqua esse debet: cuius facilitatem in vincendo hostium iguania, gloriam eorum in perij latitudo, viætoriam tuas tibi & fortis & viætor promittit exercitus? Enim uero hæc honoris & amplitudinis tuæ augendæ propria sunt: quid illa quæ infamiae propulsandæ? An grauior Regi clarissimo causa videri debet, ignominiae viatio, quam laudis spes? Verum tamen hoc ultimo inter Turcas & Venetos bello, cùm Veneti abs te, quod fœdere tecum coniuncti erant, auxilium petiissent: idque tu & amicitiae & religioni tribuisses: classemque omnibus rebus ornatam missiles: factum est in maritimo illo cursu & navigatione; vix paucæ naues tuorum, ceterarum comitatn destituta & derelicta, ad Lesbum appellerent: nec ita multi milites egressi, ad urbem antiquam & nobilem Mitylenas usque; quod nullam apertam hostium vim propter fiduciæ amittutis metuebant: prædando discurrerent: qua re animad-

nimaduersa, hostes , quod aduersis occurtere non audebant, ex circumuentione & insidijs, atque ex locis superioribus, quimos semper pugnandi hostibus fuit, incautos oppresserunt: ita fortissimi milites, non virtute, neque aduersariorum vi, sed fraude & dolis interfecti, atque omni immanitate sunt necati: hic tu si publicarum iniuriarum vltor esse recusaueris , priuatas non persequere ? Hic te dolor non tanget ? hæc te iniuria non stimulabit ? vt parentare militibus, fortissimis viris, suppicio hostium, tuamque offensam dignitatē existimationemq; vindicare contendas ? Nam per Deos immortales quid putas illos miseros (quamquam miseri esse non possunt, qui cœlum sunt adepti) verūtamen hoc vno miseria & calamitatis participes fuerunt, quod non ita, vti decebat, fortes viri à fortibus, sed ab ignavis & timidis strenui necabantur) quid inquam illos putas, cum ingulum hosti dare cogerentur: cum non solum ensibus & gladijs , sed probris & contumelis omnibus impeterentur, doluisse aliud, nisi ignominiam tuam. Non mortem illi suam deslebant, quæ pro mortali conditioне vitæ æternitatem illis esset allatura: non de exitio, non de sanguine, non de laceratione sui corporis conquerebantur: quam sibi non modo toleranter ferendam, vt à fortibus: sed etiam alacriter subeundam, vt à Christianis intelligebant: sed sui regis maiestatem, tuam inquam auctoritatem , splendoremque nominis tui, minui eare, & violari atque offendri illis in se acceptis contumelijs cruciabantur: hic unus erat gemitus : hæc una doloris vox & lamentatio: quam ab illis non mortis timor, sed in suum Regem benevolentia exprimeret. Ita cum ceteris mors summæ acerbitudinis sensum afferat: milites tui mortem quidem illiusmodi optandam: sed labem & vituperationem nominis tui grauiorem sibi morte putauerunt: quorum te per fortunas extremæ illæ preces & crebræ implorationes tui ad suscipiendum animum Regis maximè moueant: vt gratus in fide tuorum, in calamitate misericors , in tua ipsius existimatione vindicanda acer esse videare. Quod si tu tuorum

tuorum (id quod tamen in tanta clementia naturæ metui nullo modo potest) misericordia non angeris , an ne illa quidem barbara insultatio hostileſq; contumelia , animum tuum iusta iracundia inflammat̄? Noli enim , Ludouice , existimare , vllas in vllis dissimilibus feris , tam acerbas inimicitias natura esse ingenitas : quam tibi est genus illud impium , infestum atq; inimicum : tum propter nobilissimū tuum hoc cognomen ; quod ita præ te fers , vt defensor videare eius veræ religionis , quam ipsi autibus & animis non solum respaunt , sed etiam abominantur : tum propterea quod potentiam tuam & formidatam habent & suspectam : quippe qui habere in fatis dicantur , & in antiquorum varum prædictionibus , Imperium suum à Rege olim Galliæ extinguendum esse : itaq; neminem peius te neq; grauius oderunt . Quapropter in illo graui tuorum casu , occasione tibi exercendæ crudelitatis oblata , nihil sibi reliqui ad expremendum odium suum aduersus te fecerunt : cum in illis fortibus viris , milibut tuis , ferro conficiendis , atq; omni immanitate lacerandis , se contrucidare dignitatem tuam , se abolerere nomen tuum , se Galliam ipsam mactare exitio arbitrarentur . Quas tu illorum tunc in te absentem minas , quas illusiones fuisse putas ? Est hoc omnino abiectorum hominum , metuq; pusillanicum ; vt in periculis timidi sint , de reliquo insolentes . Itaq; ijdem illi barbari , qui tibi ita insultauere absenti , vt iactationis & insolentiaz finem non facerent : si modo tua signa , & tuorum pilorum cuspides procul aspicerint ; aut certe armorū aut equitum strepitū exaudiocent ; in fuga & in metu moderari sibi nō poterūt . Hic tibi profecto videndum , Ludouice , est : vt labem hanc nominis tui eluas : tecq; in orbis terræ opinionem vindices : nec iniustam hanc tuz maiestati vituperationem esse velis . Nam cum omnis contumelia grauis : tum illa , quæ perfertur , cum viadicari possit , habet non solum in se ipsa miseriā ; sed multo magis inferendo turpitudinem . Videtur enim qui contumeliam patienter accipit , non solum alieno facto condemnari : sed etiam iudicio suo . Itaq; ingenui homines , ac libe-

liberali loco orti, nullam vaquam fortiorum ad excitandos
animos necessitatem, quam metum ignominiae putauerunt.
Vnus enim vel certe præcipuus dignitatis atque honestatis vin-
dex pudor est: quem qui diligenter tenuere: iij in laude sem-
per hominum, & in omni virtutis officio excellentius sunt
versati. Iam regia huius potestatis atque præstantiae, num
quem maiorem fructum putas, quam quod in eo loco con-
stituta est, ut iniuria attingi, neque impunè videatur posse
violari? Quod si homines mediocri loco orti contumeliam
omnem atque iniuriam, quo cunque modo queunt, de fama, de
nomine, & de existimatione sua propulsant: Tu cuius po-
tentiam cognoscimus: cuius felicitatem miramur: cuius
nomen ad socias nationes illustre & amplum est, ad exteris
terrible: quem armis, quem opibus, quem fortitudine,
quem prudentia orbis Christiani longè principem omnes
gentes populiq[ue] confitentur: in quo ad summas res extollen-
do, fortuna videtur consensisse virtuti: cuius neque vim po-
tentissimi hostes: neque consilium sapientissimi sustinere po-
tuerunt: tu inquam ab hac autoritate: ab hac amplitudine:
ab hac sapientia; violatam existimationem tuam, nomenq[ue]
maximi regis in vituperationem adductum, ab ignavis &
barbaris hostibus patiere? Adde, quod illorum res eum sta-
tum nunc tenent: ut nunquam nec imbecilliores, nec pro-
cliniiores ad delapsum fuerint. Nam & is qui omnibus præ-
est v[er]nus, ceterisq[ue] imperat barbaris tyranus: ita & senio
& valetudine confessus est: ut neque mente iam, neque animo
consistat: itaque eius auctoritatis in constitutis quidem re-
bus, & inueterato more gubernandi, ad homines dicto pa-
rere solitos, alicuius fortasse momenti est: si quid verò no-
ui periculi & perturbationis accesserit; nec pondus ullum
prorsus, nec grauitatem est habitura. Liberos habet, eosq[ue]
nec numero paucos, & æquatibus firmos: quam ego rem, si
prudentia adsit, & æquitas in coniunctis animorum volun-
tatibus, magnum imperij munimentum fore non negem;
sed illorum hominum & generis illius proprium semper
fuit; ut quia singulares in imperio qui rerum potiuntur, esse
volunt:

volunt; Id quod antiquitus ab illis fere est usurpatum: ceteros necessarios, ut quisque sanguine coniunctissimus est, ita hostium loco ac numero habeant: eosque, si quacunque via possunt, è medio tollendos curent. Quam obrem ipsi iam fratres inter se exulceratis, vel suspicione, vel metu, vel etiam cæcatis cupiditate regnandi animis, nequaquam fraternis vultibus atque oculis inuentur: nec huic tanto eorum malo quod remedium adhiberi possit ullum reperitur. Quid enim eos in officio & pudore continet? mosne maiorum? At eo ipso instituti atque formati, versari in clade & exitio propinquorum: haunire sanguinem sociorum non solum licere sibi putant, verum etiam oportere. An patris auctoritas & obsecratio? At is fratrem germanum adductus eadem obtestatione regni & familiaris vsu crudelitatis, usque eò persequi armis non destitit, quoad illi necessitatem attulit, ad nos, quos inimicissimos atque infestissimos sibi hostes rebatur, exagitato fraternis armis odijscque configere: cum is hostiles animos placatores sibi multo, quam fratris fore existimaret. Quia in re intelleximus, quanta in opinione apud eas gentes, & auctoritate sit Gallia: cum is qui prudentia & fortitudine excellere inter barbaros dicebatur: dignitate certè erat, & nobilitate maximus: ceteris principibus Christianis omnibus prætermisssis, ad unum Gallie regem se couluit: illiusque potissimum opem & potentiam implorauit: quem suis maximè sciebat formidini & terrori esse. At enim si haec parum valida eorum benevolentia & conspirationis præsidia fuerint: res eos communis, & periculi salutisque coniunctio, discrimenque eorum status, & imperij concordia atque amicitia illigabit: qui fieri potest? cum hoc ita reputent, & hanc rationem subducant: bello suscepto atque contratio, si qui eorum à nostris partibus steterint, suaquecum nostris arma confocauerint: maximā illis partem dignitatis propositā esse: si vero ad unum quemvis eorum res omnis & imperij summa redierit, ullam ijs ne fieri quidem spei reliquam salutis: Ita quod magnum hostib. præsidium fore videbatur: liberoru Regiom etas & multitudo: id contraria in nostra causa vel præcipuum reperitur

reperitur esse adiumentum. Reliqui sunt prouinciarum praefides, & militaribus copijs praefecti homines: ut barbaroru[m] opinio fert: spectati bellicis in rebus: sed si quid earum rerum peritis creditus, nequaquam ceteris in hac laude praestantes: verum ramen isti ipsi (ut hominum est genus dominandi cupidum) quod, perpetua miseria non tenent, & in spem successionis liberos tollere gentem q[uo]d constituere non queunt. Ingratis Regis honoribus & beneficijs vtuntur: ut coniecturam vehementer habeamus: si qua illis ostenta spes fuerit perpetuandæ possessionis, statusq[ue] & imperij in familiis propagandi: esse eos & superstitionem suam, & praesentis fidem officij, nostræ & religioni, & amicitiæ posthabituros. Quid dicam de populis, qui cuncta Græcia atq[ue] Asia ferè sunt nostri? Rectam enim fidem cognoscunt: diuinis legib[us] obtemperant: barbarorumq[ue] & hostium communium neq[ue] imperia pati possunt propter crudelitatem; neq[ue] commercia propter superstitionem, ac illis in certas quasdam ante hac & nescio unde inventas spes aluerunt recuperandæ aliquando salutis & libertatis: itatamen ut omnes semper suas ad Galliam cogitationes retulerint: Galliam in desiderijs, Galliam in votis, Galliā in voce ipsa & appellatione usurparint. Sciunt enim Galliam in expeditionibus Asiaticis semper fuisse felicem: nec solum de virtute illorum hominum, sed etiam de opinione virtutis apud hostes quanta sit intelligunt. Nunc vero hisce rebus auditis, & celebritate tuae victoriae cognita: alacriore sperfecti atq[ue] erecti exspectant: quam inox detuo aduentu ad eas nationes aliquid optati rumoris afferatur. Cupiunt enim tibi esse praetor: operaque suâ sentiri aliquâ in tanta laude clarissimi operis volunt: neq[ue] diffidunt singularem tuam virtutem, quæ in his rebus, quæ ad fortitudinem pertinent, egregia de se documenta praebuerit in his deinde, quæ ad pietatem & religionem spectant, maiore cum gloria se daturam. Atq[ue] histot hostium incommodis & quasi vulnerib[us] eorū Reipub. adhuc secundæ res obtectui mirū in modū fuerunt. Quod enim aduersarios nō habuerunt: neq[ue] in certamen de imperio sunt adducti; sic circò minus

contreftari à nobis illorum ulcera & læſe partes cognosci potuerunt. Sed ut in corpore humano, si sanitas & recta valetudo adſit, membrorum vitia diſſimulantur facile atq; occultantur: ſin autem morbus inuaderit: ſingulæ quoque affectæ ſuo loco respondent partes: ſi quid luxatum fuerit: ſi quid contortum: ſi quid aliqua re aut ratione læſum: Sic ſi quod incendium in barbarorum fortunas conflatum, & periculum intentatum illis fuerit: erumpent occulta vitia: nec ſolum virtute noſtrorum, qua ipſi egent, ſed etiam domeſticas malis, quibus abundant, opprimentur. Quid illud quanti? quod et ſi vulgo minus animaduertum eſt: imprudentiū tamen consilijs, & in ipſa veritate eſt poſitum: quod eorum imperium auctum ad hunc diem atq; ita aceruatum: ut ad fastigium haſerit: vertatur iam retro, & ruina quadam concidat neceſſe eſt: præſertim quod nulos progreſlus virtutis habuerit: multos ac magnos fortunæ & temeritatis. Nam cum illa communi vitæ mortali lex edicta ſit, conditioq; imposta: ut ne quid omnino humanis in rebus ſtabile aut perpetuum teneatur: tum ne diuturna quidem eſſe imperia queunt: quæ non validis hominum & Deorum benevolentiæ præſidijs maniuentur. Opinor enim, ut teſtorum firma fundamenta: ſic virtutem ac religionem imperijs fundamento eſſe oportere: Hostes autem ipſi vtro minus valeant, fortassis eſt dubitandum, qui neq; virtutis laudem vñquam tenuerunt: & propter ſuperſtitionem Deo ſunt infetti. Quid igitur in eorum rebus fundamenti quid roboris in eſſe potest? qui neq; concordiam habent, aut ſapieniam principum: neq; fida imperia ducum: neque vim & virtutem militum: neq; benevolentiam & ſtudia populorum: Dei autem immortalis iudicio, & humanarum rerum viciffitudine, ita ad occasum ſunt vicini, ut eorum vires etiam ſine aduersarijs infringi, iam ipſæ per ſe ac debilitati, nec ultra in ijsdem veſtigijs mansuræ videantur. Hanc igitur occaſionem tantam, tam paratam, tam expeditam, cum tuæ virtutis materiem, Ludouice, eſſe cupimus: utrum te ad dubiam periculi aleam, an ad certam victoriarum laudem cohorte

cohortemur? Etenim sic quæso, considera tecum ipse, & de tota ratione summam fac Tuate & virtus, & fortuna in editissimo auctoritatis loco ex prouidentia Dei constituerunt: omnium oculi in te conieci: liquido patet atq; omni- bus constat, ex illius medi potentiaz fastigio, quo cunq; te miseris, nullam vim, nullas difficultates, nulos obices tibi moræ aut impedimento futurum: quod omnia vi atq; armis perrumpere paratus es: hostes sunt ij quos relinquere ini- quum ac pestiferum est: opprimere, non solum sanctum, ve- rū etiam necessarium: atq; ij ita imbecilles reuera ac infir- mi, vt minore aduersario casuri facilè sint: Tu in omni fa- cultate tantus, vt grauiores longè hostes valeas superare: reliqui socij atq; amici, quorum per te, & fortunis & saluti est consulendum. Vident porro omnes hoc interesse inter casum atq; virtutem: quod qui auctore casu magna affecuti sunt, illi quæ reliqua sunt ad tuendam vel amplificandam laudein, nec cogitare sciunt propter imprudentiam; neq; exequi valent, propter inertiam: quibus autem virtus splē- dorem attribuit: ijs perfectum nihil videtur esse, si quid et- iam nunc restat quod sit faciendum. Ita tui arbitrij est v- trum malis cunctarum gentium iudicio ea, quæ hactenus gessisti maxima & præclarissima, per fortunam tibi collata an per virtutem adepta existimari. Quid dicam de nobis, qui quod te salutarem fore regem credimus, singulari in te benevolentia conflagramus? Noli enim putare, Ludouice, Gallicas nationes te amare, seq; in oculis ferre: Italos autem in alia esse voluntate. Fuere quondam vtræq; gentes, vt locis dissimilæ, sic voluntatibus: discrimenq; Alpes facie- bant non minus animorum, quam terrarum: nunc & amici- tia & commercijs, & legibus coniuncti omnes sumus: o- mniaq; eiusmodi discrimina sanctissimæ religionis ingo, at- que hac vna fide, quod Dcum Dei filium venisse in terras nostræ salutis causa recipimus, sunt exæquata: hoc cœlesti vinculo illigati inter nos, & vnde studijs ijsdem & beneuo- lentia conspirauimus. Quare cum illum habemus verum legitimumq; principem: quo cunq; ex genere sit, quacunq;

è regione: qui subditorum suorum commodis & saluti studet: qui populorum benevolentia muniendum sibi regnum suum putat: cum regera de cœlo missum arbitramur: qui ad tuendā religionem, quæ nobis multò vita nostra est charior & animo sit, & copijs armatus. Itaq; quæ patet nostra religio: qua diuina fides est cognita: omnes terræ, omnia maria, omnes gentes, nationes, principes, populi: ipsa etiam littora: Insulæ deniq; omnes, tuū vnius nutum iatuētur: tecq; ad hoc præclarissimū bellū exspectant & flagitant: de potestate tua sciunt: de voluntate sperant. Non enim iam illa in te facultas externa, aut fortuna ita requiritur: non magis idoneū tempus optatur: non dux præstantior ad communem salutem expectatur: Sunt ita tām largiter & in promptu: vt facile appareat, non humano consilio, sed diuinitus tantas opportunitates in vnum locum, in vnum hominem, in vnum tempus collatas fuisse. Verūm hic totius rei nodus est: in hoc faslus & summa Christianæ reipub. consistit, vt tu eam, qui potes seruare, etiam velis esse saluam. Cuius igitur opem ad tantam rem tamq; difficilem obtinendam implorabimus? cuius opera vtemur? quæ nobis hoc: vel fortuna obtulerit? vel tempestas adduxerit: vt quæ consilia hominum expedient, vt tu ad istam voluntatem adducare. Rem enim postulamus, difficultate grauem: consuetudine inusitatam: magnitudine laboriosam: Inid vero, qua nulla facilior sit, nulla parator (Tui enim arbitrij est, non alieni) quæ ita ad laborem facilima est, vt tamen ad laudem sit maxima. Etenim vel tempus seruare, rotum virtutis est: posse autem, fortunæ. Quod si illa, quæ alienæ potestatis fuerūt, ita in te cumulata sunt & coaceruata, vt nemo te inter Christianos principes, aut auctoritate, aut latitudine regionū, aut numero populorū, aut robore exercituū, aut firmitate imperij, aut deniq; omni copiarū genere abundantior: Tu quod in te situm est, & in tuo solo nutu positū: quod totū virtutis est & pietatis deliberationē videlicet, & curā ac voluntatē sanctissimi belli religionis causa suscipiendo non adiungas? reliquiasq; opes tuas tot atq; tantas, quæ suapte natura fugaces,

lubricæ,

lubricæ, caducæq; sunt, in utilitate publica disponēdo, ad æternitatē nominis tui nō deuincias? Equidem nihil intelligo tubesse causæ: quod minus studijs desiderijsq; nostris volūtas tua cōsētiat. Nō enim te fagientē laboris, non insolentem armorū nouimus: non inertem, non segnem: non quietis potius ac tranquillitatis, quam & celebritatis, & famæ appeten-tem: quæ quondam causæ multos ab hoc illustri munere, & omni Reipub. cura deduxerunt, sed fortē, sed actē, sed animi maximi: consilijs sagacissimi: cuiusmodi extitēt et alias fortassis nos nulli: qui egregiæ facti à natura ad omnē excellentiam fuissent: nisi propensa illis in Deū & religionē mens defuisse: hæc vna voluntas cœlestibus cōsilijs dedita discrimen seper fecit inter improbos reges atq; probos, inter fortes ac fegnes: inter graues humano generi, & gratos. Enim uero tu cū per hosce annos tories traductis in Italā legionib. Insubres primū: dein Ligures: postremq; qui validissimi florētissimiq; fuerunt, Venetos bello appetiſti: maximisq; fa-
cinoribus editis fortitudinis & sapiētiae, Cisalpinā Gallia ar-
mis subiectā ad tuum imperiū adiunxisti: quid consilij aut ra-
tionis fecutus es? Quæro enim hoc loco, iniurias ne ire vltū
aliquas voluisti? an in tuo iure armis vendicaudo, tuæ etiam
& posteriorum tuorum securitati prospicere? an imperium,
an, qui fructus imperij maximus est, comparare gloriā? O-
mnino vide aut aliquod horum, aut omnia tibi fuisse propo-
fita. Atq; illud vna sentio, quæ causæ huius belli socialis ido-
neæ visæ fuerint; eas multo iustiores esse in barbaros expe-
ditionis; Ac de iniurijs quæro, vtrum maiore odio, fuisse ad-
uersus te putes eos, qui & maximis abs te beneficijs affeſti ali-
quando fuerunt: & nonnulla ipsi in te sua merita queunt
commemorare? an eos quibus cum tibi grauissimæ tem-
per inimicitiae, nullæ vñquam non modo veterum conditiones,
sed ne induciarū quidem intercesserūt? Eos qui propter ad-
uentitiam vel cupiditatis causam, vel suspicionis aduersarij
tibi extiterunt: an eos, qui ita natura tibi hostes geniti sunt,
vt nulla omnino causa ad ullam benevolentiae coniunctio-
nem possint adduci? Eos, qui partem aliquam tuorū finium
diripere voluerunt: quam tamen haberent ipsi, non quam
perde-

perderent: an eos qui ita crudelitate & sanguine delectantur: vt quæcunq; de nobis ceperint, non tueri, sed crurore & flamma delere gestiant? deniq; eos qui semel tantum modò contrate exercitus eduxerunt, an eos qui & classem tuam tormentis & fortissimos milites yulaeribus, & teipsum contumelijs absentem appetierunt? qui in maioribus olim tuis Asia expellendis nullam acerbitatem odij neq; iniuriæ omiserunt? grauemq; & generi tuo, & clarissimò cognomini notā fœdatæ sanctæ religionis inasserunt: cuius tu proprius ac legitimus defensor esse existimare? Profectò si illorum voluntas, qui tibi obesse conati sunt (id quod tamen non perfecerunt) meritò punienda tibi visa est: horum non solum voluntatem, vel efferatam potius rabiem nocendi tibi, sed & veteres & perpetuas illatas iniurias non est ruz maiestatis relinquere impunitas. Nam de iure quidem status & regni vindicando, quis dubitare vel minimum possit: quin, non dicam equidem iustius, sed illustrius multò ac magnificenterius, tui iuris sic Asia, quam Gallia Cisalpina? Primum quod regis Christianissimi propria est earum rerum recuperatio, quæ ab hostibus Christianitatis iniquissimè detinentur: Deinde quod Asiam bello subactam à maioribus tuis & pluribus annis obtentam atq; possessam, ad eum vindicare pertinet potissimum: cui hereditas, non solum Gallici imperij, sed & autæ virtutis auctoritatisq; veaerit: vt non vana appellatione titulorum, quæ quandoq; perridiculè à nonnullis iusta atq; usurpata est: Sed summo iure ac æquitate patrimonium idem tuum sit; & maiorum tuorum dignitatis: & veteris Asia possessionis. Quod si in eis rebus, quas gessisti, id caput consiliij tui fuit: vt vicinis grauibus summouendis, tuz & posterorum tuorum quieti tranquillitatiq; prospiceret: finibusq; tuis metum alienæ seruitutis depelleres: non dico tota ratione aberrasti; sed ad breue tempus fortassis nonnihil, ad longinquum certè parùm profecisti. Etenim si Venetis, qui per te debilitati admodum atq; eneruati sunt, vel crebris lacerationibus consumptis, vel repentino impetu oppressis, Turcæ se se propius admouerint: locumq;

cumq; sibi aliquem in Italia ad vexandam orbis terræ nobilissimam partem munierint: id quod futurum omnino est, nisi tu illorum vigilantiam & insidiosos conatus tua virtute anteuerteris: quid euenturum est, non dicam regni tui finibus, qui quotidianis hostium incursionibus erunt expositi: non successoribus tuis, qui non se ornatos abs te beneficio, sed oppressos periculi onere arbitrabuntur: sed omnino nomini ac memorie tuæ? Quia in inuidia nomen tuum? quantis in omnium gentium luctibus, & lamentis commemoratio tui versabitur? Quo autem dolore ardebut animi populorum? Cum sentient unde tutelam sibi & salutem expectauerint: inde vastitatis & misericordiae causam processisse? Sanè vniuersi, si quid incommodi euenerit (quod summe Deus auerte quæso omen & detestare) cum lachrymis & gemitu diuinæ severitatis acrimoniam obtestabuntur. Tu vero, quocunq; in loco tunc fueris, plorantium medius fidius execrationes & procellas querelarum ferre non poteris. Namq; ante hosce annos, quotiescunq; Barbari ad Italiam furore quodam & crudelitatis studio rapti sunt: toties illis arma eorum, quos tu viciisti, & maritimæ Venetorum vires oppositæ obstiterunt: ut si horum cupiditas sæpè finitimis infesta, diligentia certè nonnunquam salutaris Italie fuerit. Nunc continens imperium tuum ad barbaros paruantummodo linea distinguitur: nihil inter te, atq; illos intercedit medium, quod alicuius moræ sit aut momenti. An hoc non vides? an hoc non cogitas? quod tibi non solum animo institum: sed in oculis propemodum debet esse fixum? Qui vñquam longius se abesse à periculo arbitrati sunt, quam aut Græci, cum ad Ponti & Thraciæ fines à barbaris pugnaretur? aut Bulgari, cum ad Græciæ? aut Pannonij, cum inter Turcas & Bulgaros certamen verteretur? At quia propter eorum omnium negligentiam, & improbam spem propriæ salutis, alieno labore & periculo defendendæ omnia in eandem calamitatis ruinam sunt detracta: nunc in ratione hand ab simili sumus: hoc nos etiam periculo propiores: quod tunc ad remotiorem quamq; gentem transitus

Turcis per loca & syluis & armis impedita, vi ac manu faciendus erat: nunc vna velificatione classium, aut paucorum dierum excursu per Istriam & Carnos equestres barbarorum copiæ ad nos videntur peruenturæ: quæ præsertim vastandi & depopulandi studio, non minore propè celeritate in impares tendunt, quam paratos fugiunt. Hoc loco omnesquebus Italiz salus & religionis dignitas cordi est, tuam, Ludoice, prudentiam non requirunt solùm: sed etiam obtestantur: ut te in hanc curam & cogitationem conferas. Communis fuit nostra tua felicitatis & victoriæ gratulatio: tūm proptercā, quod virtuti tuae facimus: tūm vel maximè quod te duce & religionis signitero, in spem venimus, honestatem pristinam recuperandi. Verū (Dicam enim quod sentio, id quod volo in bonam parrem accipi) nisi tu vera animi magnitudine, & fidei ac pietatis studio, adductas, cursum hunc tuum virtutis, ac fortunæ ad Asiam vsq; perpenderis: cœlestijsq; victoriæ trophæa Hierosolymis in illo sacro atq; edito colle constitueris: nec tu regno & posteritati tuorum satis perspexeris: & opinione ipsi, ac iudicio tuae virtutis nos deceptos conqueremur. Est igitur sapientia tua; cūm illud videre, Turcas qui nunc terrore tui nominis & iniusti Gallici exercitus metu finibus suis se continent: simul atq; te in diuersam curam aliquam occupationemue contuleris: continuò occasionem nobis nocendi arrepturos: tūm ne id accidere possit prouidere: armæ ea, quæ ab illis in nos & caput nostrum impendent: aduersus illos antè capere: ut fructus diuinī beneficij tui, non ad posteros tantum tuos, & regni tui stabilitatem ac tutelam: sed in omne genus hominum gratus integerque perueniat. Iam imperij atq; gloriæ, si hosce tuarum dimicationum fines attendisti, ea vis est, eaq; natura: ut alterum tibi dissuadendum non sit: alterum etiam magnopere alienum, ac vehementissimè corroborandum. Nam cūm appetitio dominatus excellentibus viris à natura ita insita sit, ut auelli nullo modo queat: tum gloriæ cupiditas sic cum animi magnitudine est coniuncta: ut qui studio laudis non

ducuntur, nullam indolem virtutis ad maximas res idoneam videantur posse retinere. Veruntamen si amplitudo imperij te delectat; paruam ne tibi accessionem tuarum rerum proponimus Græciā atq; Asiam? Quarum regionum alterā proper nobilitatem quondam ingeniorum tamamq; sapientiæ, tanta etiam nunc apud doctos auctoritate est: ut maximō tibi fore ornamento tuis finib; adiecta videatur: alteram ob copiam rerum omnis generis, quæ ad v̄sus vitæ apte accommodataz̄ sunt, & magnitudinē vestigaliū veteres semper reges potentissimiq; populi, vel ad iungendam sibi, vel adiunctam omni studio conseruandam putauerunt. Nec enim vñquam controvēsia fuit, quin & cultu hominū, & frequētia ac celebritate vrbium, & feracitate soli, & vestigalium copia, & abundantia earum rerum omnium, quæ hominum commodis importari atq; exportari solitæ sunt, omnibus terris Asia antecelleret: eadem præterea tanta amplitudine est: ut dimidium orbis terræ suis spacijs comprehendere puetur: tanta ad vincendum facilitate, ut non natiuī gentibus parata, sed inuidentibus semper fuerit exposita. ita que & Galli antiquitus domo profecti: cùm non iustis exercitibus, sed tumultuaria qnodammodo manu in eas terras pertinissent: vniuersam tamen occupauerunt: pacisque conditionibus & legibus roti Asia latis: locum sibi exuberima copia in finibus Paphlagoniæ ad habitandum delegerunt: & rursum propinquioribus nobis seculis maiores tui, clarissimi viri, Gallico exercitu in eas oras adducto, eandem Asiam detentam à Turcis atq; oppressam, non minus fortiter, quam feliciter, sibi & fidei nostræ recuperarunt: ut vtroq; ex facto etiæ illius terræ ad resistendum Gallicis copijs imbecillitas, & præsentium hostium ignavia demonstretur. Sunt igitur tibi ad amplificationem imperij tui propositæ Græcia atque Asia: quæ ambæ regiones, si vetustatem species, nobilissimæ existunt: si copias, opulentissimæ: si verò causam iuris tui in eas tractare volueris: inuenies vñscq; ut etiam diximus, proprias & tuas esse eo vñscq; iure, quod optimū semper fuit: iure in qua virtutis, iure religionis:

iure hæreditatis. Nam illud quidem nequaquam dici hoc
loco potest: quod ad causam vitandi laboris ab ineribus a-
nimis prætendi est solitum: satis tibi amplos regni fines, sa-
tis iustam imperij magnitudinem esse: es tu quidem omni-
no & regionum spacijs, & copiarum opulentia maximus ac
potentissimus rex: id quod ita perspicuum est, vt in oculis
omnium sit. Verum tamen celsis semper ingenij, eminenti-
bus animis quantæ vis opum & fortunarum accessiones, non
tam cumuli ad præteritam potentiam fuerunt; quam gra-
dus ad futuram: præsertim si qui ex regnis & potestatibus,
non imperium ipsum finem, opusue imperandi, sed laudis
& nominis celebritatem spectauerunt. Ac, si verum senti-
re volumus: quod ego, si recte animi tui magnitudinem no-
ui, postremum à me dictum, primum tibi arbitror propo-
situm fuisse: finis rerum gerendarum, totq; & tantarum,
quas adiisti, dimicacionum, non alius tibi fuit, quam glo-
ria: hæc laborum tuorum solarium: hæc periculorum inci-
tamentum fuit: hæc virtutis maximum verissimumq; præ-
mium. Quæ quidem nisi adsit, vbi tandem istuc latet præ-
clarum atq; magnum, quod ex regnis atq; imperijs tanto-
perè quæreadum esse videatur? Quò per fluctum & flam-
mam, vt aiunt, contendamus? Quidest aliud Sisipheo mo-
re saxum tollere: quam in ijs rebus tantum laboris ponere,
quæ propter infirmitatem & inconstantiam labuntur con-
tinenter & fluant. Quis autem non intelligat, regnorum
conditionem cùm semper incertam esse: tūm nullo modo
constitui posse sempiternam? Maxima olim & florentissi-
ma imperia quæ fuerunt, nulla iam sunt: & quæ nunc stare
pulcherrima videntur, erit, quando non erunt. Nihil enim
est aut manu factum, aut hominum consilijs diligentiae
prouisum: cui non finem & exilium afferat aliquando tem-
poris diuturnitas. Itaque clarissimi olim reges sum-
miq; imperatores, qui in rebus gerendis non solum animo
magno, sed etiam consilio sunt versati: cùm urbem terræ
victorijs & suarum virtutum monumentis complessent: suc-
cessionem semper imperij, vt incertam & caducam, for-
tunæ

tunæ dimiserunt: In quam verò fortuna plus virtutum non haberet: possessionem gloriæ sibi retinuerunt. Itaq; illorum labores & opera periere: fama non interiit. Hunc eundem finem æternitatis te quoq; Ludouice, & voluisse in primis, & spectasse arbitramur. Fuit enim hoc tuum: fuit sapientiæ tuæ. Non enim, credo, imperium ipsum nudum concipiuiti: quod nisi gloriæ adsit iucunditas, oneri potius, & labori esse solet, quād voluptati: sed ab imperio virtutis exercitationem & fractum laudis appetiuiti: quod cùm excellentium animorum proprium semper fuit, tūm tui maximi ac præstantissimi esse debet. Huc igitur si contendisti: idq; potissimum à te elaboratum est: vt in posteritatis fama versare: Dij immortales! quæ occasio honoris, quanta gloriæ opportunitas, quād alias inaudita, quād nemini vñquam concessa, tibi vni fato quodam diuino & singulari, peculiariter tradita, prompta tibi se se offert atq; expedita! Etenim cùm illam potissimum virtutem gloria comes sequatur: quæ ita se exerceat ac gerit: in eoq; vim suam explicat: vt vniuerso generi humano commoda sit & maximè salutaris: que opere nullum neq; magnificentius, nec Deo similius reperiiri potest: veteres illi ex omni antiquitatis memoria fortissimi duces, qui ad celebritatem nominis omni studio contenderunt: partim quidem, quod volebant, sunt assicuti: partim verò maximam à proposito veræ laudis itinere aberrauerunt. Suas enim Respub. Imperio vt augerent, conati sunt: id quod perfecerunt: at alienas Respub. deuastarunt: at suos ciues honestauerunt dignitate: at alijs hominibus libertatem ademerunt. Ita illorum virtus paucis grata; pluribus incommoda & exitiabilis fuit. At verò in novo quodam ac mirabili & porsus inusitato ducibus vincendi more adeos hostes debellandos de posceris; quos si in tactos relinquas, vehementissimè eis noceas: sin autem eos armis & victoria domes: & spem illis & notitiam sempiternæ salutis afferas: qui nisi à te læsi fuerint, salvi esse non possunt: neq; ad gustum veræ felicitatis, nisi ab incommmodo & calamitate, peruenire. Atq; illi qui

nunc tibi & nomini tuo infestissimi sunt atq; inimicissimi : teq; aspergit grauiissimeq; oderunt : antequam vlla in re violati per te atq; offensi sint : ijdem si mox illos viatos atq; perculfos ab imperio deturbatis, viq; & metu subactos de nefaria superstitione ad pietatis cultum adduxeris : tuum secundum Deos nomen venerabuntur : tecq; æterna laude & benevolentia prædicabunt & colent : tibi gratias agere : te salutem suam appellare : immortalitatemq; veræ ac beatæ vitæ, ad quam per te instruti, & edotti fuerint, tibi acceptam referre, venturis vñquam temporibus non cessabunt. Quòd si victi hoc in te animo futuri sunt, quid faciant victores ? Quid vel optari in salute, vel sperari in dignitate : vel in omni ratione honorum ac commodorum excogitari amplum & præclarum potest : quon non ijs qui tecum vicerint, per te sit vberrimè cumulatissimeq; defereadum ? Quanquam (Mirum enim fuerit, quod dicam, attamen verum) ipsa per te victoria ius suum incredibili quodammodo, & conditionem solitam commutatura est : huius cum ea natura sit, vt diuersarum partium alteram lætitia & gratulatione compleat : alteri perniciem afferat & calamitatem : tua ista omnibus commodis atque bonis, quæ in spem & cogitatione n hominum cadere possunt, ad tuum & tuorum arbitrium translatis : plus tamen aliquando viatis contulerit, quam victoribus addiderit : si quidem & gratius ad memoriam multò est, & præstantius ad salutem liberari summo malo : quam secundis rebus augeri. O admirabilem & in primis commemorandam victoriæ conditionem ! quæ cum victoribus summam gloriam detrahit : cum viatis felicitatem est allatura : in qua non minus gloriari ipsi hostes deuicti calamitate sua poterunt : quam nos prosperitate : nec missus ab illis belli offensio optanda : quam nobis victoria fuerit querenda. Hi sude fontes veræ gloriæ tibi parati & in promptu : si penitus intrare in illos volueris : antiquis ducibus clausi : qui veritatis lucem non aspicerunt : à nostris non animaduersti, propterea quod plerorumque patua ambitio, & inione cupiditatem

cupiditates , animisq[ue] ad sociorum iniurias paratiōr , quām hostiū , in malas causas & detestandas cum ciuibus contentiones abstraxit . Cives namque omnes sunt , qui si minus eiusdem cicitatis mēnibus : at certe , quæ sanctior necessitudo est , eiusdem religionis legibus coniunguntur . At quām mulros legimus , vidimus nonnullos de principib . nostris ; qui cūm in castris & in bellis & in omni labore militari fortitudinem suam probarent : tamen quod fidelibus populis & Christiano nomini : id quod minimè ab illis expectandum fuit , infesti immiteſque fuerunt , nec virtutem suam , nec consilium probaueront : tantumque absit , ut id , quod tantopere quærebant , sint assecuti : ut illos à commodis & voluptatibus vitæ , mors : ab omni verò laude & benevolentia hominum , ipsorum nefariæ cupiditates & mens seditionis consilijs dedita abstraxerit . Non enim omnis est laudanda victoria : sed illa commemoranda : cuius initia æquitatem habuerunt ; extrema , religionem . Neque tu , Ludouice , hoc etiam dum adeptus es ; ut tui nominis commemoratio futura ad posteros in amore & laude videatur : paratum te quidem & armatum intelligimus ad maximas occasiones assequendæ gloriae : gloriam autem ipsam nondum consecutum . Siquidem gloria est celebris & grata ad æternitatem prædicationis ; maximè alicuius virtutis in humani generis utilitate beneficioque versaræ : tua verò gesta , quæ adhuc vidimus (dicam enim verè) si per se ipsa species , non usque quaque grata , si ad hunc finem sanctissimi in Turcas belli intenta fuerunt , etiam habenda sunt glorioſa . Sunt igitur illa tibi ex maximis clarissimisque victorijs tanquam gradus quidam ad tanto insigniorem victoriam facti & instituti : quanto quidem est & in innicō duce præstantius , communes hostes superare , quām proprios : & in opimo rege magnificenter publicas utilitates priores ducere , quām priuatas : cūm tamen & publicis periculis propria péricula tua : & commodis communibus tuorum quoque commodorum ratio contineatur .

Nec verò

Nec verò mihi procastinandum esse videtur, nec in longior-
rem diem conferendum: sed occasio ipsa arripienda: dum
recens est terror: dum formidolosa hostibus tua virtus &
auctoritas: dum fetuens amore laudis, & consuetudine vin-
cendi audax ac sibi fidens tuus exercitus: dum denique cursus
felicitatis tuæ, & celer, & secundus. An tu hostium ipso-
rum rationem aliquam habendam putas? quasi vero cum e-
iusmodi aduersarijs res nobis sit: quos ex vetustæ societatis
fœdere in aliquam cupiditatem & iniuriam prolapsos, ad sa-
nitatem consilij reducere potius, quam armis vleisci, inten-
damus. Quid enim per Deos illi? nonne iij sunt, qui insi-
dijs freti ac fraudibus, & maioribus olim tuis Asiam abstulerunt:
& tibi occupauerunt? qui nomen tuum odijs sem-
per omnibus atque execrationibus dilacerauerunt? sanctissi-
mum verò nobilissimumque cognomen nouis perpetuò i-
gnominijs & acerbissimis iniurijs dehonestauerunt? qui
fortissimos milites tuos, non solum vulneribus & ferro: sed
illusionibus & contumelijs miserum in modum macetauer-
runt? cùm in illis tuam quoque maiestatem ingulare se, & an-
helare dignitatem arbitrarentur? qui classem tuam defenso-
ribus nudaram, non sine nominis tui macula atque labe do-
mum remiserunt? qui sanctam & diuinam religionem, in qua
omnes spem nostræ sempiterne salutis repositam habemus,
inauditu furore & immani quadam crudelitate vexauerunt
fœdauerunt, conculcauerunt? cùm interea tot iam seculis
illi, tot rapinis, tot populationibus, neque auaritiae suæ famam
explere, direptione fortunatum nostrarum: nec crudelita-
te sitim sanguine nostro potuerint exsaturare: qui ijdets, ni-
si per te huiusmodi hydra extincta, & capita serpentum re-
cisa fuerint, annorum aliquot processu in tuos fines irru-
pti sunt: tecum vel posterostuos, vel memoriam certè nomi-
nis tui, fœdum in modum habituri: & in graue vel salutis,
vel laudis amittendæ discrimen sunt adducturi: vt præter
honoris & dignitatis suæ causam, quæ in hoc præcipue con-
sistit, vt tu tantus & tanta opinione virtutis ac fortitudinis
Rex, communem religionis causam suscipias: nominisque tui

& amplissimi cognominis existimationem inuiolatam esse velis: maiorumq; tuorum vestigijs consecrandis, hereditatem eorum, non minus gloriæ, quāni imperij, cernas: & in iure tuo Asiatici imperij armis repetendo, perpetuisq; iniurijs persequendis, contractam iam dudum nomini tuo maculam eluas: præter inquam hanc laudis causam, & amplitudinis; quæ semper honestis mentibus idonea visa est, quamobrem labores atq; pericula minimè viderentur esse fugienda: necessitas illa quoq; tibi imponatur: si incolument regni tui statum esse vis: præripere illis nocendi occasionem: & pericula inferre potius, quam repellere. Atq; haec tot & tantæ causæ mihi quidem ad curam, & ad deliberationem tuam inferendi iustissimi belli, tanti ponderis vindentur: ut si in humanis tantummodo rationibus insistere velimus: nihil quicquam sit præterea requirendum. Quibus enim causis vñquam permouebuntur, quib; moti non fuerint, quæ pertinent ad salutem, pertinent ad dignitatem, pertinent ad securitatem? Verum nos, qui semper terrenis cœlestia antetulimus: & vnde benefactis nostris vberima & maxima præmia expectamus; eò quoq; potissimum consilia & cogitationes nostras referimus: religionis & gratæ in Deum voluntatis causam maximè grauem & prorsus necessariam iudicandam arbitramur: cæteris dismissis, & prævnica pietatis ratione, nullo penè in numero ductis. Nam vt nullus sit honos: nullus periculi metus: nulla laudis appetitio: vt existimatio contemnatur: benevolentia hominum repudietur: iudicia gentium, & tam egregia de te omnia reprehendantur: vt haec inquam omnia prætermittantur: & quæ summa sunt, fingantur esse nulla: Illud quo nam modo fieri, aut per negligentiam haberi potest? quod tu simul atq; in cœlum oculos sustuleris: & regis illius altissimi diuinam erga te liberalitatem recognoueris: exemplo cogites necesse est, te tantis propterea ab eo esse ornatum muneribus: vt sis ad referendam illi aliquando illustriorem & vberiorem gratiam, non solum voluntate paratus: sed etiam omniarmatus atq; instructus facultate. Sa-

ne sumus omnes ab isto rerum omnium capite atq; fonte
 ita in naturam atq; in locem editi, vt penes quenquam mag-
 nitudo divini beneficij remuneracionis locum non habe-
 at: sed sumus tamen dispari conditione atq; fortuna: neq;
 omnibus par atque idem officij munus est iniunctum: com-
 monis porrò summis ac infimis est fides: communis inno-
 centia: commune pietatis integritatis & continentiae studi-
 um. Sed ad has artes atq; virtutes; in quibus sese quisq;
 pro virili sua agendis Deo gratijs versare debet ac exercere:
 vt imperia & opes non necessariò requiruntur: Propterea
 quod sine his partes ipsæ frugalitatis & temperantiae habe-
 ri facile possunt: Sic quibus illa etiam vltro sunt tributa: ij
 non sibi tantum probi, sed & omnibus præterea commodis:
 nec solùm quoad ad ipsorum salutem pertineat attenti: sed
 etiam in eo, quod omnium salute opus est, debent esse vigi-
 lantes: vt quantum in illis diuinæ benevolentiae & liberalita-
 tis redundarit: tantum appareat in suos ac debitos, tanquam
 altioris officij & pietatis gradus esse distributum. An verò
 tu in memoria non retines, id quod ex ore tuo, atq; verbis
 in omnes terras diuulgatum, cunctorum tibi studia & vota
 conciliauit? Cum ita assuerares: te inter cæteras causas,
 quibus bellū Venetis indicendum putares, hac potissimum
 adduci, quod d his tanquam impedimentis è medio dimotis,
 vnde quieto animo finitus nemo, & suarum rerum tran-
 quillo propter cupiditatem Venetorum esse posset: & quo-
 dammodo obicibus ac repagulis sanctissimi in Turcas bellî
 diffractis atq; reuulsis liberos tibi & patentes aditus in per-
 petuos hostes fidei & religionis esse velles. Quid ergo, quid
 ætum sit? num fundæ Dei visæ sunt aures? num tibi ille villo
 in loco aut periculo defuit? num benignitatem suam adver-
 sum te clausit; quantum tu quidem ad rationem dignitatis
 tuæ ausus es optare? Quid est aliud voti damnatum esse, atq;
 conuictum: quam propter quam causam quid à Dijs immor-
 talibus postulandum duxeris: eo impletato atque obtenu-
 to, reliquum te deinde, cuius causa priora illa flagitata sint,
 iam Dijs immortalibus ipsis debere? Atq; ego non dubi-
 to, quin

to, quin is, qui ex illis excelsis ac per amplis cœlestis oræ
regionibus, omnis suæ liberalitatis fontes tuis honoribus,
& commodis effudit: ab eisdem omnia illustrantibus, atq;
omnia prospectantibus locis, tuam nunc mentem obser-
uet, animumque speculetur; quemadmodum in tantis cœ-
lestibus beneficijs ad referendam gratiam te gerete stude-
as: ant tot divinis muneribus pietas tua respondeat. Ni-
si forte existimamus non esse D a o nostras res curæ: id
quod impium est: aut si illum rerum omnium factarum, &
earum quæ sunt facienda sunt, au&orem confitemur,
euentus tamen bellicæ victoria decutique triumphi, ab il-
lius cura ac potestate sciungimus: quæ ornamenta tanti fi-
unt consensione omnium: ut non in consilijs hominum
posita, sed in quadam diuino sorte videantur esse consti-
tuta. Quanquam vel sine ijs mihi in ipsam regalem fortu-
nam & dignitatem animo intuenti, in mentem venit existi-
mare, neminem profecto fuisse nostri generis regem ita
cupiditatibus obsequentem suis, sic auersum à religione: &
in omni vita crudellem ac nefarium: qui tacitis aliquando su-
is cogitationibus aut in somnio aliquo monitus vel pericu-
lo: cùm ad hanc meditationem accederet, quantis diuinitus
ornamentis honorum & imperij affectus esset: quam ipse in-
gratus in Deum, ac cœlestis beneficentiaz negligens fuisset:
quod se in fastigio excelsæ potestatis constituto, illius terre-
stre Hierosolymorum regnum seruire perfidis nationibus,
pro sua parte sineret: quem ipse auctorem sui regni haberet:
nemo inquam tam scetus, tam impius, tam detestabilis Rex,
in hanc curam & cogitationem lapsus est: qui non exhort-
eret animo: non cunctis artibus contremisceret: scilicet
sedeat ipse in solio, sceptrumq; manu teneat, auro amictus
& purpura: abundet opibus: circumfloat delicijs: volupta-
tes vndiq; conquirat, quibus suas possit libidines explere:
seç & metui velit, & ab omnib. vscq; quaç coli: cùm interea
ipse ille, cuius munere hæc omnia possideret, Deus summus
& omnipotens, non solù ab impijs gentib. contemptus, illu-
sus, in contumelia habitus: sed vetere etiæ regno sanctæ civi-
tatis,

tatis, atq; adeò orbis terræ imperio, propter huiuscmodi regum negligentiam, spoliatus: ne sepulchrum quidem corporis sui à barbarorum spurcitia inauolatum retinuerit, & is se regem à suis coli, & salutari ferret; qui monumentum sui & omnium regis foedatum atq; pollutum pro se pati non recusat? aut se dignum, qui multis gentibus imperet, arbitrabitur: cùm Dijs ipse immortalibus nolit obtemperare? aut deniq; hominum meritò fuerit Dominus, qui cupiditatum sit seruus? Quòd si quis vel tanta oportunitate naturæ extiterit: vt cùm hæc videat ipsa, penitusq; animo recognoscat: rapi se ramen in diversa omnia, & salutis cogitationem præsentibus cupiditatibus superari permittat? vel tam duro & pessimis in rebus obfirmato corde, sit, vt in illius peccus illabi hæc cura, & pietatis cogitatio penetrare ad intimas sedes animi nullo pacto queat, illum illum ultimus vitæ dies, & extremi illi imminentे iam morte cruciatus, aliquanto grauiores animi, quam corporis, expectant: cùm omnia vitæ commoda relinquenda, & ad formidolosum illud tribunal adeundum: quo iniquos Reges, cœtus scelerum: & horribilis comes malæ actæ vitæ pœnitentia, metusque infiniti supplicij consequetur: quo tum vultu aderit ante iudicem? aut quam male miser trepidabit: qui cœlestium beneficiorum, Rex dum viueret, oblitus, cupiditatum & vitiorum reges, quos in vita charissimos sodales habuit, astare circum se acerrimos atq; inimicissimos aduersarios, tanquam proditione circumuentus intuebitur? Hiscere medius fidius præ metu, & in terrorem diuinæ severitatis attollere oculos non audebit. Quòd si hoc in tantam pœnae vltionisq; formidinem rei citantur reges: qui nomen tantum regale, nudamq; cæteris ornatibus regiam ipsam potestatem tenuerunt: quid existimandum est, maximis præterea accessionibus adjunctis auctoritatis, felicitatis, victoriae? Quòd tibi, Ludouice, vehementer contendendum est: vt cùm alijs in partibus & muneribus vitæ constantiam perpetuò, & æquitatem, & clementiam, & optimi regis virtutes, reliquiasq; rationes rectè & ordine administrandi imperij seruacris:

uaueris: hac quoq; in causa religionis defendendæ gratum
te Deo præstes: Cæteræ enim virtutes suos habent vnaquæ-
que singulareſq; laudes: pietatis autem gloria complectitur
vniuersas: & omnem in se continet humanam dignitatem,
quod spectat ad diuinam: vt tibi in salute Christianæ Rei-
pub. constituenda maximè sit elaborandum: ne quod in re
facultatis & potentia redudat, suis partibus officij vacare
videatur. Nam quid ego dicam de occasione? Quæ tanta
est: vt si nuncius aliquis delapsus ē cœlo mandatum tibi cœ-
leste attulisset capessendæ huius expeditionis, bellicq; in bar-
baros ciendi: non signis certioribus, atq; adeò clariore vo-
ce non vteretur: quam hæc est tam paratæ opportunitatis
vox, quasi imperantis Dei appellatio: velle se se in hanc am-
pliandæ religionis curam te totum adsciscere: cum tuos i-
psæ scrupulos omnes ex animo tibi extraxerit: omnes suspi-
ciones, omnes discordias, omnes finitimorum Regum ini-
micitias, quæ tibi cum illis acerrimè intercedebant, sedue-
rit: omniaq; ad pacem & concordiam traduxerit: te non so-
lum tranquillo, & ex omni obtrætatione domestica, sed
firmissimis insuper præsidijs finitimorum munito. Au-
tuin hac ipsa renoua medius fidius ac mirabili, imperium
Dei immortalis non exaudisti? aut prouidentiam non intel-
lexisti? Quid enim vñquam tam alienum ab omnium spe &
expectatione fuit, quam tot potentissimos inimicissimosq;
inter se reges, veteres & diuturnis odijs exacerbatas simul-
tates deponere? Deposuerunt: amicitiam etiam coire & so-
ciетatem? Coierunt: in commune consilia & rationes confer-
re? Contulerunt. Quid tam incredibile, quam quas iniuri-
as vlcisci multi non cupiebant solum, verum etiam spera-
bant: eas drepente & nouis foederibus, & liberalitatij suæ
remisisse? Ita remiserunt: vt eadem illæ iniuriaz causam con-
iunctiori necessitudini dedisse videantur. Quid verò tam
vel ipso rei exitu nouum, vel celeritate inauditum: quam
tot disiunctos animos, tam infestos inter se, dissentientesq;
voluntates, ita subito ad unitatem reconciliatas fuisse: vt
prius penè transactum audiretur, quam tractatum? sunt hæc

omnia quanquam diligentia hominum administrata: tamen per prouidentiam Deorum constituta. Quod si ante actis temporibus, quilibet huius sanctae & memorabilis pro Deo & religione militia detrectabant, hac una causa inertiam suam tegere nitebantur: quod odijs ac simultatibus finitimorum circumfusi, liberam non haberent bene de repub. cogitandi facultatem: profecto qui hanc causam, tanquam impietatis & negligentiae latebram, remouerunt; id poscere aperte Dij immortales, & flagitare videntur: quod quo minus antea fieret, ea una causa allegabatur impedimento. Non enim impedit iam, qui antea impedire fortassis fuerant parati: sed etiam ultro ac studiofissime adiuvabant. Atq[ue] huins rei effectum iam cognoscimus. Sentio enim ego ab ultimis terrarum finibus clarissimum Regem ita in hanc curam sanctae expeditionis animo & desiderio intentum: ut apparationem belli quotidiani penitus & nuncijs, vrgere non desinat: ut virtutis laudem nullatenus putet, nisi in qua se Deo & religioni exercerit. Quid enim aliquot iam bella in fidei salute confecit: non nullas provincias ad Christianam rem publicam adiunxit: gustu verae beatitudinis semel percepto, inducias eius honestissimae cupiditatis nullas habere potest. Ego reade eandem industriam & pietatem adhortor, & voco: cum Deorum beneficio, florentibus fortunis tuis, nihil circumcirca sit, quod suspectum habeas. Hic ego Regem neminem nominabo, nisi Cesarem: qui tibi & locis proximus, & in hanc expeditionem maximè potest esse utilis. Is fortissimus Rex, & summus Imperator: qui tecum ex maximis inimicitijs, in gratiam ira conciliatus est: vt non maiores antea dissensionum causæ fuerint: quam nunc amoris & necessitudinis sint: nec pluribus iam dudum suspicionibus animi abalienati: quam hoc tempore beneficijs sint conglutinati. Communicare tecum in hac laude præstantissimi facti volet: ne dum vt hoc illa ex parte conetur impedire: cuius tibi benevolentia & coniunctio, vt summo consilio quæsita est: sic constanter est retinenda.

Nihil

Nihil enim nec gratius D e o , nec ad animi fructum & tranquillitatem hominumque famam efficacius: quam cum in magno rege, & animi facultates querantur, & consilij: esse que is debeat non minus lenitate, quam virtute spe-
ctandus: mansuetudinem aduersum eos , qui legibus & religione coniuncti sunt, exercere : virtutis autem & po-
tentiae exercitationem inter ipsos hostes religionis quare-
re. Nec verò absunt huic occasione cæteræ: quæ ad com-
parandos retinendosq; exercitus copiæ sunt opportunæ: de
quibus disputarem equidem subtilius: nisi tibi totam eius
rei descriptionem explicatam esse considerem. Nec tantum
id dicam: cum omnis conficiendi & alendi exercitus ratio,
& genere ipso militum constet, & facultate stipendiotorum:
alteram partem quæ plus habere videatur difficultatis, quæ
in ærario & pecunia posita est, largiter tibi & à vestigali-
bus tuis, quæ & pro amplitudine imperij maxima semper
sunt: & pro ratione belli tunc fient vberiora , & decumis
sacerdotiorum, binis etiam , ternisue, prout tempus ipsum
postulabit: voluntarij q; præterea ciuitatum priuatorumq;
collationibus suppeditatiiram. Nam cum hoc fuerit egre-
gium ciuitatibus , publicè tali casu , & apparatione san-
ctissimi belli, commonem ciuium , & in Deum immorta-
lem animum , & in suum regem benevolentiam declarare:
tum nemo erit tam auaro ingenio priuatus : modo bona ad
religionem mente prædictus sit: qui familiares opes & fa-
cultates suas, potius suis communidis condere, quam in fidei
& salutis subsidium malit depromere. Quod verò ad milites
exercitusq; pertinet: sunt tibi viætrices tuæ legiones robu-
stissimorum peditum: quæ auspicijstuis exercitatæ, prælijsq;
assuefactæ: eundem semper eventum & pugnæ, & victoriæ
cognoverunt: neq; sciunt, quid sit aliud conferre signa, nisi
vincere. Sunt alæ frequentes nobilissimorum equitum: qui
perpetuis stipendijs tuis sacramento obligati, virtute perficiunt:
vt tua in illis retinendis liberalitas , & prudentia
commendetur: erit eo tempore numerus nō mediocris euo-
catorum. Ut enī quis animo & nobilitate præstabit, sic ad
impe-

imperium tuum tibi erit præstò: iubentisque auctoratem
voluntate præcurret: atq; has militares copias tui inuictissi-
mi exercitus, quas Turcæ ipsi et barbari, quo pacto sustine-
re velintuendo possint, ne adhuc quidem comminisci ra-
tionem villam queunt. Accedet tibi cùm summa facultas
delectuum habendorum, supplementiq; instituendi, ex stre-
nuissimis maximeq; gnauis ad prælia Gallicis nationibus:
tum externa quoq; & gratuita auxilia conuenient fortissi-
morum virorum: qui quidem complures numero, virtute
& genere præcellentes, iam dudum in speculis sunt: animoq;
cupidissimo contemplantur, ecquis alicunde extet, qui eius-
modi belli classicum aliquando canet: ecquis magnus Rex
& imperator patrocinium salutis publicæ & religionis cau-
sam suscipiat. Cupiunt enim eam vitam, quam mors fu-
spectam perpetuò & meticulosam facit, opesq; diuino sibi
beneficio collatas ac donatas impendere in utilitatem Rei-
publicæ: qui quod & frequentes sunt, & fortitudine præ-
stant, non solùm numero cohortes tuas, sed etiam virtute
victorias adaugebunt. Vel enim certo mortis periculo pro-
posito parati sunt animo libentissimo donare religioni,
quod omnino debent necessitatì. Quòd si locus in tuis ca-
stris omnes capere voluntarios milites posset: credet mihi,
Ludouice, id quod tamen vides ipse: non tu multitudinem
& copiam, sed modum quærendo laborares. Appropin-
quarent enim omnes vndiq;, qui aliquam animi & virtutis
possessionem retinerent: neminem liberorum charitas, ne-
minem domesticum ocium, neminem priuata prædia,
neminem viæ difficultas & labor à tam præclaro studio re-
tardaret. Etenim quis vñquam voris ac desiderio illuc per-
ueniendi suspexit in cœlum? aut quem cupiditas pulcherri-
mæ laudis assequendæ extimulauit? quis deniq; summi Dei
in nostrum genus merita, aduentum in terras, ortum obitūq;
hominis facti, labores solitudinesq; nostræ salutis causa
susceptas, grata & pia cogitatione recordatus est? quin hac
tali opportunitate oblata, occasionem sit arrepturus: & gra-
tiæ Dijs immortalibus referendæ, & nominis perpetuandi:
& cœli

Se cœli adipiscendi? Ac illud quoqz manifestum, ad hosti-
um loca perueniendi duplarem tibi itineris rationem esse
propositam, siue enim terra exercitum ducere institueris:
turo tibi id facere amicissimis Germaniæ ac Pannoniæ Re-
gibus licebit: Sed erit longitudo eiusmodi viæ propter dif-
ficultates terrestres, aliquanto fortasse laboriosior: Siue
classe duxeris transmittendum; id quod probari à peritis &
prudentibus video: præsertim cùm & maritimæ opes tuæ
dominentur: & hæc quoqz ad belli gerendi opportunitatem
naualis tota ratio necessaria sit; promptū tibi fuerit, quod-
cunqz ad littus appellere volueris eo in littore castris locum
munire: exploratisqz hostium consilijs decernere: vnde po-
tissimum exorditi bellum placeat: & quam primū in par-
tem virtutis tuæ impetus immitti. Quæ tibi deliberatio,
tutis à tergo & placatis omnibus ob fœdus & amicitiam
coniunctissimorum Regum, aut si qui nunc populi tibi sunt
offensores, ijs cum aut virtute tua perditis: aut clementia
conseruatis, & ad benevolentiam traductis: hoc etiam erit
proclivior, quod ne suspicandum quidem est hostes ipsos
terra mariue suas tibi acies esse opposituros. Quod enim
copijs parum ad præliandum idoneis: minime autem animi
virtute valent: iccirco nec ſuperium: nec salutis euentum
suæ in ancipitem prælij fortunam sunt commissuri: quod e-
go tibi, & militibus tuis fortissimi viris molestem fore pu-
to. Virtutis enim proprium est, & fortitudinis: eam ap-
petere victoriam: non quæ per hostium ignauiam oblata: sed
quæ labore videatur esse parta. Verum tamen barbari, non
signis conferendis, sed itineribus tuis infidiandis: subitisqz
terroribus ostentandis eandem viam & periculi tui, & salu-
tis suæ tentare aggredientur: quorum tu fraudes, pruden-
tiatua, incursus constantia refutabis. Qui verò nodus in
omni peregrina militia rei frumentariæ, & reliquorum com-
meatum, vel difficultimus videtur esse: eum tibi partim
Graciæ & Thraciæ populi expedient: qui imbutis Christia-
na religione animis, omnes tibi futuri sunt præstò: Partem
verò maximam suppeditante Italia: prouincijs suo mini-

strantibus : classe tua fortissima , atq; instruētissima legentes
 semper oras propinquā littoris , exercitusq; tuū vestigia ob-
 seruantē : omnium rerum copia in tuis castris constabit .
Quid dicam de sublationibus ciuitatum in eis regionibus ,
 seditionibusq; populorum ? qui cura propinquā libertatis à
 tuo exercitu eis afflante , ibunt ad arma profecto contra eos ,
 quorum nefarium dominatum tot iam annis perferre sunt
 coacti : vt Turcis consistendi nusquam locus facultatq; re-
 spirandi libera nulla futura sit . Vnam illis rationem resi-
 stendi in obsidionibus perferendis video esse reliquam : si
 neque signa conferre , remq; fortunæ permittere aude-
 bunt , quod propè exploratum nobis est : neq; insidijs ten-
 dendis , commeatibusq; que intercludendis quicquam profi-
 cient : quod nos , cùm ad prudentiam consilij tui respici-
 mus , penitus vereri desinimus . Verū in hac ipsa re , quan-
 ta illos incommoda consecutura sint , animaduerte . Pri-
 mū animos ipsi suos demittent , nostros exaugebunt : De-
 inde genus latissimè vagari solitum , qua vna in re tota eo-
 rum virtus & disciplina militie constat , inclusum muris &
 penè constrictum , ne in solitam quidem pugnandi ratio-
 nem conabitur exercere : postremò vt velint ipsi & aude-
 ant insistere in mœnibus , munitionesque tueri : cùm pau-
 cissima habeant loca manu munita : in quibus spem sa-
 lutis suæ si constituerint : de reliquis profecto desperasse
 intelligentur : tum ne ipsa quidem illa tuorum militum vir-
 tutem vimque tormentorum sustinere sunt idonea . Una
 est vrbs Constantinopolis : quæ propter amplitudinem
 ciuitatis , mœnumque & loci situm , multitudinemque
 propugnatorum , aliquantum moræ & difficultatis videa-
 tur habitura : Si animus videlicet barbaris ad resistendum
 suppeditauerit : Hic tibi inquam , fortassis quid tuæ pos-
 sit imperatoriz virtutes , fuerit experiendum : & id ta-
 men tuus animi ardor , tuorum militum fortitudo postu-
 latura est . Sed ego quid planè velim , satis constitutum
 non habeo . Optem tibi leuem eius vrbis expugnatio-
 nem?

nem? nimium hostibus tribuere, & tuæ virtuti non plane videbor confidere difficultem cupiam esse & laboriosam: tuæ virtutis laudem illustriorem optauero: at salutis communis cursum retardauero. Tamen si ex veritate res, non ex fortissimorum virorum & cupiditate pugnæ flagrantium desiderio, iudicanda est; ne eius quidem vrbis oppositus celeritatem victoriæ tuæ remoraturus est. Nam cùm milites illiusmodi ex illo equestri & fugaci pugnandi genere, minime defendendis mœnibus sunt apti: tum crebris transfugijs Ducum, qui vel pristinæ religionis stimulo, vel præsentis periculi metu adducti: extremam belli fortunam non expectauerint: & amissione omnium rerum, debilitatis remanentium animis, nec vires barbaris, nec consilia constabunt. Adde terrores intestinos Christianorum ciuium: quorum vrbis refertissima est: omnia ad seditionem & tumultum vocantium. Adde vehementissimam impressionem ingruentis extrâ exercitus tui: quæ diuina ope & virtute incitata, viam sibi latissime petruplicta est: quandoquidem etiam non dubitamus Deum omnipotentem, astantem in illo sanctissimi laboris opere, & fauentem tonitribus suis de cœlo, si opus fuerit, & frequente fulminum iactu in illorum ora vultusque qui adesse in mœnibus defendendi causa institerint: tormentorum tuorum ruinas accumulaturum. Etenim si Hispaniensibus bellis, quæ aduersus Mauros pro religione gesta sunt, & in illis Belgradi ac Rhodiæ ciuitatis oppugnationibus, præsens Deus in numen adfuit semper victoriamque nostris concessit, & adoreamus num ferendum est, ut non adfuit in illo amplissimo labore & certamine: in quo summa religio & cœlestis Reipublicæ dignitas versatura est? Igitur Byzantio recepto & hoc obijce reuulso ac deiecto: reliquis iam tibi non ad vincendum labor, sed ad peragrandam Asiam cursus superfuerit: Quæ quidem prouincia non armatibi & aduersos exercitus, sed pompas & celebritates, & festiuos dies aduentus tui latra obuiâ est. In quo tuæ iam sapientiæ est, cogitatione ante ca-

pere illius temporis quam fore tibi gloriam & gratulatio-
nem putes? Nam si ex hac recenti victoria, qua Veneti im-
perio per te & vetere fortuna euersti sunt, tantum hilaritatis
& lætitiae ad animum suum peruenire sensisti: ut tibi pul-
cherrimus ille dies & totius vita fortunatissimus sit visus:
in quo iure imperij tui armis vendicato; fortitudinis & fe-
licitatis laudem aliquam meruisti; pietatis nullam: quid tuæ
spei propositum esse debet ab illa victoria: quæ tibi orbis
terræ imperium, & gratulationes omnium gentium colla-
tura est? in qua virtus tibi tua, veraq; animi magnitudo, &
felix conscientia auctæ restitutæq; religionis, Deus deniq;
omnipotens & summus gratulabitur? Huc igitur te, huc in-
quam te, cùm & dignitas tua & optimi Regis munus depo-
scat cognomenq; Christianissimi: cùm omnium gentium
desideria atq; vota: cùm iniuriæ hostium veteres & acerbæ:
cùm salutis securitatisq; ratio: cùm ius, cùm æquitas, cùm
maiorum virtutes, facta, exempla: cùm imperij amplitu-
do, laudisq; splendor & gloria: cùm imbecillitas hostium:
robur tuorum exercituum, occasio temporum: opportu-
nitas omnium rerum ad orbis terræ regnum tibi & sanctissi-
mæ fidei subiungendum te vocet: cùm deniq; Deus ipse im-
mortalis signis, iudicijs, victorijs, imperio propemodum
& voce, tuam ad hoc bellum virtutem voluntatemq; requi-
rat: Tu quid nam afferre causæ in hac cura subterfugienda,
& tanto Deorum hominumq; consensu repudiando, in qua
tandem lætere excusatione queas? An quod liberos non ha-
bes? (Sic enim iactari interdum audio) qui si adessent, impe-
dimento tibi potius, quam incitamento essent.. Patria e-
nim indulgentia & charitate virtus, perdifficiliter à tuorum
liberorum conspectu & complexu diuellere: nunc hæres
tibi quidem non deest imperij: nominis autem tui & virtu-
tis hæredem, posteritatis memoriam repudiare, non est pro-
fecto sapientia tuæ. An te itinerum difficultates, & tenui-
tas valerudinis tuae deterret? quasi vero aut tibi tanto regi
parum commoda nefandi laboris ratio, & fatigatio viæ
valde molesta esse possit: aut cùm perspicuum sit, infirmi-
tatem

etatem humani corporis fortuitis semper casibus & periculis obnoxium esse: non magnæ virtutis sit singularisq; prudentiæ in ijs potissimum rebus eam exercere: quæ cùm mortem longissimè fugant: tum verò accersunt & pariunt immortalitatem. Nam si te (id quod tamen in magno Rege simile veri non est) tanquam perfunctum rebus amplissimis laboribusq; maximis, domus iam ipsa a spe & usq; tuorum, & ocium reliquæ ætatis, pax, quies, tranquillitasq; delectat: eisq; incunditatibus, quæ tibi in regno tuo suppetunt, cogitas esse contentus: primum nec expectationi nostra cumulatè, nec tuz laudi satis adhuc fecisti. Ut enim sèpè iam diximus, virtus tua priuatas haec tenus utilitates persecuta est: nondum attigit publicas. Est autem summa virtutis veraq; animi magnitudinis: non tantum, quæ propria sunt, attendere: sed in commune potius consulere. Deinde hæc fruendarum voluptatum meditatio à nomine & laude optimi regis abhorret: non fructus est imperij, voluptatum conquisitio: non ocij desidia: non inertiarum studium, non vacatio operæ & cessatio: sed labor: sed splendor: sed publicæ salutis cura: sed exercitatio virtutis, cultusq; religionis. Ac eiusmodi quidem voluptates, quæ per quietem & inertiam subiiciuntur, fallaces penitus ementitæq; sunt: quibus dolor comes est: quas subitum fastidium corruptit: quæ breuem habent suavitatem: perpetuam penitentiam: Virtutis autem & pietatis fructus sempiternus. Quòd si voluptatis studio tanto perè duceris: num tu maiorem eius ipsius usum vlla ex re percipi putas posse: quam ex virtutis operibus, & defensione religionis? Etenim attende, Ludouice attende: percipe animo veræ voluptatis gustum: quam tibi non mortalis vlla oblectatio, sed instar sempiternæ in cœlo beatitudinis istius expresserit: cum tu sic tantis regionum spacijs terra mariq; emensis: roturibus & gentibus in fidem receperis: orbe terræ ad imperium tuum adiuncto: immortalitate comparata: rebus ijs gestis, quas laudare pro dignitate poterit unquam nemo; initari ne sperabit quidem maximus omnium rex, qui sint, fuerint, futuriue sint: in finibus

ipsis sanctæ cœnitatis vestigia impones: eminentiaq; procul
 tecta & Hierosolymorum turres aspices: quæ tibi tunc diui-
 nae species occurrent fidei cœlestis, qua conseruati sumus,
 quasi incunabula ipsa intuenti: quam omnes præteriti labo-
 res pro nihilo, in contentione tantæ iucunditatis, estimam-
 buntur? milites porrò tui, quibus tunc clamoribus per vni-
 uersum agmen sublatis Hierusalem salutaturi? quo fletu ex-
 citato urbem sanctam sunt adoraturi? Conflagrabunt stu-
 dijs: vrgebunt signiferos: inferent gradem: sua quenq; pie-
 tas, sungs ardor stimulabit. Nihil illis longius videbitur: quam
 dū in illis religiosissimis templis sanctissimisq; delubris cor-
 pora sternere, & exoptatis amplexibus, iucundissimisq; la-
 chrymis satiare conceptam religionem animi sui possint:
 Tu verò inter militares illas conclemationes & gratulantiū
 inter se gaudentiumq; lachrymas, inflexo ad sensum pietatis
 animo, inaudita quadam calamitate, & pio religionis horro-
 re perfundere. Quid? cum circumfusus corona procerum,
 regaliq; habitu insignis & equo, ad portas, & mœnia Hiero-
 solymorum conspicuus accedes? crucēq; manu inferes? cru-
 cem, quam nunc gementes & prostrati simpliciter depreca-
 mur: ut tibi voluntatem huius belli victoriamq; contribuat:
 tunc parto iam triumpho ouantes adorabimus: crucem in-
 quam, quæ quondam humano generi salutem peperit: tunc
 ipsa vicissim per te seruata videbitur. O felicem & semper
 commemorandum illum diem: quem qui presentes oculis
 hauserint, Deorum vitam fuerint consecuti! o iucundita-
 rem non antea cognitam! O gratulationem non enarran-
 dam! Quis enim tanto est ingenio, tanta eloquentia: qui ex-
 plicare verbis, atq; adeò cōplete cogitatione queat celebri-
 tam spēctaculū illius; cum tu armatus & viator, nondū ab-
 sterso itineris puluere, & sudore (nequenam ardor tuæ cupidi-
 tatis suerit) ante sanctissimū Domini nostri sepulchrū pro-
 stratus, & humili hærens, amplectendo, ex osculando, pios ge-
 mitus edendo, expleri nequiuferis: tantò maior & excelsior
 Rex: quanto te summo illo Rege minorē profitebere. Quod
 equum tunc erit gaudiū? quæ communis omniū lētitia? quan-
 tus

rus & quam incredibilis fluxus lachrymarum? cum insinuita amorem & benevolentiam erga te, vimq; illam summi gaudij, animi hominum capere non poterunt? En! cur nos Reges esse optare debeamus: & cur fortunæ non nihil deferendum putemus: non vti falsas voluptates conlectando spectremus libidini prædam, & cupiditati: sed vt ad potentiam & copias magnitudine animi pietateq; adiuncta: hos fructus veræ iucunditatis, hæc præmia æternitatis: vigilando pro communi salute, & pro religione laborando; altè semper spectando confequamur. Nam cæteræ quidem, qæ temerarijs opinionibus aluntur, spes & solicitudines humanæ, plenæ somnij & vmbrorum similimæ sunt: vna extat religionis procuratio: quæ ad immortalitatem adipiscendam veritate expressa est. Atq; ego qui natus in fortuna tenui & in his temporibus versatus virtuti infestis: nec opis in me aliquid, nec in mea auctoritate præsidij, doleo esse Reipublicæ: & eò etiam magis, quod ita meæ fidei sancti simæ amore ardeo: quæ mihi salutem dedit: vt libenter gladijs vitam obtulerim: si meo sanguine redintegrati vetus dignitas religionis queat: omnibus, qui aliquo in numero esse volunt, vel à fortuna locati, vel per industriam constituti, in hoc ipso munere iuuandæ religionis magnopere suadeo esse elaborandum. Non sumus ad oculi facti: nec ad desidiam: nec nobis curriculum huius vitæ solutum à metu & cura est: Sed omnibus dies dicenda est ab illo naturæ Rege: quem qui indulgentissimum parentem non agnoscent: seuerum iudicem experientur: nec idem tamen postulatur ab omnibus: facultatum gradus distincti sunt: operæ esse debent: vt tamen ab inæqualibus fortunis, & quam vñusquisq; voluntatem in cōmunionē publicæ utilitatis cōferat: ac si ingenium & literæ affuerint, cohortando: si auctoritas, admōnendo: si vis, exequendo: omnibus hic præclarissimus labor Christianæ reipublicæ nouandus est: vt propter quem ipsi honesti sumus, præpotentis Dei nonorem potissimum habeamus. Quamobrem, cum hæc ita se habeant,

Ludoui-

Ludouice: cùm virtutis laus, officij ratio, pietatis meritum
constare tibi melius nusquam possit: quam in salutis com-
munis patrocinio, & tutela religionis: respice aliquando ad
te: & facultates tuas virtutesq; animi tui ad omniū nationum
desideria accommoda. Recognosce qui sis: vnde ortus: in
qua fortuna positus: quid à te præstari Reipublicæ: quam
gratiam Deo referri conueniat. Planè videmus omnes tan-
tis te affluere fortunæ ornamenti: quanta nullum adhuc re-
gem ab antiquitatis seculis circumsteterunt. Sed illud
quocq; intelligimus, nihil in eis re ipsa præclarum esse atque
magnum: nisi iudicium & sapientiam dispensantibus. **Quis**
autem ad res perpendendas rectum consilium adhibens, va-
gam & inconstantem semper, volucrem q; fortunam non
laboret nectere eis vinculis, quæ æterna sint? quiq; non ma-
lit his tanquam exterioribus adminiculis nixus tendere ad
immortalitatem: quæ n autoritatis peculium quodammodo
& potentia in breuissimos usus mortalis vitæ consume-
re? An non animaduertis, quos adhuc benevolentia nostra
celebramus, clarissimos illos veteris memoriar; duces, ne-
quaquam tantis à radicibus, quantis funiferis, ad orbem
tamen terræ suis victorijs illustrandum, sola cupidine glo-
riæ fuisse excitatos Iulios, Pompeios, Scipiones, Traianos!
qui cum nequaquam parem tibi causam secuti fuerint: neq;
ad cœlestem finem aspirauerint: Tu tanto nobiliore & fine,
& causa non illis par omni virtute fueris? tu tam præclaram
occasione non agnosces? tu omnium gentium iudicia re-
felles: te tua & tuorum salus: te conscientia intimæ volun-
tatis: te ipsa obtestatio laborantis Reipublicæ: te tui nomi-
nis semper eterna prædicatio ad Christianum genus in liberta-
tem pristinam asserendum non vocabit? Minime, minime in-
quam: non id esset magni ducis: non Christianissimi regis.
Quin excute tandem aliquando temet ipsum: Magnitudinem
animi tui excita: ex surge in hanc excelsam laudem: ad im-
mortalitatem contento cursu nitere: Deo immortali ob-
tempera: amplectere orbem terræ imperio: cœlum animo:
æternitatem gloria: humanum genus beneficio: ut nos, &
qui

qui post nos futuri sunt, quiq; in longa posteritate inerunt, virtutis tuæ merito honestati laboribusq; conseruati: perpetuam nostram salutem & dignitatem tuæ semper laudi & memoriz acceptam referamus: Tu vero quantum terrarum spacij ad imperium tuum adieceris: tantundem tibi ad fruendam immortalitatem loci in cœlo compares.

AENEAE SYLVII SE NENSIS

ORATIO.

AD PHILIPPVM DVCEM BVR-
gundiæ nomine Legatorum Orientalium
Principum

Pro bello contra Turcos congregando.

ECCE Magi venerunt ab Oriente ad stellam quam viderunt in Occidente. Si ho- dierno die, Christianissime Princeps, de priua- tis rebus, aut parum necessarijs essem apud tu- am Dominationem verba facturus: non auderem profecto sine animi commotione quadam aut formidine dicere. Non enim ignarus sum, quanta Tuæ Celsitudinis diuina sapientia toto terrarum orbe celebrata ac diuulgata: & meæ tenui- tatis minimè sum oblitus. Cæterum quotiens breuis hu- ius orationis nostræ necessitatem, & publicam sanctissi- mæ religionis utilitatem mecum considero: totiens animi timorem atq; formidinem abijcio. Vellem nostra, religio- sisime Princeps, ut dignitati ac magnitudini rerum, de qui- bus in præsentiarum agitur, par est oratio & ingenium. Sed quoniam necessitate munéris mihi iniuncti id recusare non

potuit fretus incredibili benignitate ac sapientia D. Tuæ, quæ
 acumine ingenij ex paucis multa percipere solet: vt cùq; po-
 tero, dicam; & dicā breuius, quām tanta res dici possit: quid
 scilicet afferant, quid petant hi clarissimi Orientaliū Princi-
 pū Oratores: quos apud Dom. Tuā astare vides, & tuā præ-
 sētiā augustissimā intueri, atq; cōtemplari. Magnificus Do-
 minus Michael de Alguri Orator Serenissimi Domini Daui-
 dis Imperatoris Trapczundarū, excellentissimus cōsul: Ni-
 colaus orator Georgij Alexandri magni Regis Persarū di-
 ligentissim⁹ in rebus agēdis: Mahometus Mahometista Ora-
 tor Aſcrimbrech. Turcumanni Regis Melopotamiæ infide-
 lis strenuus miles: Custodā orator bellicosissimi Gargone
 Ducis Georgianæ literatissimus: Murates Vantberch Arme-
 niæ Minoris Orator: & in primis religiosissimus Pater & do-
 minus, Dominus Ludouicus Patriarcha Antiochenus, Ora-
 tor Sanctissimi Domini nostri Papæ: qui quoniam ab ineunte
 ætate in regionib. Orientis versatus sit, tanto vsu rerū diui-
 narum & humanarum pollet: vt cōfilio & autoritate sua, qua
 plurimū valet, apud illas extereras nationes efficerit: vt omnes
 vniuersalē pacem & vnitatē amplecterentur, & huius legatio-
 nis potissima causa fuerit: sed quia propter morā diuturni
 temporis, quo apud illas gentes versatus est, non recte te-
 net vsum & consuetudinem Latinī sermonis; licet in alijs
 linguis sit peritissimus: & ipsi oratores sint Latinæ linguae
 penitus expertes: idcirco voluit & mandauit, vt ego vice
 omnium mea voce Latinè eorum sententiam explicarem.
 Mihi verò cauſam aduentus eorum ad Dom. Tuam dili-
 gentius consideranti: nimirum illud Euangelicum dici pos-
 se videtur, Ecce Magi venerunt ab Oriente ad stellam,
 quam viderunt in Occidente, non aurum, non thus, non
 myrrham (quæ caduca sunt) afferentes: sed alia quædam
 multò maiora deferentes: pacem scilicet & vunionem cum
 Occidentalibus denunciantes: Christianos ad communem
 fidei nostræ defensionem & amplitudinem exhortantes: &
 re ad decus & ad gloriam & immortalitatem tuæ domus Il-
 lustrissimæ exuscitantes: Ad stellam in quam veniunt Occi-
 denta-

dentalem, hoc est , ad Tuam Dominationem : quæ cùm fidei lumen Christianissimum semper exstítit : tūm verò istis diebus tanto splendore effusit , ad Orientem vscq; coruscans ; tūm fama perugatissima omnium gentium & nationum ; tūm prædicatione Reuerendissimi Domini patriarchæ ; vt Orientales Principes & nationes illuminans, noua consilia inire , nouasq; res moliri pro amplitudine sanctissimæ fidei Christianæ docuerit , & oratores suos clarissimo lumine ad tuam vscq; præsentiam augustissimam perduxerit : & (vt speramus) amplissimo lamine uniuersum orbem illustrabit . Non enim casu aut repente ino quodam consilio , vel temeritate aliqua ducti hi oratores ab illustrissimis Principibus eorum & populo missi huc veniunt : sed matura deliberatione & diuina dispositione ducuntur . Nam quemadmodum Magi illi ab Oriente ad Salvatorem nostrum , Deum verum , & autorem religionis Christianæ peruererunt ; initium ipsius surgentis fidei significantes : sic ex eisdem regionibus Principes ad te Dei nostri verum imitatem , pium , pacificum , & religiosum Principem , Patronum & conservatorem illius sanctissimæ fidei coniungiunt : proclamant , & invitant , vt pro vetusta consuetudine tua una secum non solum illam rueratis : quæ à Barbaris ignominiosè vexatur & lacceratur : sed & exornare & amplificare velis : & domum sanctam Hierusalem à fœdißima infidelium seruitute liberare : que nadmodum eam superioribus temporibus religiosis visitis coli inhabitariq; curauisti . Nam licet nonnulli Principes Christiani (pace eorū dixerim) regio nomine Hierosolymitano soleant insigniri ; tu tamen non verbis , sed re illū titulu iampridē tibi attribuisti , ac vendicasti : tūm aspera contra infideles gerendo bellatum Christianos homines ibi degentes ac cōmorātes opib. annuisq; sumptib. sustentādo . Sed cūhæc luce meridiana clariora sint ; & in ore omniū gentiū & nationū versentur ; non ero in præsentiarū in his exponendis occupatus . Veniam ad sanctam piamque deliberationem Principum Orientalium , qui superioribus annis , tūm propter antīqua odia , quæ inter se exercebant , acerrima

gererent bella; tūm auctore & persuasore R. Dom. Patriarcha, Pacem & vniōnem experiberunt; s̄c̄dus ac ligam omnes icerunt; & tūm contra c̄t̄eros Christianæ religio-
nis inimicos; tūm maximē contra truculentissimum & im-
manissimum Tureum Constantinopolitanum, Christiani
nominis inimicissimum; admirabili quodam consensu con-
iurauerunt; quām facile se-deliberaturos hoc tempore pro
comperito habent; si modō ex istis occidentis partibus bel-
lum vel paruum illi moueatur. Cogitantes igitur ipsi Prin-
cipes diu multumq; ad quem potissimum Occidentis Prin-
cipem protantare peragenda mittere deberent; occurre-
bat in primis Ill. D. Tua; quæ multa pro fide & Christiano-
rum vtilitate communi, clarissima sanctissimaq; facinora
peregit. Itaq; communi omnium vtilitate & sententia:
postquām rem mature inter se examinauerunt; communi-
busq; copijs maximum exercitum comparauerunt; nonnul-
lisq; principibus infidelibus, Turci tamen Constantinopo-
litani inimicissimis, se cum adscitis, ac confederatis: de-
creuerunt tandem mittere suos oratores cum literis & nun-
cijs ad omnes Principes Occidentis: sed in primis ad illu-
strissimam potentissimamq; Dom. Tuam: tanquam ad au-
torem & principem huius belli felici auspicio gerendi: man-
daueruntq; ipsis oratoribus: vt primō denuncient tibi, quid
ipsi principes in Oriente perfecerint: deinde eandem orent
& obtestentur, vt cūm sit sacri baptismatis fonte renatus:
& Christi saluatoris nomine insignitus: & inter Christianos
Principes maximus ac potentissimus: tantæ commoditati
sibi diuinitus oblatæ deesse nolit: imò ad defendendum
& amplificandum Christianum nomen cum summa laude &
gloria nominis sui se quām promtissimum ac benignissi-
mum præbeat. Hæc, Magnanime Princeps, oblatio non
est profecto contemnenda, nec ylo pacto negligenda; in
tanta præsertim animorum gentium omnium orbis terra-
rum cupiditate, atque ardore belli suscipiendo, contra im-
piissimos hostes saluatoris nostri Iesu Christi, & violato-
res gentium: Verūm quia Christianum nomen ē terra de-
lere:

sere & penitus extinguere omni conatu viribusq; nituntur; nec aliud commodius tempus expectare oportet: Ecce! remotissimæ gentes à nostro climate se offerunt, orant, obtestanturq; (quod nunquam auditum nec lectum superiori tempore ausim affirmare) te ipsum eligunt Orientales, inter tot Principes Occidentis: te omnes Principes, te omnes populi & nationes occiduarum partium sequentur: te denique omnes Christiani sitibundo pectori & accincti armis expectant. Tantùm principio opus est. Adeò enim Christianorum omnium animi, quos audiuiimus, ad hoc iustissimum bellum suscipiendum sunt parati atq; inflammati: vt si principium aliquod fiet, ingens & incredibilis hominum multitudo confluet ad militandum sub fortissimis signis ac vexillis Ill. Dom. Tuæ. Quid dicam de sanctissimo nostro Pontifice Pio II. homine (vt omnibus perspicuum est) ingentis animi ac sapientiæ: qui pro suis in Repub. Christiana meritis, nunc in terris pro altero colitur Deo: profecto dies nonq; nil aliud cogitat, nil aliud molitur: nisi quomodo, qua via, quibus medijs Turcum ipsum immanissimum aggredi possit. Cuius quidem rei testimonio sunt & clarissimæ legationes: quas vt primum Pontifex Maximus declaratus est, ad omnes orbis terrarum principes & nationes diligentissimè misit: & ipse præter valetudinem suam asperrimo hyemis tempore, dimissa vrbe Mantuam se contulit: quòd facilius ibi celebrato concilio: comparatilq; singularum principum & populorum copijs: contra conatus impij Turci insurgeret. Principio itaq; opus est: Qui igitur hoc principium faciet: non principium tantùm, sed totam rem perfecisse videtur. Sed hæc & huiusmodi, Illustrissime princeps, Dom. Tuæ pro singulari tua sapientia consideranda relinquo. Reuertar nunc ad Oratores nostros: nihil ipsi postulant: nec pecuniam nec subsidium regionum suarum: sed vt tu, quem Occidentales sequentur, ex Vngariæ oris atq; confinijs Turco Constantinopolitano bellum inferas. Ipsi verò Orientales ex alio latere Turciæ, (quam Natoliam appellant) ipsum vrgebunt adeò vehe-

mentissimè : ut virtute duorum exercituum ex diuersis laterebus , pressa ceruice : manus vietas præbere cogatur . Sed de hoc satis . Nam quid ipsi petant , quid offerant , quid pollicentur : quam etiam res sit facilis : si modo aliquod principium faciatur : satis certioratam Dom . Tuam & literis & verbis arbitramur . Itaq; ne idem saepius recensendo aures tuas in rebus arduis occupatas videar obtundere , consultò illa prætero . Illud verò , quod proprium est huius orationis nostræ & votum ac desiderium omnium Christianorum , minimè prætermitto : orare scilicet , & obsecrare : ut animi tui religionem & pietatem erga Deum nostrum (quam semper in pluribus difficultissimus rebus ostendisti) nunc , gloriose Princeps , pro fide , pro salute omnium Christianorum animo ostendas : Suscipe patrocinium fidei sanctissimæ : sentiant & male experiantur hostes crucis potentiam & felicitatem tuā in re militari . Et , ut finem aliquando faciam , cùm nullus sit præter te , cui huius belli gerendi prouincia sit demandanda : qui pietate & religione , nec minus fortuna & potentia , quam sapientia & ingenio atque magnitudine excellis : qui denique rei militaris gloria omnes facile superas : qui scis paci imponere finem : & parcere subiectis , & debellare superbos : Incumbe oramus , per immortalem Deum ad hoc bellum suscipiendum : defende religionem & fidem Christianam ab incuris barbarorum : vindica sanguinem tot Christianorum humi sparsum ; & , quod magis dolendum , animastot fidelium Christianorum in spurcissimā ac fœdissimam sectam Mahometi prolapsas , atque in posterum venturas : ad fidem sanctissimam reuoca : barbari cum imperium ac rabiem inauditam , per quam ritu ferarum omni humanitate sublata , in Christianos truculentissimè sauitum est , compelce atque contere : neque eo animo , quo aduersus hostes alios pugnare soles : sed cum indignatione quadam atq; ira veluti si seruos tuos contra Dom . Tuam repetere videres . Vlsciscere etiam aliquando , Princeps Iustissime , tantam ignominiam immisissim Christiano populo , & Saluatori , & Deo nostro ,

ero, qui ut nos redimeret, preciosissimum ac sanctissimum
sanguinem effundere non dubitauit: in direptione inclita olim
urbis, & nunc infelicissimæ Constantinopolis. Expugna-
ta enim & in servitutem redacta ipsa vrbe: quæ fœdissimè ac
crudelissimè gesserint truces canes: quantoce des & quantus
eruor manauerit, dictu in credibile est. Homines partim tru-
cidati: partim acerbissimo seruitutis iugo subiecti sunt: tem-
pla Dei religiosissima polluta: & tetro Mahometi ritu fœ-
data: sanctorum statuæ in frusta diuise: imagines vero
parietibus depictæ partim luto partim stercoibus deturpa-
tæ: & in primis ipsius Beatae Mariæ virginis & matri (vr si-
de digno testimonio accepturus es) imago per hoc nefas i-
gnominiosè tractata: altaria diruta, reliquæ martyrum
porcis obiectæ: sacerdotes occisi: matronæ & puellæ ipsæ
sacra virgines raptæ: nobiles urbis inter vina & epulas ipsius
Turcorum Ducis crudelissimè iugulati: simulacrum Salua-
toris nostri in cruce pendentis, in derisionem atq; contem-
ptum sputo, luto, ac fœditate iactatum, O fides! o pietas!
quis haec crederet? Sunt tamen & haec, & multò nefandiora
in opprobrium fidei nostræ ab illis canibus gesta: nec quid-
quam augenda crudelitatis confictum est causa: sed sic se res
habuit: ut ab his, qui tantis facinoribus interfuerunt, fi-
deliter est relatum sanctissimo Domino nostro summo
Pontifici, & sacro collegio Cardinalium. Sed quid vete-
ra recensemus? quasi desit aliquid indignum recenter &
nudiusterius ab ipsis perpetratum: quotidie de Christia-
nis triumphant: nouas villas oppidaque nanciscuntur.
Non enim contenti sunt victoria miserrimæ urbis Constan-
tinopolis: ubi contra ius fasq; superbè imperant, crudeliter
dominantur: sed in nos nefanda dictu moluntur: noua con-
silia inspeccore suo volunt: ut proprium sibi constituant
imperium: leges commutant, & sua sanciunt: omnia iura
divina & humana pervertunt atq; contaminant: Christi
verò cultores, & eius morte ac sanguine redempti: ad
decus & ad libertatem nati: & animo, quo vidi esse so-
lent, quam turpissemè per vim, per arma subseruili atque
into.

intolerabili iugo premuntur. Quas ob res, Inuictissime Princeps, si contra furorem & rabiem insurgas; primum à Dño immortali, cuius res agitur, supra, quā humana lingua dici possit, mirum in modum glorificaberis: Deinde a mīcī tuis, & his, qui pro tua Cels. orant, quique recolunt & obseruant, indies charior efficieris: inimicis verò tuis (si qui fortasse sint) terrorem & formidinem non paruam incuties: Denique nihil Deo acceptius, nihil in terris præstantius, & maximo Christianissimoque Principe dignus agere poteris: quām omnia alia missa facere: omnique cura & cogitatione in hoc sacrum bellum incumbere: & de omni Repub. Christiana benè mereri. Omnes profecto Christi cultores, qui sunt, quique futuri erunt, vt grati, vt memores, vt iure optimo esse debebunt, gloriæ ac sapientiæ tuæ fauebūt; & quod Reipub. Christianæ tantum consilij, & ingenij tui ostenderis: in tanto ac tam communi bono, immortales atque ingentes gratias habebunt: nomenque tuum ad sydera tollent. Adde etiam, quod si omnibus, qui Patriam conservauerint, adiuuerint, auxerint, certus est in celo definitus locus: ubi beati semper in eterno ævo fruantur: quid tibi piissimo ac Christianissimo Principi pro maximis atque amplissimis meritis in Remp. debebitur? profecto immortalia atque simul perpetua virtusque vita præmia comparabis. Et stella, quæ in occidente clarissima visa est, quæque semper in fide Christiana resplenduit, orientales illuminabit: & oratoribus iter ostendet, & perenni lumine vniuersum terrarum orbem illustrabit: Quod benè ita faxit Christus Opt. Max. cum Patre & Spiritu sancto laudandus per infinita seculorum secula.

FRAN-

FRANCISCI PHILEL-
PHI AD VLADISLAVM HVN-
gariæ Regem

EPISTOLA.

GO te, Rex Vladislacæ, cùm adire
scribendo instituissem; non poteram equidem
non subuereri; ne à quibusdam existimarer im-
prudentior: quippe qui dicturi viderentur,
non esse mei, neq; muneris, nec etiam dignitatis ad ea sum-
mum regem hortati; quæ vel in primis regalem magnitudi-
præ se ferunt. Nam qui ad decus & gloriam natus, altus, edu-
catus, omnia supra hominem & mediteris, & moliaris, & fa-
cias: nunquam possis (vt opinor) ullis meis vel monitis vel
adhortationibus, quasi equus Lydus in campum ad splen-
didissimæ laudis cursum vehementius incitari. Sed ego cer-
tè, neq; remoneo admirabili prudentia principem; nec ad-
hortator accedo; quandoquidem ultrò pro diuina beni-
gnitate, ad summi honoris calcem, qui humanæ felicitatis
& testimonium est & præmium: vel eas vel peruenias poti-
tius. Quidenim per immortalem D e v i s aut pulchrius
ad humanæ, aut fructuosius ad diuinæ gloriæ gradum tibi
contingere potuisset: quam quod ipsa dies & D e v i s obtu-
lit præclaram de Turcis victoriam gente barbara & immani?
Qui parricidio relictis auitisq; gurgustijs; ubi se se per omnem
turpitudinis fœditatem dies noctesq; polluerent; horrenti-
bus illis Caucasi, vastisq; rupibus, tam diu ac multum in v-
niuersam propè terrarum orbem sunt aduersus Christi no-
men per omne ludibrium & contumeliam debachati. Quas
enim ciuitates, quos populos, quas deniq; remotissimas
nationes quisquam afferat, quæ Turcorum immanitatem
obscenaq; flagitia, per omne scelerum omnium genus mi-
nus vel tulerint vel pertulerint? Obdormierat nescio quo

pacto excelsum illud & inuictum robur virtusq; Christiana: actantus terror vniuersas mentes inuaserat; vt etiam sine prælio vinceremur; & quidquid erubescendi hostis libidi- ni aut furori collibueret; non pati solùm, sed perpeti quo- que posse videremur. Oh temporum calamitas misera- bilisque fortuna! Ad tantum miseriarum deuentum erat, vt ignobile illud atq; agreste Turcorum vulgus ex humili- mis pastoribus ac famelicis- & fugitiuis Scytharum seruis, longè lateq; in populos Christianos & reges imperitarent: indiesq; magis atq; magis ita suum propagarent imperi- um; vt iam vix sexaginta milia passuum abessent ab Italia. Itaq; non absurdè fortassis audacissimus iste & petulantif- simus Amurathes iactare vino obrutus inter capacissima illa pocula consueuit, se templo sanctissimo Diui Petri pro- pediem pro stabulo ganeaq; vñarum. Considerabat enim Latro callidus ac pestifer: Christianos principes, qui & au- toritate valerent, & viribus: mutuis inter se odijs atq; dis- cordijs laborare, contendere, digladiari; alios verò præ- ter quæstum curare nihil; nonnullos ignauia corripi: ne- gligentia plures detentos intercipi. Inter quas ille nostras calamitates iactabundus atq; exultans; non desperabat bre- ui futurum; quod secum ipse per omne facinus ac nequitiam animo volutasset. Sed noluit certè Dominus deferere tandem suū gregem efferatis rapacium luporam mortibus tam misere laniandum. Audituit fidelium fletus: vt cle- mens, misericors, benignus; non solùm ærumnas leuare, sed extrema omnino præstare, opem auxiliumq; afferre dignatus est. Quare suos in te oculos coniecit: Tua est præclaraindole delectatus: dilexit probitatem vitaq; san- ctimoniam: te vnum delegit ex omnibus Christianis principibus; qui suum populum prostratum erigeres, susti- neres, tueris; qui impurissimos hostes suos trepidos tandem palantesq; auerteres, fugares, prosterneres, com- primeres, interimeres; qui in omnem posteritatem, per immortalem nominis splendorem, te omnibus gentibus admirandum redderes, Quæ quidem ipsa, Rex præstan- tiſſime,

rissimè, cùm mecum ipse cogitarem, videremque maximis
 tuis laudatissimisque conatibus, tam tempestinè, atque
 salutiferè Christum Optimum Maximum prospexit: non
 potui equidem pro mea erga te fide singularique obser-
 uantia non gratulari vel tuæ, vel Christianæ felicitati: quo
 tuo ductu tuisque secundissimis auspicijs ea futura sit;
 cui non modò accidere aduersinibil queat; sed cuncta po-
 tius affatim bona curriculo contingant. Mihi verò plu-
 rimum lator: quem supernus omnium Imperator & con-
 ditor tuorum parentum regalibus illis ac sanctissimis nu-
 ptijs idcirco voluit interesse; quò te inde natum ad commu-
 nem Christianæ Reipublicæ libertatem ac decus, aut coram
 intueri; aut saltem & crebro & uno & eodem omnium ser-
 mone tuas res clarissimè gestas audire, atque gaudere ali-
 quando liceret. Novit enim vel Julianus iste innocens ac
 sanctus vir, iuuenturis huius Christi Apostolus (sic enim
 iure appellare licet summum Pontificem Eugenium) quâ
 tempestate Orator sum missus ab Imperatore Constanti-
 nopolitano Iohanne Palæologo, ad Romanorum Impera-
 torem Sigismundum; venisse etiam me in uitatum ad nupti-
 as. Et quod incredibile mea cum voluptate in mentem re-
 dit; id vidi per somnum prima illa nuppiarum nocte, quod
 nunc vigilans loquor. Videre enim videbar dormiens pul-
 cherrimum quoddam astrum, Sole etiam ipso longè maius
 atq; illustrius; quod cœlitus delapsum, in regiæ illius ve-
 stræ eminentiore culmine confedit: vnde circum quaque
 emissis splendidioribus radijs; vbi altius fese luce mirabili
 sustulisset; incredibili celeritate, in Macedonicum primò,
 deinde in Mysum Olympum, vniuersamq; Asiam peruadere
 festinaret; ac tantum vndiq; fulgorem effundere; vt æquè
 Solem atq; ille Lunam sua prætentia obscuraret. Aliaq; per-
 multa videre sum visus: quæ curiosiore narratione persequi
 non licet. Sed quod ad rem attinet: revelasti profectò mihi
 tu, Rex florentissime, ingentibus tuis cœptis, splendidissi-
 misq; virtutibus meam omninem tam longinqui somni veri-
 tatem; docuistiq; haud frustra, somnia vel immitti vel emitti.

Nam seu diuino iussu quodam reuelentur extrinsecus dormientibus nobis, quæ aliquando futura sunt: siue ea sit humani animi natura atq; vis; vt tum maximè vigeat, sapiat, intelligat; cùm sensibus corporis somno seruientibus ac penè vinclis, seipse veluti solutus in libertatem vindicat; & tanquam per rariorem corporis nebulam illa quæc; cernere iam incipit; quæ perspicua olim & luce omni lucidiora ei futura sunt. Quæ quidem res, si cui fortasse dubia sit; mihi sanè nullo modo esse possit, cui re ipsa somnium iam omne aperitur. Tu enim Rex Vladislæ nuptialis illius astri imaginem repræsentas: Tu veluti cœlitus missus es; qui & Istro iam pro diuina commiseratione, & vniuersa Thracia Helle-sponioç; superato, quâm primùm sis per illum perditissimorum hostium cladem atq; internacionem in Mysiam illam Tûrcorumq; Emporium euersum peruenturus, Tu non diu pôst (vt spero) Ægyptijs, Syrisq; oppressis, patefacies cunctis Christi fidelibus sanctam ciuitatem. Tu quasi nouus aliquis Alexander ad Gangen vsq; vel ad illos potius vsq; Gangaridas, quas Alexandro metui suisse legimus, cum tua sempiterna gloria penetrabis. Nam quid ego te Alexandro comparem, qui omni virtute illo sis, & melior, & ingentior. Quanquam enim Alexander, cùm primùm cœpit arma mouere, non in hostes & barbaros, sed in amicos & Græcos, eandem æstatem ageret, quâ nunc tu es (annos enim viginti natus erat) illum tamen vitia permulta comitabantur: te vero virtutes plures. Erat Alexander ebrius: Vladislaus sobrius: Impudicus ille, tu pudicissimus, ac planè temperans. Agebat Alexander omnia temerè; tu consultò omnia & prudenter. Vrebatur ille ad res gerendas audacia duce & iracundia; tu fortitudine & clementia. Præbebat ille sese vel in amicos iniustum: tu neq; in tuos, neq; in alienos quicquam vel agis, vel meditaris sine iustitia. Ille in gratitudini tæpenumerò se fecit obnoxium: tu unus omnium es gratissimus. Quòd si Alexander infinitis flagitijs atq; sceleribus inquinatus, totam propè Asiam, ne multo quidem cum milite subiugauit: quid de tot tuis tantisq; virtutis-

utibus sperandum fuerit; qui nulli, vel libidini, vel animi impotentiae seruias, sisque innocentissimus: Præsertim cum ad florentem firmissimumque exercitum, Christum habeas tecum propugnatorem, atque vexilliferum. Et quibus cum tibi pugnandum est? Num aduersus Gallos, aut Britannos? an aduersus præpotentes atque inuidos Italiae populos? Sanè aduersus Turcos; aduersus pastores & fugitivos; qui nullo iusto Marte omnia per latrocinia furtaque moliuntur. Nihil tamen minus barbara ista atque abiecta natio contemenda omnino non est; sed curanda omnia diligenter. Nam (ut ait Poëta) Et neglecta solent incendia sumere vires. Id quod cum in alijs quam plurimus verum esse animaduertimus: tum in re Turcorum in primis. Dum enim diutiüs isti contemnuntur, pro nihiloque habentur; Bosporum urbem ad Hellespontum, ipsius etiam Iustiani Imperatoris temporibus, clandestinis latrocinijs, duce latronum Bochamo, cuperunt, diruperuntque. Et cum mox fugati sese intra Caucasus cautes receperint, rursus Heraclio Imperante emerserunt in Persida: vnde Mahometum proditorum omnium perditissimum atque nequissimum, cuius nunc impiam sectum ob nequitiarum illecebras maximè omnium amplectantur, latrocinantem illum eisdem latrones artibus turpiter expulerunt: Indeque factum est ut sensim atque paulatim progredientes, dum neminem perinde atque contempti repugnantem offendant: in intimis Hadriatici sinus regionibus confederint: late omnia longeque turbantes, praedantes, populantes. Usque adeò Christianorum principum virtus obdormierat, elanguerat, contabuerat. Itaque diuina quadam prouidentia factum reor, ut in tantis humanarum mentium tenebris ipse in lucem veneris, sed salutem & lucem Christianorum. Quare perge, ut facis, Vladislæ Rex fortissime; utere tanto & tam grandi bono: quod tibi cœlum ostendit & sydera. Per multa iam de Turcis in hanc diem splendidissimaque trophæa statuisti: iam tota metuit te Barbaria, atque contremiscit. Quicquid habebant aut roboris aut spei impurissimi hostes omnes nominis Christiani: id o-

omne in latrocinijs infidijsq; Turcorum collocabantur. Horum autem tot millibus per tot tamq; diuersa prælia abs te nuper interemptis: quid reliquæ siue virium siue fiduciæ sit, aut Turcis, aut cæteris infidelibus; quem latere possit, esse certe arbitror neminem. Mirum profecto est, quantam de tua animi magnitudine inaditataque constantia, apud Christianos omnes & spem & fiduciam concitaueris! Iam detrophæis, quæ vocant, nullus sermo, nulla mentio est. Extremum illum optatumq; triumphum quotidie omnes expectant; per quem liceat curæq; impunè ac securè, non Ægyptum & Palestinam solum, verùm etiam visere locos omnes ac gentes, ad quas olim vox Evangelica pergenit. Itaque vniuersi populi, regesque Christiani, pro tua incolumentate atque victoria Deo vobis orant: & unus omnium maximè Christianissimus Princeps meus Philippus Maria Anglus; qui te dignitatis & amplitudinis gradu, non seclusus profecto, quam patrem & colit & veneratur: sed amoris, charitatisque affectu, æquè atq; filium charum habet & periucundum. Qua hunc voluptate affici existimas; quoties audit suis de te optatis respondere fortunam? Ita medius fidius delectatur ac gestit rebus tuis omnibus prosperè gestis, vt nihil apud eum latius increbescere posse putem. Tere regum sydus appellat: Te Christianæ Reipublicæ propugnaculum nominat: Te Christi vocat & ultorem & lumen. Quot quotidie pro te preces ad Deum vobis habet? Quam assiduis supplicationibus, illisque pientissimis pro te uno, huius principis iussu templo omnia celebrant! Quam obrem cum & Deo te, Rex Vladislæ intelligas hominibusq; charissimum: cum in te uno Christianorum omnium salutem constitutam esse animaduertas: tuum fuerit, ut quarum rerum labores ac discrimina maxima cum ingenti tua laude suscepisti: earum pulcherrimam palmarum expectatumque triumphum ne derelinquas. Quin age adiutore atque duce Christo Iesu, inuade impiam illam teterram que barbariam? tibiq; persuade, non minorem tibi operam dandam esse: ut ratio tua pugnandi omnis cum diuinay voluntate conueniat:

ueniat: quam ut exercitus omnis tuus & ordinem obseruet,
& modum. Nam cœlestem opem frustra fieri videmus;
quam humana aetio aspernetur. Itaq; non modò ut vin-
cas, tibi considerandum est, sed quomodo vincas; cum is
euentus maximè sit in laude; quem optima consultatio an-
tecesserit.

OTTONIS BRVNS- FELSI.

AD PRINCIPES ET CHRI- STIANOS OMNES

PRO RHODIORVM ET ALIORVM A
Turcis oppressorum defensione

ORATIO.

QNter tam multa negotia de
regno, de bellis, de ditione acquiren-
da & retinenda, de repub. Christiana;
est ne vel momentum quoddam.
O Principes & viri Christiani; quod
mihi concedatur causam afflitorum
agenti, propter imperium & rem pub.
Christianam? Video siquidem hoc to-
tos pendere vos, ut priuata agatis; & in tranquillis rebus ut
fit, prorsus nihil compatiamini super contritione Ioseph.
Sed faceant obsecrò hæc; cesserat paulisper φιλαντία. Nunc
me querentem audiatis, immo per me lugentes, & gementes
Rhodios; quorum ad restim redierunt penè omnes spes;
omnia præsidia; iniuncti animi; denique tota illa fiducia:
qua ænea semper ac ferrea, fronte crudelibus Turcis re-
pugnauerunt; quibus si non quam ocyssimè à vobis sub-
ueniatur, de eorum aetio est salute; & de vestra quo-
que conclamatum est Republica Christiana. Certe affli-
torum causæ quibusuis serijs anteferendæ sunt: ad hoc
etiam

etiam angustia tanta est, ut dissimulari nequeat: atq; si dissimuletur diutius, inde omnes incommodum sentiamus porter: quotquot Christi nomine censemur. Ut igitur res est maximè seria: ita studium mihi erit; ut quam paucissimis, citra fucum & lenocinia, exponam vobis. Et quia dignitas & fides, & utilitas omnium communis agitur; cesso hic multas vobis præstigias offundere in benevolentia captatione. Iamdudum enim negotia periculaq; ipsa rerum communia sunt: & consilijs vos conciliant pericula: ut non minus ipsi vobis consultoris benevolentiam exposcatis: quam illa mihi sit à vobis efflagitanda. Sat igitur fuerit causam exposuisse; vt vos deinde tam desponsis & desperatis rebus consulatis. Non me fugit certè; quam in multorum ore celebratum sit hodie, contra Turcam pugnandum non esse; cum abundè multi sint nullibi non locorum nobis obuiam ex ea fece & colluuie, quos Christianos Turcas vocant. Ego mihi à nominibus temporo, ne ullius inuidiam mihi paream. Quorum opinionem vt non improbo: ita si ego persuaderem, saltem reliquias provincias tutandas esse; ne in uniuersum nos deuoret Turca: rem feci, opinor, Christianam ac piam. De impetitione quidem, qua ipsi bellum Tyranno indiximus, quam nihil habuerimus prosperum, nostro didicimus malo: quem casum siue fortunæ debeamus, siue Deo; sensimus certè cœlum, terram, mare, & omnes superos nobis iratos. Hoc non successit, quia nostrum erat bellum: quibus pro Imperio bellare fortasse non licet. Igitur tentanda via est: ne ipsi simus auctores belli, & tamen triumphem de tyranno; & bellum ipsum illicitum censeri non possit. Hoc erit, si quod reliquum est Christiani orbis, non signamus conuelli atq; prædari. Nam de amissis iam regnis, vt aliquid recuperemus, nescio an cogitari quidam debeat; tantum abest, vt ipse hoc suadeam: Triumphum referre possumus, etiam si parta iam propugnemus: atq; miror, an non maior laus sit, semel adeptum regnum conseruare, quam restaurare amissum: res egregias aliquoties, vt difficilius, ita pulchrius esse, conseruasse, quam condidisse. Sunt autem

tem hæc , quæ ad repugnandum vos animare debent : in pri-
mis religio : deinde seruitus, malorum omnium extremum :
postremò patriæ amor. Quod enim apud vos summum ac
maximum est ; hic potissimum in discrimen venit : nempe
religio & pietas : deniq; quicquid vsquam est mysteriorum,
in procinctu est, ut profanetur. Neq; est, quod sinatis hic
imponi vobis : quasi potentatum querat solùm : non sacra
nostra vt condemnet. Potentiam querit, vt potentiam
Euangelij extinguat : promittit, vt fallat : fallit, vt occidat.
Scitis enim , quām nulos permittit apud suos coire cœtus ,
& populi conciones, ad conferendum de fide & Christianis-
mo. Nouit, quod non sit alia via , qua possit eliminare
Christianam fidem : quām si extinxerit verbum : quo autem
alio Christiani sumus, quām per fidem & verbum ? si hoc tol-
las , quid aliud tandem Christiani sumus , quām Turcæ ? Et
tamen hic quidam obganiunt, liberam esse sub Turca fi-
dem : nihil expidentes, quid posteris seculis futurum sit de
Christianâ fide. Si igitur verè Christiani es sis, quid ipsa
religio hic poscat, videte. Poscit autem charitatem , quæ
religionis nostræ vnicus est scopus. Ut enim omnia verta-
mus sacrorum volumina ; nihil inuenimus nobis commen-
datum magis, quām charitatem : vt hanc etiam multis sacri-
ficijs prætulerit Christus. Hæc autem cùm etiam inimicis
impertienda est ; tum maximè est exhibenda fratribus ad-
flictis. Apostoli quandam, vbi fames ingruisset in Iudæa ,
tempore Claudijs contributa pecunia fratribus miserunt ,
ne inedia consumerentur. Et Apostolus Paulus non tam a-
iliarum rerum rationem habet, quām afflictorum & paupe-
rum ; sic prædicat Christum, vt interim semper inculcat pe-
nuriam viduarum, egenorum & proscriptorum : atq; quanta
hoc diligentia faciat, testantur ambæ ad Corinthios Epis-
tolæ. Huius itaq; tam laudati officij conuenit vos memi-
nisse. Sed fortasse hic occlamabit aliquis ; iamdudum sub-
iisse hoc onus Rhodienses ; indeq; tantis ab Pontificibus
& Imperatoribus præmijs dotatos esse oppugnat. Id est ,
quod dicimus : ne inuidos semper luctatores nunc veluti ex

106 ORATIONVM TURCICARVM
sublinii despicientes sinamus obtruncari. Scitis quam minaces, quamq[ue] pugnaces gesserint hactenus erga Turcas se annis ducentis: ut nulli Principi tam facile fuerit tutari suum regnum: quam Rhodie a se totius Asiae resistere tyranno. Sed non omnes Iouis taxilli feliciter semper cadunt: & secundum Poëtam ἀλλοτε μηδέψῃ τὸν πόλεμον, ἀλλοτε μήτηρ. Notam vobis esse obsidionem puto: quanto furore, quanto impetu, quantis machinis, quanta crudelitate, quot hominum non copijs instrutis, sed innumeris globis obturbant bonos viros, exercitu hominum centum & quinquaginta millium, nauibus trecentis & quinquaginta. Nihil hic fitum referimus: haec perscripta ex Insula ad nos sunt; iam vero occalluit in sententia; ut aut ipse pereat; aut certe insulam ipsi dedant. Sed quam turpe est dedere Christianam insulam, tam impio & Antichristiano hosti? quam non etiam nobis consultum? Quod si recte expenditis; vicissimi cogitate, quam frugis sit, quam Christiana, tam emeritis Heroibus subuenire? si turpe est dedere se; quam non multo turpisimum nobis, non instructis nauibus suppetias coactatis ferre, ne coacte dedant? Tandem in vos reijceremus hanc noxam: semel lupus hians cæsus est: semel prostratus & depulsus est: occisi illius centum millia; & plures ex nostris etiam, sed pauciores. An non est hoc egregium facinus? Quis hic non agnoscat CHRISTVM nobis adesse? Quis non decernat repugnandum esse; quando tam felicibus aubus (quod dicunt) videt succedere bellum? Sed rediit crudelis: resumpit vires; Christianum sanguinem sibiens spongia, & Lernæa pestis: exercitum alterum farciuit ex omnifaria ultimæ plebis fece; ex ferocissimis & desperatissimis hominibus. Sed tamen in hanc diem nihil effeci; perstiterunt, perruperunt, triumpharunt homines egregie cordati; Χεροὶ καὶ ποιὶ πιπουαὶ χρύστες. Illis igitur non est subueniendum? sanè si nulla sit charitas; si nullus sit etiam Christus; tamen præmium debetur virtuti. In harena aut pancratio pro viribus certantes, athlone donamus & epinicijs: si quis pro patria pugnauerit, in cœlum efferi-

efferimus: cur igitur hos solos negligemus, qui totum pro-
 pugnant orbem? Ridebitis fortasse, quod dico Christianum
 orbem: sed Rhodos hodie propugnaculum est orbis:
 Alioqui quid tam anxi tamque solicite iachinaretur tyran-
 nus astutus; si nihil subderet hic commodi? Vider, si Rhodum
 habeat, totius maris se esse dominum: videt neminem
 esse posthac, qui Turcicis piratis obfistat; videt non cirra
 periculum oram soluere se; quandiu Rhodianum sinum non
 habet. Dicam & aliud, vnam atque solam Rhodum speculam
 esse; et qua Asia recuperare poterimus; ex qua animaduer-
 ti in piratas porest: atque in eos, qui tyranno machinas, bom-
 bardas, metallam, atque reliqua id genus adportant. Quod
 magis ac magis manibus & pedibus est obnitendum nobis;
 ne hoc praesidium amittamus: ne nostris armis nos oppu-
 gnat posthac inimici. Reliquum est, ut de seruitute etiam
 dicam: Non minori malo didicistis fortasse, quam ne-
 fandum malum sit seruitus: quam incomparabile preium
 libertas. Agite, quid cogitari funestius potest, quam al-
 teri addici; qui & vita & necis in nos habet potestatem;
 & si quid acquiramus, tyranno acquiramus? contra, quam
 res est laetissima libertas? vbi nemo est, quem vereamur:
 vbi nullum dominum agnoscimus praeter C H R I S T U M?
 Quam res etiam Christiana? Nam solos Christianos vere
 libertas decet. In libertatem vocatus est, quisquis Christi
 inuocat nomen: unde etiam Apostolus praecepit; ut si possi-
 mus liberi fieri, magis sic hoc nobis cura. Sub hac etiam val-
 de sordida est vernarum conditio: nullis apta virtutibus;
 inimica religioni. Nam quorsum alias spectarent stigmatia,
 notae Thraciae, furcae, & canteria, seruorum spurcissimae no-
 menclaturae? Quis tam desperati, tam hebetis & plumbei vel-
 lit esse ingenij: ut non libertatem malit, quam seruitur? Quin
 & exemplo adsera quod dico. Catonem seniorem legimus, cu
 domi secum aleret Chilonem Grammaticum; hominem docum
 iuxta ac probum; indignum hunc censuisse, qui filium sibi
 institueret. Adeo etiam bonorum seruitus nescio quam macu-
 lam inurebat libertati. Vi clivius quidam Pollio etiam suas

murenas seruorum sanguine saginabat. Si nunc serui esse
 cupimus, habemus nostras delicias: si piget nos tandem li-
 bertatis, habemus quo leuare nauseam hanc poterimus. Fit
 enim interdum, ut dum secunda suot nobis omnia, non a-
 gnoscamus: & cum plus licet, quam par est; plus volumus,
 quam licet: raro sumus nostra fortuna contenti. Cesso vo-
 bis narrare pericula seruitutis. Nam possessiones vestre in
 primis tributariæ fient: quas semper deglubet tyrannus:
 uxores vestre violabuntur; virgines vestras alieni rapient: a-
 dolescentes deputabuntur ad metalla, ad naues, ad bella, ad
 insulas, ad salinas, ad sulphurarios: & qui ex illis ingeniosiores
 sunt, Mahometæis sacris initiabuntur; reliquum vulgus ex-
 terminabitur, exhibabitur, occidetur. Sed & quid vobis Prin-
 cipibus immineat animaduertite: Imminent autem grauia,
 & horrenda. Nam audiuiimus in nullos furiosius hunc græ-
 fari, quam in Principes, in Episcopos, Duces, & Magistros.
 Quo mortibus putatis animaduertet in vos? quod non in
 vobis tentabit supplicium? Hæc quidem cum à me dicun-
 tur, neminem mouent: fortassis erunt etiam ex vobis, qui
 ridebunt: Sed vtinam hic fabulam agam; atq; hæc non ali-
 quando experiamur. Videntur enim mihi extrema illa tem-
 pora adesse, quæ prædictit Christus; quibus insurget gens
 contra gentem, & regnum aduersus regnum: & erunt in ter-
 ris regna gentium. Est fortasse non tam vilis seruitutis no-
 men: non enim è fortuira sunt estimandi homines, sed mor-
 ribus. Sic dicunt illi qui nunc Euangeliū mordicus com-
 pleantur: verū usq; ad aram. Nec nos hic prætereunt
 egregia illa exempla Philosophorum, qui libero animo ser-
 uiérunt; vt doctè disputat Macrobius. Nihil reclamamus:
 possumus & libero animo seruire: sed non est datâ operâ e-
 menda seruitus: si casu obuenerit, ferenda fortiter est: sed
 non accersenda. Ne Christus quidem in hoc voluit, vt no-
 stra sponte periculis nos obijciamus. Proinde longè aliud
 est, nasci seruum, & assiscere seruitutem. Oprarim vtique,
 vt tales aliquando in dilectione inimicorum, in tolerantia
 iniuriarum, in abdicatione temporalium, tam Euangelicos
 ostende-

ostenderent esse se, quām hic immodicē se iactant admodum facile est lingua Euangelicum esse. Venio ad amorem patriæ, de quo postremō me diciturum pollicitus sum. Hunc sanè si attendamus, nulla erit occasio non repugnandi. Nam ut demus nullum nobis imminere discrimen: & ut vestra omnia in vado sint: tamen posteris vestris debetur hæc gratia, & patriæ: ne gratis hanc tributariam faciatis. Quæ enim melior in hominum genere natura est; quām eorum, qui se natos ad iuuandos fratres, tutandos, & conservandos arbitrantur? maximē cum de illis nulla ferēalia sit spes; ut possint extricare se, aut citra periculum elabi: in desperatis autem rebus pro viribus fidendum est fortunæ & Deo. Nunquam enim periculum sine periculo vincitur. Connuenit & illius meminisse Musonij & Catonis: Si cum labore honesti quippiam egeris; labor abit, honestum manet; si cum voluptate turpe feceris quippiam; quod suave est, abit: quod turpe est, manet. Si enim minimē renitamur, in promptu est seruitus: si vicerimus autem, perpetua est gloria: eligite quod vultis: vtrum turpius sit, abnuere bellum; an succumbere in bello pro patria: vbi maxima spes est, quod possitis obtinere pugnando? sanè nihil refert, an cum multis pareatis, vbi prorsus est pereundum: sed moriendum est semel: Quām longè gloriiosius autem est mori in bello, quām videre mala gentis nostræ, & sanctorum? An non magnum videtur vobis, quod in tantum regnum paucis annis excrevimus; ut totum ferē Europam habeamus nonc Christianam? ipsum hoc debemus maioribus nostris Christianis, & Apostolicis viris, qui sanguine suo nos lucifecerunt Christo. Quod igitur ab illis tantis partum est sudoribus, tantis periculis; nos sinemus à nobis diuelli: idq̄ mera socordia, & quia charitas Christi non est in nobis. Pugnamus quidem, sed in nos: confodimus, sed viscera nostra: occidimus, sed fratres. Nos enim omnes fratres sumus. Quæ est hæc insania?

O miseris hominum mentes! ô pectora caca!

Qualibus in tenebris vita, quantisq; periclis

Degit h[oc] cui quodcunq; est?

Quæ vñquam Respublica durauit, quæ tam Vatinianis odijs dissecta est, & intestinis bellis? Quare non magis bellum, atq; laudatum Scorpionis illud imitamur: qui dum vellet consultum fieri populi sui discordijs, contra exteræ nationes: sollicitauit hoc spectaculo: productis in medium duobus canibus; atque illis lacescit & irritatis in se: cùm diu se confecissent; tertium iniecit lupum; quem videntes canes, actutum immemores inimicitia, uno impetu in illum seruntur: atq; hoc exemplo in conterminas nationes populi furorem animauit. Quoniam autem semel cœpimus hanc causam vobiscum agere; pingemus & obiter vobis, quales sint, pro quibus suffragium petimus; ne forte insimæ notæ homines existimetis esse, barbaros ex triujo. De omni ordine nobilium sunt; Comitum, Ducum, Principum filij; & Regum affines; imò Duces & Principes; qui in Rhodum pro fide Christiana se deuouerunt. Cùm autem religionis & ordinis nomina auditis, nihil subeat monachos vel religiosos esse: ordinem habent, sed minimè superstitionis; religiosi sunt, sed non superstiosi: milites & fratres sunt, sed Christiani. Præterea non subeat habitus aliquis portentosus, aut hæresis aliqua ociosorum: nihil tam contemnunt, quam has nugas; nulli rei minus vacant, quam ocio; semper in mari, semper in armis: quod semper digrassatur tyrannus; & nunquam cessatur à bello. Intersigne habent à cæteris Christianis diuersum; sed gloriosum, regium, augustum, diuinum; Crucem C H R I S T I inquam, ut appareat, cuius regis sunt milites. Non igitur seruitatem inculco vobis; non zelum religionis Christianæ: sed hoc quæro, sustinebitis ne collidi, quibus eadem vobiscum est dignitas, eadem sunt cœræ, eadem stemmata, idem militaris ordo. Nisi prorsus ferre fitis, non sustinebitis: non Multominus, ubi rescueritis, quam crudelia & infanda illis tormenta intentabit Tyrannus, si vicerit. Neq; enim vt sordida mancipia perdit, aut vi-lem

Vilem plebeculam : sed ut sanguine & ceris præpollent : ita nullum nō suppliciorum genus experietur. Tantum enim ad spectacula seruantur *σαυροφόγοι*. Veribus iniicit ; quo tormento nihil vñquam immanius excogitauit humana ferocia. Audistis igitur , ô principes & viri Christiani , causam : audistis pressuram & angustiam fratum ; audistis quoq; quid animare vos debeat , quō minus etiam cessestis à pugna , & pro quibus est pugnandum. Nunc obiter respondebo his , qui volunt Turcæ , repugnandum non esse ; aut repugnandum magis humilitate , quam crudelitate : magis Christiana vita , quam armis. Neq; ego quidem hic dissentio : conijcio autem quare hoc dicant. Improbant enim non bellum in Turcam ; sed perfidorum quorundam technas ; qui missis in Turcam imperatoribus , ipsi interea domi principum terras diripuerunt. Improbant quorundam perfidiam , qui pacatum inter Turcam & Principes aliquot dirumperunt : & Imperatores quosdam in Turcæ territorio constitutos , nequiter prodiderunt , vt caperentur. Intelligitis fortasse , quid velim : mihi in animo non est , in præsentia cum quam digladiari , vel alicuius nomen prodere. Improbant & hoc quod toties clamatum est , adesse Turcam ; & tamen in Turcam nihil est actum ; nisi quod corrasa est à nobis pecunia : imò quod Turcam ipsi student crudelitate & impietate vincere. Abusum igitur belli non probant ; bellum vero pro gloria Christi , qui fieri posset , ut nō vehementer probarent ? Quis vir bonus non immerito dissuadeat bellum in Turcas : cùm viderit , non nisi fraude & imposturis nobiscum agi : & nos ipsos deficere in Turcas ? Sed nihil ista vos moueant obserendo : alia nunc tempora sunt : præsertim cùm nulla sia etemus tales nugas : nullam circumseramus crucem : nullacq; apud nos est fallacia quaestus : ut prædata pecunia ipsi postea medium digitum vobis ostendamus. Tempori sunt hæc imputanda ; imò nostræ stultitiae ; qui tam sine mente fuimus , ut nugis hisce daremus fidem. Non debebant , nisi in talem vñsum verti tali mercimonio paratæ diuitiæ . Melior quoque erat Turca : quam ut his thesauris , tam vili quaestu conquisitis , debebat

debebat profligari. Item quod de integritate Tyranni cau-
santur, nihil in sacra nostra hunc acturum esse: sed salua per-
manere omnia, si tributum pendamus: nemo non videt,
quām stultum sit hoc commentum. O egregiam integrita-
tem! O egregiam fidem! O nos dementes, qui sic nos falli-
mus! Fidem vos habebitis perfidissimo tyranno? fidem vos
illi habebitis, qui ne suis etiam vñquam seruauit fidem? qui
nihil agit aliud, quām vt hoc prætextu nostram obscuret fi-
dem? Quām strenuos hodie (Dij boni!) Christianos habe-
mus: qui nunc in Iudea, Palæstina, Arabia, & Constantino-
poli sunt sub Turca? Quare videte, num dubitandum sit, o-
mni studio ad id bellum incumbere: in quo gloria nominis
vestri in perpetuum celebrabitur: & fratribus nostrorum sa-
lus agitur: & Respub. nostra Christiana conseruatur. Alia,
nisi hæc, salutis vía nulla est. Nihil vñtrā possum, quām vt
salutis vestræ admoneam vos & rationem habere: & ne quā
contumeliam Christi patienter feratis. Pro gloria Christi
est hoc bellum; cuius gloriam vos saluam velle, vestri est in-
primis officij. Nihil est quod multitudinem eorum formi-
detis; quæ est quasi arena in littore maris. Mementote, qua-
liter salvi facti sunt, quos Moses de Ægypto eduxit; cùm in-
sequeretur eos Pharaon cum exercitu milco. Et nunc clame-
mus in cœlum: & miserebitur nostri Dominus: & memor
erit testamenti patrum nostrorum: & conteret exercitum
istum ante faciem nostram hodie: & scient omnes gentes,
quia est Deus, qui redimat & liberet nos. Omnis qui habet
zelum Dei, statuens testamentum, procedat. Ne timea-
tis ab ira viri peccatoris: ne timueritis; quia gloria eius ster-
cus & vermis est: accipietis gloriam magnam, & nomen æ-
ternum. Si enim non pugnauerimus; citius disperderent nos
de terra. Confortata est superbia, & castigatio, & tempus
eversionis, & ira indignationis. Accingimini, & estote fi-
lii potentes: quoniam melius est nos mori in bello; quām
videre mala sanctorum. Non nouam rem tentamus: habe-
mus antesignanos belli gloriofos Imperatores Gotfredum,
Conradum, Carolum, Henricum, Fridericum, qui totis vi-
ribus

ribus irruerunt in cruentos sicarios. Habetis & Imperatorum omnium decus, totius orbis hominum ferè, qui eiusdem sententiae videtur esse; adhoc etiam diues & potens est, ut conatus vestros promoueat. Prouehet & Christus, ne sint infelices: si viderit ex animo vos consultum velle illius rebus. Quin & Hadrianum Pontificem, & Anglorum regem, iam naues aliquot instruxisse audiuimus. Erunt fortasse, quæ vos auocabunt; erunt ignaui & delicati milites; erunt priuata bella; & obturbantia negotia. Sed plus his omnibus est Christus; cuius est bellum, & ultio templi sancti sui: si quid ad priuatas res pertinet, ipse disponet. Interim etiam moneo, ut non minus vita pugnemus, quam armis; demusq; Euangeli locum; &, quemadmodum scriptum est in Iesaia, una manu faciamus opus, altera teneamus gladium: aut media pars iuuenum faciat opus; altera sit accincta ad bellum, ad lanceas & scuta tenenda. Domini magni & terribilis mementore; & ipse adsistet vobis: πολεμήσετε, καὶ μάχεσθω: Dominus autem, quod placitum est in oculis suis, hoc faciat.

IOACHIMI CAMERARII PAPÆ BERG. DE BELLO Turcico

Oratio Senatoria,

Ad Principes Christianos RMTM προσωποποιίαν.

EGO, Principes, meo loco sententiam rogatus; ita ut me decere, & quemadmodum rem, de qua est relatum, postulare arbitror: dicam liberè, & quicquid ad Reipub. salutem pertinere duxero, in nullius gratiam reticebo; neq; quod contrarium esse possit, cuiusquam odio adductus inculcabo.

Idemq; & ante me alios facere intellexi, & reliquos omnes
 facturos esse scio. Cùm autem curam diligentiamq; ac fidem
 Reip. dicendo præstitero; eidem vobisq; omnibus, re etiam
 deinde atq; factis, quicquid fuerit à vobis decretum, me fa-
 tis facturum esse confido. Sed cùm multa sint, quæ in hac de-
 liberatione proponuntur; omnium mihi primum hoc agen-
 dum videtur; ut non modò voluntates, sed etiam studia vn-
 uerorum coniungantur atq; consentiant in decernendo ne-
 cessario bello; quod aduersus capitales hostes & coniuratos
 ac deuotos, in imperij nostri occupationem, in vitæ extin-
 tionem, in religionis exterminationem, confessim suscipia-
 tur atque geratur. Quo enim in loco res sit, videmus.
 Non iam, principes, scriptores & historicos illa, quæ singi-
 aliquis posset dicere, differentes: non declamitantes homi-
 nes eruditos & doctos, ingenij, ut fortassis aliqui crede-
 rent, ostentandi gratia; deniq; non ex vero dolore quæren-
 tes suas clades, nominis quidem illos Christiani, sed exte-
 ros tamen & longinquos homines, Pæonias, Dalmatas,
 Rhodios, audiuiimus: quæ quamuis horribilia essent, &
 dicerentur miserabiliter; tamen & nunc, sicuti antea semi-
 per, animis fortè securis acciperemus: neq; tam nostri me-
 tu, quām aliorum misericordia percelleremur: & quam-
 quam esse magna iudicaremus; tamen quia in diem essent,
 & quia spei liberationique prolixæ relinquetur locus;
 ociōsè & placidè in illorum tractatione versaremur. Nunc
 verò præsentibus non tam periculis, quām malis atq; mise-
 rijs, & irreparabilibus damnis, nihil est profecto minus com-
 mittendum; quām si in statuendo & decernendo hoc tem-
 pore moram nectere; vel non celeritatem potius in consu-
 lendo adhibere velimus. Eò enim est deuentum, ut non in
 quod alij discrimin vocentur; sed in quo nos versemur;
 non de peregrinis cladibus, sed domesticis verba facienda;
 ut auxilium non quasi ad viciniæ proximæ, sed propriæ
 domus incendium aduocandum sit. Nam qui sunt, per Deum
 immortalem, qui iam opem implorant nostram? qui ad nos
 configuiunt? qui se nuic ante nostros pedes tacitis animis
 abisciunt? non afflita iam pridem, verūm ipsa sibi, ut fere-
 batu,

batur, inimica, Dalmatica natio : non Pœonum gens misera & deserta ; fidei tamen, ut rumores fuere, suspectæ : non Rhodij, opposita illa quidem validissima quondam manus contra impetum crudelissimi hostis ; sed quemadmodum aiebant, Insulani & piratici homines. Qui sunt igitur, à quibus hoc tempore salus ac conuersatio expetitur ; qui flentes & lacrimantes obtestantur ; ne se prædæ & direptioni esse patiamur ijs hostibus ; à quibus qui cæsi iugulatiq; sint, magno astri beneficio esse videantur ? qui orant ; qui nobis supplicant ; ut non à fortunis, sed ceteris suis auertamus furorem (ut tandem horribile nomen proferam) Turcicum, & rabiem immanissimæ & ferissimæ barbaria ? Nostrí sunt, Principes, subditi, nostri ciues, noster populus. Iam non de illis, nescio ubi sitis, in Thracia alicubi vicinia, & castellis & vrbibus expugnationis nuncij afferuntur ; non abducta ex Dacia alicunde, aut Pœonia multa millia hominū narrantur : sed Buda est amissa : Iazyges vt cunq; se defendendo sustentant ; Vienna iterum obsessa, nunctertiò, non virtute sed fortuna protecta fuit. Victor enim illo Budensi successu satiatus ; vel, ut aiunt, repressus corripiente lue quādam exercitum ; vltierius pergere iam noluit. Ergo nisi Deus prohibeat, & non succurramus ; iam ardebit bello : iam cædibus rapinisq; inundabit ; iam ferro igne q; vastabitur (ô calamitatē obominandā !) Germania nostra, Principes. Flammæ enim huius quidā veluti æstus nūc adeò afflat supra florentissimā olim Austria, & Bauariā, infra Morauos & Silesios opulētas nationes : sumus autē profecto vniuersæ Germaniæ est molestus. Diu est, nimis est diu cessatum. Verūm ut parsimonia in fundo vasis adhibetur serius, quam oportuit ; ita neutrum quidē id quod reliquum est negligi, aut etiam profundirectū fuerit. Multis annis ille nostra ignauia & desidia potentia ac robur consecutus, se ad Germanica bella instruxit ; tū propi⁹ atq; proprius grassando accessit. Sed quos uā terruit, vel saltē mouit ? Tempestatem aduentantem & appropinquatēs procellas senserūt omnes ; sed hoc modo fecerē, quicq;

vt votis à se depellerent; alijs quid accideret, non magno-
 pere curarent. Quin etiam quorundam confidentissimi
 sermones audiabantur; qui longè abesse dicerent, etiamsi
 quod esset periculum Turcici belli. Quād longè igitur
 abfuerit, & sentiunt plurimi; omnes (nisi nunc etiam ocu-
 los aperire noluerint) vident. Quid enim vetera comme-
 moremus? quid de Græcia, Byzantio, Chalcedone, Trape-
 zunte queramur? cùm post fortissimi & præstantissimi regis
 Matthiæ mortem, Alba propugnaculum ab hac parte Chri-
 stianitatis amissa; cùm Dalmatia direpta sit; cùm in media
 nuper Pannonia infelicitis & omnium penè ope dëstituti re-
 gis exercitum victor Turca conciderit. Hæc cùm fieri ocu-
 lis, vt dicitur, suis omnes cernerent: quis animaduertere
 tamen voluit Germaniam peti? Obsedit postea; atq; omni-
 bus viribus, omnibusq; machinis oppugnat antiquissi-
 mam vrbem Austriae Viennam: omnia tunc vicina loca fœ-
 diissimè populatus; cùm incendijs & iugulationibus miseræ
 in primis & imbellis æratis, sexus, conditionis deseuisset;
 recepit se ociosè præda onustus in Thraciam suam. Fuit
 metus tandem incusus finitimus; qui serpendo ad remotio-
 res quoq; aliquis peruenit: Trepidare omnes; sed recenti
 modò clade, postea ad ingenium redire: & contentum hoc
 successu illum futurum credere. Homines imperiti & in-
 cogitantes! qui neq; noscent pertinaciam hostis istius: neq;
 quas res instando perfecisset, recordarentur. Fiebat paulò
 longius, & securitas crescebat: neq; illas viciniæ captæ &
 præsidijs firmatæ quasi machinas, ulli fermè contra se, quia
 nondum sua mœnia terirent, erigi putabant: Quasi non ea
 quibus ipsi mox caperentur; tum adeo ille præpararet; qua-
 siq; non impeteret etiam longius absens; cùm iacula & sa-
 gittas ad ipsorum stragem compararet. Hoc igitur accidit,
 dum ij quos maximè oportebat occurrere huic tanto malo,
 oblii virtutis maiorum, neq; præsentium neq; posteritatis
 famam reformidantes, cunctantur; & subuenire cessant la-
 borantibus; & auxilium opemq; Christianitatis imploran-
 tibus recusant afferre: dum ipsi inter se intestinis odijs clan-
 culum;

culum; & verò his erumpentibus aperto Marte conflictantur atq; dimicant. Accidit igitur, vt quæ multò satius fuerat auditu cognoscere, ea oculis aspicere, & coram intueri cogerentur; vtq; opitulares requirerent, qui alijs ipsi paulò autè succurrere potuissent. Ego quidem, cùm Turcici latrocinij incrementa & progreßiones considero; nihil quidem istam nationem mercenariam, & quæ olim inter auxilia aliquid tantummodo momenti habere, per se esse invalida putaretur; sagittatores, nudos, fugaces, vsq; adeo auxisse reperio; nihil illis viam ad tantam potentiam, quantum ne ipsi quidem sperare vñquam ausi fuerunt, video aperuisse; quam aliorum contemptum, despectionem, negligentiā, &, (dicendum est enim) ignauiam. Sic Asia primum vicinala loca grassando inuaserunt; populando vastarunt; capiendo occuparunt. Sic ad Bithyniam, Pontum, Thraciam peruererunt; Sic Ægyptum & Syriam arripuerunt. Sed nescio quo pacto hæc illorum in aliena recordia & leuitate felicitas sanè fortuita, neq; attentionis, neq; industriæ (dicerem neq; virtutis, nisi tantam hæc in barbariæ nulla cadere videretur). expers vñquam fuit. Fortis si verum non est, quod quidam scripsit: Fortunam virtutis esse comitem, Hæc enim ipsa sapissime illius quasi vento destituta, aberrat, iactatur, affligitur. Sed ita tamen sit, vt ad felicitatem virtutis etiam confilia atq; actiones elicere atq; producere fortuna soleat. Hæc quondam ad Gallorum primum rabie in irritandam: deinde confirmandum animum, & legati illis & ducis temeritatem obiecit: hæc ad alendum Hanibalem Terentij inconsultam audaciam incitauit: ad Parthorum famam & successus Crassi cupiditatem ac credulitatem impulit: hæc eadem virtuti Camilli, Marcelli, Scipionis, aliorum, hostes pop. Römani, frēgit, debilitauit, contudit. Libenter abstineo à nostris & domesticis exemplis, quæ minimè desunt. Itaq; non quidem fortitatem ego virtutem esse dixero; sed huius tamen quasi cursum in campo quodam fortunæ prosperum esse & directum: qui si non pateat; virtutis copiæ veluti in angustum coactæ atq; impe-

ditæ sœpe circumueniantur. Fateor igitur barbaricam illam nationem fortunæ beneficio prouectam; per aliorum neglectum eosq; virium ac röboris processisse; vt iā non vulgarium copiarum, neq; tumultuarie manus retundendi impetum illorum opus esse videatur; sed, si omnium concurrat, atq; coniungatur potentia, Dei tamen propitijs auxilium præsens atq; manifestum ad victoriæ requiratur. Verū illam tamen profecto furiosam gentem, neq; labore vñquam refugisse, neq; detrectasse imperium, neq; molestiā belli recusasse scimus: In castris & expeditionib. duratos; præda & rapinis prolectos; patientia firmatos; qui neq; quod in præsentia suaue videretur sequendum; neq; corporis voluptatū illecebris seruiendum; neq; suo arbitrio sibi viuendum, neq; ante exitum vlos conatus renittendos vñquam putauerūt. Ergo de illis tam paruis & humilibus principijs exorti; non quantam molem regnotum populorumq; oppositam habent: non quæ esset magnitudo rerum totius Asiae atq; Europæ, considerarunt: non se solos esse, neq; armis neq; apparatu belli satis instructos; sed hoc modò illis in mente fuit; hoc vnum cogitarunt atq; spectarunt; omnium regnotū, omnium ciuitatum, omnium gentium, quasi palmam in medio esse positam: & hoc deberi præmium, laborem perferre & molestias sustinere non recusantibus; esseq; ira natura ipsa comparatum; quemadmodum vacua loca à præsentibus posside ri soleant: sic ditioni vt subijciantur eorum, qui labores & pericula non detrectent, ea quæ alij non defendendo plane deseruerint. Ita igitur & corporibus duris atq; validis, & animis promptis ac cupidis, primum quasi pedentim proces sere; mox cùm successu superbia & alacritate crescente, ed, quod scimus & dolemus, peruenire. Atq; illud accidisse videri possit, quod de Libero accepimus, siue verè siue fictè proditū: Quid enim id refert ad hoc quidē, quod agitur? Feront enim hunc, cùm Indiā inuadere cōpissent, vñsq; adeò ab incolis despectū fuisse, vt etiā derideretur: quosdam autē misertum fuisse illius: quippe quē in congresso certaminis mox ab Ele phantis concutatū iri cū omni exercitu persuasum haberet.

Audi-

Audiuerant enim exploratores nunciantes tales quasdā copias ducere Liberum; in quib. manipuli & centuriæ constarent ex mulierculis vœsanis & mente captis; redimitis hedera; peilibus binnuleorum amictis; vibrantib. iacula parua nullo ferro præfixa; implicata & hæc hedera, cū levib. quibusdā scutulis, quæ contactu acrem soniū ederē (nā tympana pro clypeis duxerant) inter has versari adolescentes paucos, nudos, ad restim saltitantes, caudatos, cornutos; quomodo tenerī hirculi solerēt esse. Ipsum ductorē exercitus residere in curru, qui à Pardis traheretur, imberbem; nulla prorsus lanugine in genis apparente, cornigerū, coronatū racemis, mitra crinibus reuinctis, purpuratū, cum aureis soleis. Apud eum esse Legatos duos; unum senem, curtum, obesulum, ventriosum, simo naso, cum auribus longis & proceris, tremulum, ferula nitentem, asino tameū plerumq; insidentem, cum crocoto; Hunc ordines simul instruere & multitidini esse acceptum: Alterum portento sum hominem; infrā similem hirco, cruribus hirsutis, cornutum, barbatum, iracundum, indignandum, lœua fistulā, dextra virgā eretā gestantē, & circū totum exercitū saliente. Obsecro vos per Deum immortalē; repetite animis quæ & audiuitis à patrib. & legistis à diuersis conscripta de Turcicis reb. cui omniū formidini, vel cui non potius despectui fuit illa Othomanica expeditio, cum carrucis, cū pecore & armentis, cū vxoribus & liberis? Quis Camelos baiulas extimescendas, & illū aliquem proclinatum in his agitatorē metuendū existimauit? Istæ etiā cū talaribus tunicis & tiaris legiones, cui horrorē incussere potiūs, quam risum cōmouerunt? Sed crebræ victoriz, & cū magnæ ac munitæ vrbes partim vi, partim obsidione captæ: tu etiā ex suis sedibus ciues in seruitutem lachrymabilē abstracti; documēto certè vel nunc, quamuis sero, esse debent; hostē nullū cōtemni oportere: nosq; excitare atq; cōmouere; exemplo aliorum ut reddamur cautores, & attentiores. An aliter fieri nequit, quā vt malo accepto tandem sapiamus. Miserū profecto hoc & calamitosū, attamen optabile. Iam enim iam certè sapientum nobis, iam vigilandum, iam aliquid agendum facit.

Nonne

Nonne enim malum imminet, adeſt, vrget, impetit? Quid ergo fiet? videntes & scientes peribimus? Vbi est, non di-
co virtus gentis, vbi recordatio rerum p̄eclarè à maiori-
bus nostris gestarum? remitteremus nobis dignissimam cu-
ram tuendæ gloriae maiorum; qui mare transferunt, & ter-
ratum longissima spacia confecerunt; vt ad Christianitatis
hostes penetrare possent? an his etiam irruentibus nos ce-
demus? an non saltem quasi p̄e foribus patriæ in speciem
cum his manus conserere? non ostendere nostra arma au-
debitus? Sit hæc etiam infamia, hoc dedecus, hæc contu-
melia exorbenda; quod tale tamen est, bonis & fortibus vt
viris nihil intolerabilius afferri posse videatur. Vitamne &
caput nostrum, an coniugij castissimum amorem, an libe-
rūm suauissimam caritatem poterimus prodere, defertione
& fuga nostra? Quæ enim salutis & incolumentis spes, nisi
in armis, reperiatur? Quò aut ad quos receptus erit, si ma-
xime euadere liceat? Sed quis impetum plusquam rapidum,
tanquam grandinis atq; fluuij exundantis, istorum vñquam
euasit? Aspiciamus igitur ante oculos interfici spem generis
noſtri; raptari vxores & filias; alia fieri, quæ fieri solere sci-
mus: ego tamen propter cùm horribilitatem, tum foedita-
tem ita expauesco & abominor, vt commemorare neque-
am. Tum moriamur, & iugula, vel corpus potius temerè
contrucidandum p̄ebeamus ferroſæuissimis hostis. Verùm
(ò calamitatem extremam!) mori liceat modò; conceda-
tur nobis interitum nostrorum vt nostro accumulemus: non
est hoc vltimum, non est granissimum. Ait illa in Tragœdia
muliercula, non esse miserum mori; sed hoc esse miserum,
non posse mori, cùm cupias. In potestatem venire hostis;
ludibrio esse barbaræ crudelitati; ea tolerare atq; perficere,
quæ victoris immanitas & libido statuerit; hæc morte mul-
tiplici sunt peiora: ab his si viadicari amissione huius per-
se dulcissimæ lucis possimus; quantum beneficium acce-
pisse videri debeamus? Sed hæc quamuis sint deterrima, non
dum tamen maxima sunt. Qæ igitur alia sunt maiora? Au-
dire maledicas & contumeliosas voces aduersus diuinam &
cœlestem

cœlestem religionem nostram: videre nefarios ausus in hac
euertenda & demolienda: cernere nominis ac numinis, fi-
deicūtūz, ô Christe, profanationem, contemtum, viola-
tionem. Iam à nobis (ô Christe auerrito tu tantam pe-
stem) iam hinc miles suppeditabitur contra gentem tuam:
nostra pubes capta & abducta hostiles cohortes augebit: ac
longius fiet, vxores nostræ ac filiæ à barbaris compressæ, pa-
triæ hostes procreabunt; & de Christiano sanguine edetur
is, qui sanguinem Christianum profundat. Video vos to-
to pectore cohorruisse; video vultu extimuisse. Et meus
profectus dicit hoc loco animus; & relinquit mentem co-
gitatio, in hac non modo tantarum calamitatum miserabi-
li imagine, sed nefariorum scelerum execranda mentione.
Quicquid autem nostris subditis accidere potest, hoc certè
nobis ipsis impendere existimandum est. Moueamur igitur
moueamur, Principes, ad resistendum, diuini numinis ve-
neratione, cultu, sanctitate; communis religionis coniunc-
tione; Christiani nominis societate; deniq; indignitate fla-
gitorum ac scelerum; quæ in cœlum terramq; in Deum ac
homines, in corpora sobolemq; nostram parari, intendi,
concitari, oculis penè conspicimus. Totas ciuitates &
vrbes, cùm omnibus se viribus frustra defendissent, ne in ma-
nus hostium venirent, sæpe deletas sua sponte fuisse accepi-
mus: quasdam, cùm ab ipsis hostibus succurreretur, in vlti-
mo discrimine auxilium etiam repulisse; & nos ociosi ad-
uentum arq; imperium expectabimus talium hostium, in qui-
bus verba magnitudinem hostilitatis nulla assequuntur?
Cumq; iam aderunt, quasi constrictos nos ignavia propria
trademus; viuere modò ut liceat obsecrantes? quemadmodum o-
dum aliquis in Tragœdia Phryx, qui censcat etiam in seruitute
vbi cuncti locorum & gentium iucundum esse aspectum
huius lucis; & optabilius viuere, quam mori. Etsi autem,
cùm de hoc exitiabili bello verba ad hunc modum vel antè
facta sunt, vel modò fient, existimo neminem neq; fuisse neq;
futurum; qui non arbitratus sit, res proponi magnas, & ma-
gnopere considerandas; facereq; eos rectè qui barbaros ac-
cusent,

cūsent, & Christianitatem ad illos reprimendum exhorten-
 tur: hoc sine tamen hactenus tota fere res constitit, & in
 deliberatione aliqua semper consedit: neque quicquam est
 est suscepit, inchoatum, actum omnium (vt plane di-
 cam) quæ periculum præsens desideraret, & magnitudo ne-
 gotij postularet. Vniuersi semper sese intelligere confessi
 sunt, in quo discrimine Christianitas versaretur: non
 occultis insidijs hanc impeti: sed belli aperto Marte la-
 cerari: dictum est vehementer interdum, hoc diutius per-
 petiendum non esse: fiat oratio s̄pē multorum grauis &
 plena iustissimæ iræ. Sed ijs profe&ò, qui manu & armis
 inuadunt aliena, reipsa atq; contraria vi, non verbis sunt
 cohercendi. Quis autem hæc usurpare voluit? Itaque istæ
 querelæ de rapinis, de sauitia, de immanitate barbarorum,
 etiam cohortationes ad propugnationem nostrorum, au-
 ditæ semper fuere æquissimis animis: cùm omnes fateren-
 tur & indigna, neque ferenda illa esse: Optima fuit exi-
 stimatio de ijs, qui hæc publicè proponere non vereren-
 tur: cùm & verè accusari crudelitatem hostium, & meritò
 eorum, qui subacti essent vices, miserari viderentur. At-
 que hoc quidem ipso omnes contentus ac concilia Chri-
 stianitatis semper præclarè instructa fuere: vt de bello Tur-
 cico & dicerentur, & audirentur conuenientia, debita, iu-
 staque omnia. Ut obuiam autem iretur furori illorum; ut
 impetus frangetur; ut exultatio retunderetur; denique
 ut à ceruicibus nostris acies ferri Turcici auerteretur; ne-
 mo egit, nemo curauit: In hoc neglegcio & socordia semper
 fuit maxima. Necessariò igitur & hoc fecutum fuit: vt ijs
 rebus virisque superiores essent; quibus maximè studerent
 atque occuparentur: nos dicendo & disputando, etiam
 criminando: illi vincendo, grassando, potiendo locorum
 atq; hominum. Proinde si quid rectè atque ordine dici
 contra Barbaros possit: queritur, si deplorare nostram mi-
 seriam satis est; si execrari illorum ausus & facinora debe-
 mus, si etiam orare Deum atq; homines, ut nobis succur-
 tur; non video rem difficultem aut laboriosam proponi. Mul-
 tos re-

tos reperietis, qui facere hoc luculentē possint: & scripta
complurium in hoc genere iam sunt edita: in quibus ita mi-
serabiles sunt querimoniaz; vt solum illis, quod aiunt, mol-
liri posse videatur: ex detestationes impietatis & rabiei bar-
barorum; vt odiosius fieri nihil queat. Quin etiam obtestationes
grauiissimæ extant, & supplices preces & obsecrations
ad Deum, ad Pontifices, ad Reges non modò vt eripiamur
periculo; sed vt damna & iniurias acceptas vlcisci illi
velint. Verum hoc si proponitur; vt quod dicitum, consul-
tum, subiectum sit, etiam fiat; vt priora peccata corrigantur;
vt hic saltem finis calamitatibus constituantur; ne progredi-
endo in nos tanta vis Barbarici furoris irruat; vt sustineri
nullo pactio possit; alia profectio ratio ineunda est; aliud iter
ingrediendum deliberationum & consultandi; neq; magis
remissis animis accipienda ea quæ in medium afferentur: &
optima atq; saecularia gratis ac iucundis anteponenda sunt.
Quid fiat, omnes videmus; & quæ distractio sit Reipublicæ
fugit neminem. Pecuniaæ à ciuib; quoties collatae fuere?
quid de ijs auctum sit, frustra nunc quæreretur. Sunt & co-
piæ aliquoties confectæ: quas vel celeriter dissolutas rur-
sum, vel miserè afflictas, vel etiam concisas penitus con-
stat. Inter ea quæ direptiones, quæ dissidia, quæ impu-
gnationes intestinae fuere? Omnes, quæcunque in alijs pos-
sint, ea reprehendere, vituperare, excogitare; nemo fide-
re alteri: non studere atque anniti, ipse vt culpa careret;
sed alteri vt culpæ opinionem impingeret. Quam implacabi-
les iræ; quam dubiae coniunctiones; quam insidiosa consilia;
quanta cupiditas vindictæ; quanta acerbitas odiorum
vbicq; obseruata fuit? Huc accedit communis seculi corru-
ptio; omni disciplina extineta: moribus ita depravatis; vt
vitiosissima non magis probro, quædam etiam laudi du-
cantur. Luxus autem ignotus quondam nostris hominibus,
ratus occupauit etiam infimos: vt neq; celo neq; solo in-
festo, magna tamen rerum necessiarium penuria passim la-
boretur; & omnium pæcia à non longissimis temperibus

duplicata & triplicata deprehendantur. Ex hac vita disso-
luta & perdita, imperiorum detractionem & licentia cu-
iusdam intolerabilis usurpationem existere necesse est: quæ
ad exercitum alendum, ad castra munienda, ad prælia com-
mittenda, nequaquam conducunt. Quare adhibita in
his severitate opus est futurum. Neq; me fugit, in hac li-
bertate offensionem offensione non carere: Sed non quid
libenter qui sc̄p auditurus esset: sed quid ut iliter diceretur,
fuit considerandum. Liceat mihi apud vos in tanto discri-
mine vobis lubentibus eloquì sine hæsitatione; quod per
iocum morionibus & parasitis conceditur. Non enim neq;
hostium maximi successus, neq; nostra vix propter magni-
tudinem estimanda damna; non res, non tempus, non sta-
tus Republicæ admittit ullam dissimulationem. Quām
ridiculè autem omnia huc vsc̄p administrata sint; non solū
nostrūm fugit neminem, sed omnes etiam planè & grē feri-
mus atq; indignamur. Et, verum si faterivolumus, nos ipsi
tamen hoc nomine accusandi sumus. Hostes quidem no-
stros satis apparet, nihil optare, neq; velle aliud; quām quod
à nobis fieri cernunt & experiuntur. Omnes negliguntur
occasiones; magnæ impensæ frustra fiunt; serò delibera-
tiones, seriùs expeditiones suscipiuntur: Hoc quæri vide-
tur, quæ copulæ quasi obijciantur ad concidendum & ma-
ctandum hosti: Interea tempus, in quo sunt omnia, elabi-
tur; opportunitatemq; omnem secum aufert; pecuniae di-
lapidantur; sensim vires Germaniæ comminuuntur: tūm
re male gesta commouentur animi; aliorum ad metum; a-
liorum ad indignationem: hinc accusationes, hinc crimi-
nationes mutuæ nascuntur: Horum malorum omnium vna
prima causa videtur esse; quod nihil initio rectè atq; ordine
in hoc bello nostris vñquam temporibus institutum atq; ad-
ornatum fuit; sed vt quicq; incidit, id arreptum subito; et
iam repentinus quosdam conatus secutos vidimus. Postea
re minus succedente, aut etiam infelicius gesta, quid factum
semper haec tenus fuit? Affliti, vt percusæ bestiæ timidio-
res cum clamore latebras querunt, & ibi incubant, sic ferè
domum

domum rediere; relictis quidem iacentibus & fusis, ipsi se abdidere in quietem, & missitarunt. Rursum exorto tumultu trepidatum fuit: aliquis apparatus, aliqua expeditio facta; diceret aliquis atq[ue] moneret: occurrentum esse furori Turcico, re integra, & nulla strage nunciata; nemo audiret; omnes exploderent. Deinde allatis lriteris & nuncijs acceptæ cladis expugnati oppidi aut castelli; casis, fusis, fugatis exercitus: tūm conueniri, tūm deliberatio de bello Turcico proponi tūm etiam copiolæ aliquæ colligi, & auxilium conuocari. Quid mirum igitur illos semper vincere, nos affligi? cūm soleant ante quam rem gerere aggrediantur; nos rebus peractis consultare: in quibus quanta perueritas sit, quis non perspicit? aut quis opem de hūi usmodi in structiōne sperare rebus communib[us] possit? Nam hunc quidem lūsum aliquis belli esse rectè dixerit; cum per hunc tamen lūsum penè nostris iugulis acies ferri hostilis iam intenteretur. Quod si ita deinceps quoq[ue] fiat, quis prosperum existum, quis secundam fortunam, quis euentum felicem rebus nostris promittere ausit? Nemo, vt opinor, claudum in cursu certamine, nemo mancum cestibus, nemo cœcum sagittis palmam obtainere posse sperauit; nos autem victoriam pollicebimur nobis in hac administratione? cūm de bello co filium nullum capiatut; nulla sit in deliberando cura; nulla in sententijs autoritas. In exequendo autem, si qua aliquando decreta fuerit, tantum frigus s[ecundu]m cordia; vt iam aliquoties sine robore militum, sine armis, commeatu, duceb[us] qualib[us] cunq[ue], res tentata; infelices nimirum exitus habuerit. Neminem vitupero; neminem sceleris; neminem ignaniz; neminem erroris insimulo. Quantum autem in ducibus, ad fortunam omnem belli, momenti sit; omnes scio intelligere. Ille autem perspicue iudicauit, qui dixit, sibi magis formidandum exercitum videri ceruorum, duce Leone; quam Leonum, duce ceruo. Quæ verò in præstante duce inesse res debeant: ex quatuor fere commemorantur: Scientia rei familiaris, virtus, autoritas, felicitas. Quorum reliquæ sunt ad cognoscendum simpliciores; virtus latè patet.

tē patet, & comple&tus plurima: labore in negotijs; for-
titudinem in periculis; industria in agendo; celeritatem
in confiando; consilium in prouidendo. Eodem pertinet,
fides, innocentia, temperantia, humanitas, & his similia:
Hęc vulgaria non sunt: non autem omnis robustus bellator
& audax, bonus & fortis dux etiam fuerit. Atheniensibus o-
raculo quondam prædictum fuisse accepimus; perituros il-
los Ductorū vitio; atq; id exitus comprobauit. Idem tamē
accidit & alijs ciuitatibus ac regnīs, & posthac accidet. Qua-
re monitos nostris q; adeò ipsorum malis edo&os in posterum
nos esse prudentiores conuenit. Nam casus aduersi & euenta
tristia, tam stultos, quam sapientes, erudire solent; sed hoc
interest; quod stultiserō, ut de Phrygib; proverbio dicitur,
damno accepto, malis oppresſi attendere solent. Sapientes,
vel aliorum malis cautiq; res, vel suis etiā attentiores reddun-
tur; aut ut omnino vitent aduersa; aut ne quasi repētiis fiu-
tibus malorum penitus obruantur. Mutanda igitur tandem
priora erunt; & alia consilia capienda; & alia ineunda ratio:
Agendum aliquid serio & accurate; ut par est, & magnitudo
atq; atrocitas periculi postulat; exercitus non futilis neq; in-
ānes, sed validi ac firmi & pleni comparandi: hiq; omnibus
necessarijs rebus instruendi, armis, machinis, commeatu:
Duces in primis diligendi tales; quales tantum tamq; pericu-
losum bellū flagitat. Ad quā ingente pecunia cum opus sit;
in primis quāstores inueniendi sunt: ut & custodia certa, &
cum promenda fuerit, ministerium sedulum, nec non in au-
gendo præsentia cognoscatur ac probetur. Neq; ignoro me
paucis his verbis res maximas indicasse; & laboris difficul-
ta: ilq; plenissima. Ad hęc enim graves exactiones ac tribu-
ta; ad hęc cura & industria singulatis; ad hęc molestia negoti-
tiorum multiplicium requiruntur. Verūm hęc ut neq; facilia
factu & aspera perpessa sunt; ita qui cogitabit, quā omissis
illis expectanda sint; is reperiet optimum esse vtero facere
ea quā oportet; ne, quā nolit, postea sustinere cogatur.
Quod si nunc hoc diuinatus sponderetur (nam quis ullorum
homi-

hominiū promisso in tanta re fidem habere ausit) fore ut si
cesset ac quiescat Germania, & omnia externa vicinæ ploca
relinquat; ipsa tamē in tuto sit; neq; huius belli miserijs ac
cladibus attingatur; neq; vastitatem ac populationem , &
ipsa tandem sentiat : tamē esset in hoc profecto turpitudo
summa & dedecus maximum, & cūm præsentibus rebus, tum
majorum nostrorum virtute indignissimum; alios Christia-
ni nominis populos obvnicam Germanorum socordiam &
desidiam in seruitutem abstractos videri : dum q; cupiditati-
bus hi suis seruant atq; obsequantur ; dum luxui, crapula,
ebrietati, somno indulgeant; diripi socios ac crassissimo fede-
re coniunctos nominis & fidei Christi : huius honorem,
cultum, sacra pollui, eueri, fcedari. O fortunatum illum ,
qui, ne quid tale vel audiret vel videre! (vt ait Poëta.)

Procubuit moriens , & humum semel ore momordit !

Et nunc profecto, si quid esset in nobis non modo animi
patrij, sed etiam sensus humani; hæc morte ipsa grauiora &
cupidius fugienda statueremus. Ego quidem me in crucem
tolli mihi satis duxerim; quam vel vocem huiusmodi, qua
tale probrum & hæc infamia suaderetur, emittere; Sed si
quis ita censer, siq; vobis persuaderet, audiatur: vos parete:
neq; auxilij, neq; opis quicquam expedite ; prodire atq; a-
mittite cuncta. Sin nemo est cui hoc videatur: cumq; contra
persuasum sit vniuersis; quo plura loca plurisq; gentes illos
occupare & subiugare pafsi fuerimus: eò acrioribus & in-
festioribus nos hostibus vuros esse; quid tergiuersatur,
Principes? aut quid cunctamur? aut quando ea, que oportet,
facienda esse decernemus? Credo tum scilicet, cūm ne-
esse fuerit. Quā igitur necessitatem expectabimus? Duplē
equidem necessitatem imponi mortalibus intelligo: unam
libertatis, cā non solum hoc tempore, sed iam olim sustine-
mus; Alterā seruituris; quā deprecari, & Dcū orare debem⁹,
vt benignè a nobis auerrat. Inter illas autem quid interest?
Hoc nimū, quod homini liberonulla offerri maior coactio
aut vis queat, quā pudor resū præsentium. Seruorum autem
sunt

sunt verbera, & corporis afflictio, & contumeliae infinitæ. Quæ necessariò multi iam etiam nostræ gentis homines pertulerunt; à nobis & nostris subditis utinam propitius Deus perpulsare dignetur. Atq; in hoc anniti, & cùm res vniuersas, tūm corpora ac vitam impendere conuenit; vt tantam miseriam & hanc pestem seruitutis barbaricæ euitare: & patriam libertatem soboli suæ, atq; infirmo mulierum puerorumq; sexui conseruare possint. Quo loco facere non possum, quin pauca, quæ meum animum mirificè commouere solent, conquerar, Principes; quæ in optimam partem ut accipiatis, vehementer oro. Nam cœcitas & amentia seculi indies fit maior atq; nocentior: dum homines, & in prospera ac æquabili fortuna, quasi perpetua illa necessario futura sit, securè degunt; & bona sua tūm demum, vbi amiserunt, intelligunt. Quis igitur nunc ferè reperitur in quo-cunq; ordine, conditione, loco, non superbia & fastu tumens? non inhumanitate plenus? non aliorum despector, rapax, iniustus, immansuetus? Quales qui sunt, ij. profectò non cogitant: facilimo momento conuerti res humanas solere; & ima summis mutare Deum, qui (vt ex Poëta recordor, Horatio opinor) insignem attenuat obscura premens; neq; fortunæ orbem pertimescunt. Sed eosdem, quanti hæc sint, an prospicere & scire putandum? Liberi, consanguinei, amicitiæ, familiaritates, vicinitates, addantur & hæc, copia, honores, dignitas: omnia hæc quid suavitatis habent, carendo magis, quam fruendo intelligunt. Quid patria quæ debebat habere summam & caritatem & volupatem; à quo, donec potiri licet, aut verè diligitur, aut diligenter colitur? Sibi & suis (utinam & suis!) sibi enim quisq; ferè soli natum se putat: in quo quid mali insit; vel de hoc coniisci potest; quod is, qui sibi modo atq; suis quoq; se genitum esse arbitratur, huius vitæ cursum quam placidissime confidere querit, vt ad finem à natura præstitutum peruenire possit: at ortus sui qui partem etiam patriam sibi vendicare statuit; is pro libertate illius tuenda, & auertenda servitute, non dubitabit mortem oppetere vel immaturam:

minus

minus in hac mali ponens, quam in captæ patriæ deformitate & contumelia. Deum immortalem, in quanta peruersitate, & quibus in tenebris vita versatur! Vbi cura est virtutis? Vbi honestatis? Vbi pudoris? vbi probitatis? Quid ego dicam de veritatis Christianæ luce, de bonarum artium splendore? quibus in primis vitia tolli debuerant, & prauitas seculi emendari, Ea (ō facinus animaduertendum!) iacere obruta & cordia, improbitate, audacia, malitia hominum. Dicam etiam quod sentio: in quamcunq; sanè ab aliquibus hoc partem accipiatur: multis erroribus liberati sumus; densa caligo detracta est sensibus nostris: apparet iam atq; conspiciuntur pleraq; tanquam in die; quæ in superiorum temporum obscurissima nocte latuerunt. Quid hoc prodest? si cellæ penariæ, si equorum stabula studiosius; quam ludi litterarum, quam conuentus Christiani respiciuntur atq; curantur. Sed de his me diutius conqueri intempestium forte videatur. Quare autem attigi? quare non proorsus etiam reticui? Quia enim, Principes, hæc non postrema cura debet esse, ac potius omnium vel præcipua; & augenda atq; amplificandæ veritatis ac eruditionis; & vitia ac stultitiam comprehendendi: hic erit pulcherrimus & optimus belli apparatus: de quo non tam corporibus & armis valentes ac instructos, quam robore ac neruis animi præstantes, milites educturi sumus. Sed sentio me in his fuisse longiorem; et si facile potuit notari; me indicare ista magis, quam disputare voluisse. Concludam igitur orationem meam: ut addam, quæ adhuc dicenda esse videantur. Atq; hoc loco communis quædam sollicitudo tollenda est; qua comperio angusti plurimos: ne cessatum nimium sit; neve nunc demum frustra expedituri arma simus. Etsi enim in diurna incuria, mora, cessatione, res multò difficultatē perturbatissimæ redditæ fuerunt; & aucta belli magnitudo; & discrimen formidabilius factum est: non tamen inter hæc, quamvis horribilia, animus (ut aiunt) despondendus: neq; tristitia consumendus est: Cūm in quo, et si hoc admirabile videtur, præteriorum malorum est pluri-

nū; eo ipso præsentia maximē & reuelari & sanari posse videantur. Quid id est verō? Quod, cūm nihil omnīū, neq; quo o. pō fuit, neq; vt res & tempus desiderauit, gestum esse constet; ita dama maxima & ingentia detrimenta accepta sunt. Nā si hæc accidissent; dum omni studio omnibusq; viribus nos hostibus opponeremus; dum illis manibus & pedibus (vt dicitur) obnoxie repugnaremus: nē spes quidem, fore meliora, relinquetur. Nunc illi quidem nostram fōcordiam & inertiam, sua vigilantia & gnauitatem longē superarunt: sed Germaniæ vires atq; robur nondum vicerunt: neq; Deo adjuvante nos, & fauente Christo, vincent vnquā: ac prius ipsi pessimio potius interitu abolebuntur. Quinetiam verè hoc dixero: neq; planè inferiores nostros adhuc illis in conges-
fibus atq; prælijs vllis: ac pro re nata superiores magis semper fuisse. Quod ideò commemoro; vt intelligatur, si atten-
dere & curare atq; prospicere hoc etiam tempore volueri-
mus: nihil esse nobis magnopere extimescendum, fretis
quidem, vt ante omnia oportet & necesse est, Deo nostro &
Christo proteetore: Sin leues, faciles, securi, vt antea, esse
perrexerimus; nihil bōni successus sperandum. Nam & in-
diligentia salus, & in negligentia interitus ostenditur atq;
proponitur: & vel standum est in illa, vel hac miserè, turpi-
ter, exitiosè concidendum. Nam si quis fieri posse suspicatur,
cum Barbaris vt pax fiat, & fœdus sanciatur: ille & ipse er-
rat, & alios in errorem vult inducere. Non igit ut audiendus;
ac si perget odiosus esse; de his deliberationibus planè eiici-
endus est. Athenienses quodam tempore vrbe capta &
inflammata, cūm omnem salutis spem in naualibus habe-
rent copijs, Themistoclem, cūm deserere fedes paternas &
aras ac focos, quemadmodum aiont, suaserat, classi præ-
fecerunt: Cyrsilum autem quendam, qui imperata facien-
da esse censeret, lapidibus obruerunt; neq; huncilli modò,
sed & mulieres Atticæ vxorem ipsitis. Neque dubito, no-
stris fortissimis Imperatorib; Heinricis & Othonibus;
si quis cum Hanis istis & Vandalis fœdere potius quam præ-
lio, pacis quam armis transigendum, suadere ausus fuisset;

similem

similem gratiam cum relaturum fuisse. Non enim patuere illorum aures, quamvis in specieas utilibus monitis; quibus ulla opinio turpitudinis subesseret: sed laudis & virtutis confilia adamauerunt: neque tam viuere, quam vincere cupierunt: & ita fuere animati; ut si omnes alij Reges & Principes iniquis legibus pacem cum talibus hostibus fieri oportere iudicarent: ipsi soli pro libertate & pugnandum, &c., si ita necesse esset, occumbendum statuerent. Verum quid de honestate, quid de laude & gloria loquimur? Nulla pax, nullum foedus cum illis fieri potest: non modò, quia hoc ipso factio nostro omnia diuina & humana conuellerentur; religio labeficeret; etiam iura ciuilia contaminarentur; Sed quod barbaria & prauicias illorum tanta est; ut datam fidem non modò facilime violare, sed ne seruare quidem omnino soleant: quibus hoc est iucundissimum, & præclarissimum ducitur; quod & cupidè ostentant: iusurandum fallere; & eos qui suis promissis freti sint, circumuenire, atq; fraudulentè irretire. Quoties hoc audiuimus? Quam multos stulta credulitatis otrocissima supplicia dedisse comperimus. Et ne remotiora accersenda exempla sint; quid modò infelicibus Pannonibus profuit deditio? quid cum barbaris coniunctio? quid patriæ (eos dico qui in noxia sunt) scelerata proditio? Alij catenis conscripsi aliquantis per circumstati fuere; alijs excruciatii interiere: quidam nunc etiam cuncti diuinitus immittius; quam si in carcerem conieeti essent. Hæc igitur animis complectamur: hæc consideramus & prouideamus: ne quid tale vñquam nobis eueniat. Non enim in hoc casu (quem D & V s auertat) turpe modò fuerit, sed planè pernitiosum hoc dicere: Ecquis hoc futurum existimasset? Ita enim uero: par nempe fuerat, hoc & hoc agere, & illud omittere. Quam multa nunc posset calamitosissima Græcia dicere; que si olim prouidissent, non funditus illi interiissent: Quam multæ & aliæ oppressæ gentes, & isti nuper adeo edomiti Pandones; quorum iam (proh dolor!)

florētissimum quondam Christianitatis regnum, inter se
 barbari partiantur: & tanta præmia aduersus nomen Christianum
 operæ nauatæ ferunt. Quid nunc autem hoc pro-
 fuerit? Nihil omnino. Serò enim requiritur, quod cùm
 posset, vt retineretur, cura illis non fuit. Dum adhuc salua
 & integra est, siue parua siue magna nauis; anniti decet cùm
 gubernatorem, tum vniuersos alios; & in hoc incumbere,
 ne quid à quo quam vel volente vel inuito peccetur. Nam
 vbi iam à fluctibus superata illa & viæa fuerit: frustra omnis
 labor & omne studium suscipietur. Hæc cogitantes atque
 perpendentes, Principes, æquum est adhuc Germania in-
 columi & florente; & cùm viris, tūm facultatibus abundan-
 te: multarum etiam commoditatum ad bellum gerendum
 copia instructa; hæc quoq; existimatione & fama celebri;
 succurrere rebus laborantibus; vel potius periculis immi-
 nentibus occurrere: & nos, nostros, patriam, religionem,
 planè necessario bello, Deo approbante, hominibus ap-
 plaudentibus, tueri atq; defendere. Sed quæ defensio esse
 poterit in dissidijs nostris? aut quomodo externabellum ge-
 remus, impliciti domesticis? quid verò successum bonorū
 sperandum in hac leuitate, ne quid dicam grauius? Ac ne
 quis obstrepat veritatis voce offensus; inter nos hæc dicun-
 tur: & verissime dictum illud est: vt veritatem oblatione
 ita oblationem plerunq; carere veritate. Neq; ego
 accusandivituperandiue animo; sed monendi, & ad virtu-
 tem ac decus cohortandi vos studio, hæc commemoro; &
 apud alios tali oratione non vterer. Quidigitur est? Re-
 publicam valere, & viribus & copijs excellere cupimus: vo-
 lamus omnia recte ordineq; fieri. Cogitemus igitur id,
 quod ille dixit Laco quidam, vt meminisse videor; qui mor-
 tum quoties exerat, toties ad terram revolvi cerneret,
 intus omnino aliquid esse oportere. Est enim profectio
 principum bonitas, sapientia, virtus, anima & vita Rei-
 publicæ. Quicquid autem dicamus: quantumuis ipsi nos
 amemus; cogimur tamen fateri Principes: fateri inquam
 cogimur; nos ipsos omnium ferè malorum, quæ & antè su-
 mus

mus experti, & nunc sentimus, autores extitisse; à quibus
 veluti capite in reliqua membra omnia illa manarunt; quæ
 posteā commota & affluentia in nos redundantur. Quales
 enim nos esse nostros volumus? an dissimiles præsidum suo-
 rum? At qui hoc, principes, fieri non potest, vt vitijs eorum,
 qui rerum potiuntur, non & subditi inficiantur. A nobis
 nascitur, vt alij incipient facere; quod quia nos facimus,
 illi quoq; sibi licere arbitrantur. Ita igitur se res habere mo-
 do videtur: vt sint omnia propè vbiq; gentium & locorum
 honesta & laudabilia. Quid ita verò? Quia nihil ferè turpe
 ducitur; & maxima vicia mores inuaserunt. Quomodo au-
 tem nos cupiditates aliorū compescemus, si illis ipsi indul-
 gemus? quomodo luxum & immodicos sumptus coherce-
 bimus, si teñemur vtrisq; Non est tantum mali, Principes,
 in factis nostris, quantum in exemplo. Imitari volunt o-
 mnes: pulchrum rectumq; esse credunt quod à nobis fieri
 cernunt. Repetamus licet memoria omnem antiquitatem:
 reperiemus quovis tempore tales fuisse populi, quales prin-
 cipum mores; semperq; principibus commutatis, multitu-
 dinis etiam mutationem extitisse. Nulla enim tanta vñquam
 expressio formæ in speculo; quanta principum imitatio in
 vulgo apparet. Quemadmodum igitur mare solet algam eli-
 dere, & sese repurgare: ita omnino faciendum nobis, vt
 Deum hominesq;, si non præsentes & posteros reveriti:
 manifesta quidem in primis, sed & occultiora quædam vicia
 in nobis ipsi emendemus. Nefaria enim semper illa mihi
 vox Anaxarchi vīla est: qui cùm Alexandrum iacentem in
 dolore & luctu ob interfēctum à se Clitum conseruatorem
 suum, consolari vellet; id dixit Poëtas Iustitiam semper
 Ioui assidere tradidisse; vt intelligeretur, quicquid rerum
 potentibus placuisset, id iustum videri oportere. Capitalis
 oratio, & ad Tyrannidem nocentissimam pestem animos
 instituens; ad quam omnes boni principes obturare aures
 debent; vt hoc statuant, turpe semper esse turpe, quicunq;
 designet; & quicquid homines sentiant ac loquantur. Qua-
 re nunc maximè operam dabimus; vt ex animis primum

nostris mutuas suspiciones; ut concepta odia, vt consilia
quædam minus simplicia, denique vt prauas voluptates de-
ponamus; & ad religionis ac pattiæ curam conuersi, hoc
agamus vnum: coniunctis quidem viribus; singuli tamen
etiam pro sua parte: vt & Deo fidein, & patriæ defensionem
præstenuis. Quod si quis forte opponere se his salutaribus
conatibus ausus fuerit; illum de cœtu nostro reiiciendum,
& repellendum à consortio huius deliberationis censeo.
Nam quod res progrediatur, videmus: quām capitales ini-
micitiae quām parua de causa nascantur. Ita sunt quorundam
animi imbecilles atq; leues; vt quemadmodum pueri paruu-
li, si de rebus ludicris pluribus vnum aliquis auferat,
reliqua projiciunt omnia, & plotant atque vociferan-
tur; sic illi ob vnam offendam statim animis concita-
ti, perturbato in illa indignatione ac ira non dubitent uni-
uersa. Neque quicquam tunc promitor, nisi acerbitas, ni-
si amarulentia: benignitatis & gratiæ cella occlusa est. Di-
cunt esse in cœlo duo vasa; vnum bonorum; malorum alte-
rum: de his ambobus hausta & commissa, quibus D e s v s
effuderit, eos æquabili fortuna invita ut aiunt. Horum
certè similia & in terris interque nos reperiri possint; de
quibus si bona & mala de prompta permisceremus; alterum
altero compensatum tolerabilem statum Reipublicæ face-
re possit. Cogitaremus offensi læsique ab aliquo, aut an-
tē nobis ab eodem benignè factum, aut post futurum esse:
affecti beneficio & adiuti, memoriam illius perpetuò con-
seruandam nobis statueremus. Sed venit in mentem mihi,
quodam fortasse existimare: facile esse cuiuis iam facere;
quod ego faciam, vt accusando & castigando tempus ab-
sumam: & eos iam tandem subiectionem & sententiam
expectare meam; vt dicam quid faciendum esse nunc po-
tissimum censem. Ego igitur meo iam loco dicam bre-
uiter. Sic enim sentio, & hoc vnum decernendum esse
censeo: Primum suscipiendum hoc bellum; defenden-
dos finitos; & cum ab illis, tum vero nobis ipsis arma,
impe-

mpetum , incursiones crudelitatis furorisque barbari
propulsari oportere. Deinde ordines consentientes ,
vt quosdam deligant , qui rationem & ynam inueniant ,
& inuentam demonstrent , totius rei administrandæ : qui
copias equestres ac pedestres numero conueniente des-
iniant : qui totum apparatum & omnem molem machina-
rum , ac compieatus describant , distribuant , ordinant .
Tum his conatibus , & hoc opere quodam belli manife-
sto ac conspicuo , yndique auxilia exterorum regum , & a-
liarum nationum societatem petendam esse aio : Lega-
tisque missis edocendos illos de omnibus : & ad hunc v-
nanimem pulcherrimi & glorioissimi belli curam , suscep-
tionem , executionem , sollicitandos : Galliam , Britan-
niam , Heluetios , Polonos , Prussios , Cimbros , alios quo-
cunque . Nam Hispania , cuius Imperator noster regnum
tener , vt & Italia , quæ sub illius magna ex parte ditione
est ; vtraque nostra : Itemque Boëmia subdita Regi no-
stro , & ipsa nostra putanda est . Sed hoc , nisi nos pri-
us necessarijs rebus & animum & manus admoerimus ,
utiliter futurum non est . Itaque primum , nos & exci-
tari , & instrui , & moueri oportet : atque ita deinde alios
allicere & aduocare , docendo , monendo , hortando . Hoc
etiam video onus nostris humeris imponi : cum propter
Imperijs maiestatem : tum gentis opinionem . Hoc in-
quam munus defendenda Christianitatis , & proprium
est hujus Imperij , & Germaniæ nostræ , cum partum tum
etiam relictum à maioribus , per multa speciosa & excel-
lentia certamina . Quod si in desiderio quietis & prosperi-
tatis spe singuli residebimus ; & hoc modo queremus , o-
ciosis vt esse liceat ; primum verendum , ne qui pro nobis se
& sua periculis exponere velint , non reperiamus : deinde ma-
gnus est metus , ne & facienda & patienda sint paulo post
extrema omnia : & hanc breuem quietem ne labor excipi-
at semperenos . Hæc mea est sententia : hanc omnia et
iam esse confido : de qua nunc quoq; accisa res instaurari &
restitui

restitui videntur posse. Quod si quis meliora habet, dicat; proferat in medium. Tempus enim hoc vniuersorum rationes & consilia prouocat: quicquid nunc cælatum fuerit, postmodò fortasse frustra aliquis elocuturus esse videatur. Faceant contentiones superuacaneæ: amoueantur rixæ & litigationes illiberales: Hoc agatur: & in hæc omnium cogitatio, mens, voluntas, cura, consideratio conferatur; ut primùm D e o grata, deinde imperio digna, & honesta nobis, & patriæ salutaris sententia dicatur. De qua cùm conuenierit, quæcunque erit; Deum patrem oro per Christum Saluatorem nostrum; cuius nos sanctissimo nomine consociamur; illa Barbaria vel non nouit, vel maledictis etiam insectatur: hunc igitur oro: quæ vniuersis potissimum probabitur; sententiam eam ut bonam, utilem, sequendam fuisse, exitu ipso ostendat atque declareret.

IOHANNIS LEVVENCLAVII Amelbruni De præsentि rerum Turcicarum statu

AD IOHANNEM CASIMIRVM ET FRIDERICVM IV. Comites Rheni Palatinos, Christianum I. Saxonie Ducem, Ioan. Georgium & Ioach. Fridericum Mar- chiones Brandenburgicos, Sacri Rom. Imperij Prin- cipes Septemviro, & dignitatis eius hæredes,

COMMONEFACTIO.

Ex Proæmio Historie Musulmannæ Turcorum.

NON

NON caruit haec tenus Germania nostra vel ipsa potius Europa, quorundam obscuris initio susurris; inde iactatis palam vocibus hominum nouam sibi vanis pollicentium somnijs in orbe terratum monarchiam; à paucis annis in acribus quidem illis, sed præ nimia sapientia deliris eorum cerebris natam; qui è ferrei saucijs dominatus scorijs, nescio quod exoriturum sibi finxere regnum aureum: cuius in diem magis ac magis, cum admiratione mortalium, spes omnis in fumos abire cœpit, ac euanscere. Cur in ista rerum totius orbis immutatione nobis ab hoc ventoso partu metuemus: nulla subest idonea planè causa: nec quæ crudeles illi pariter, & ambitiosi, vafricj feuerunt haec tenus, & serunt, & serere porrò conabuntur dissidia & bella velut optato partui felicem obstetricis adhibitura manum, vlo modo vereamur. Vna nobis ob oculos perpetuò versatur barbarorum potentia: qui cæteras Christiani nominis gentes haud extimescunt: Germaniam solam in oculis & animis circumferunt: vnius Germaniæ libertati, vietoribus omnium Romanis indomitæ, non desinunt insidiari: hanc ab se sub iugum missam optant: ab huius ruina, monarchiæ suæ celsissimum culmen, aliorum orbis Christiani regnorum facilem in primis occupationem sibi promittunt. Quò magis eorum historia nobis expetenda: qua nationis haud una de causa stupenda genius ad viuum exprimatur: & res à barbaro, sed tot imperiorum, tot principatum vietore populo gestæ, non perfundoriet, sed integrè, sed solerter explicantur: Cuius quidem historiæ fructum rectius ut estimare possimus: videamus sancte, quid à Turcis ob ea, quæ ad sunt ipsis aduersum nos tela, & adiumenta, formidandum nobis sit: quid ex aduerso non de tuenda duntaxat salute fortunis nostris, sed etiam de frangendis ipsorum conatus, si sancte, religiose, sincere nos coniungamus, habere spei possimus. Quippe boni officium Imperatoris hoc modo

138 O R A T I O N V M T V R C I C A R V M
modo facturi sumus; qui & hostis, & suas prudenter meti-
tur vites: nec solum in omnem paratus est gerendi belli oc-
casionem & præliorum euentum: sed etiam vigilancia, solli-
citudine, consilijs, belli præsidijs, & apparatu, quam matu-
rimè se munit: ut cum modica vel impari quoq; militum ma-

Pro Turcis.

L.

Vna religio.

II.

Libertas re-
lig. Chri-
sti data.

III. Prudentia.

III. Rer. vsus.

V.

Historia do-
mestica.

V I. Historia
rer. exter-
rum.

nu, copijs occursare maximis haud dubitet. Faciunt igitur
à Musulmannis (sic auent adpellari) religionis vnius & eius-
dem inter ipsos vinculum; nec ullis diuisa sectis sententia,
cultusq; numinis, & ceremoniæ tā lato in regno prorsus ex-
dem. Magnum & illud momentum habet, à superstitionis suæ
propagandæ nimium quantum studiosis nullos alioqui sub-
ditos hoc nome dissentientes à se, vel singulos, vel quietos

puniri: nullos extrahi: nullos inquiri: tantum abest, ut car-
ceribus perpetuis, ferro, laqueis, culleis, flammis in homines
cæteroqui non sceleratos, religionis causa, seuiatur. Hæc
animos oculosq; plurium sic perstringit & cæcat moderatio;
minùs ut ab illorum subeundo iugo abhorreant: cum quæ
fiant alibi, non ignorent. Est in hisce barbaris & prudentia
quædam minime barbara, tam ex vsu, quam memoria rerum
compatata. Manifesta magni præbent vsus indicia Vezires in
administratione regni, qui principi sunt à consilijs secretio-
ribus. Nec memoria rerum, quæ historia est, gentem de-
stitui, testes hi libri sunt, de monumentis ipsorum hausti:

quæ non ad gratiam fuere composita, sed ex vsu reipublicæ:
vitijs quoq; Sultanorum nequam silentio præteritis, aut
omissio de rebus iniq; perpetratis indicio liberiore. Ne quidē
externis Turcos historijs, etiam ante hæc tempora caruisse,
vel ex eo perspici potest: quod huius operis libro decimo le-
gitur, à C. C. plus minus annis, imperante tunc Emire Sulci-
manne, Achmetem Meulanam (Doctores suos Meulanas ad-
pellant) vixisse: à quo liber de rebus ab Alexandro Mace-
done Magno gestis in rhythmos linguæ vernaculae redactus,
& nomine dicti Suleimanis editus fuerit: qui vicissim Ach-
metem magnificis ob elaboratum opus insigne donis colue-
rit. Ac prius quoq; notas fuisse ipsis Alexandri Regis histori-
as, è libro quiuto patet; ubi de bellis huius Indicis aliquid re-
citatur; cuius & Q Curtius Ruffus, & è nostris alijs memine-
runt.

runt. Etiam reliquæ doctrinæ præceptis imbuuntur, sed duntaxat ad usum. Non enim more nostro scholæ discunt, sed vita: iuxtaq; veterem Comicum, oderunt homines ignava opera, Philosophia scientia. Ne Deruislaros quidem qui solitarij sunt, à vita, qua in actu consistit, absinere videas: sequius atq; fieri constat apud nos Christianos: qui monachorum greges infinitos, graui cū onere Reip. nec ullo fruētū vel in togata, vel armata militia, ventres nimirum pigras, alimus.

Ponunt in eo quoq; non leue præsidium suis rebus; quod optimatus & populi statu reiecto, semper imperij forma prima qui principatus unius est, vñsi fuerint. Hinc illæ voces, per quam ipsis familiares: Deus unus in cœlis; unus in terris princeps.

Electionis etiam dissidia praecipit Osmanæ familiæ ius perpetuum: ex qua nati duntaxat ad successionem imperij vocantur. Nec pro rorsus aberrat à fine Principiar; dū ut cunq; bono publico studeret, res & cōmoda priuata negligere videntur. Exempla,

quib; & ipsi principes, & proceres subditis præeunt, ad virtutem militare pertinent: quā solā colunt, & admirantur. Iustitia: rigor illic potius regnat, quam clemētia: velut inter barbaros, tam subditos, quam principes. Administrant verò iustitiā sibi subiectis & qualibet, & sine cumulo legū, remotoq; litium studio. Sicut enim iudiciorum Europæ nostræ pestis Rigor iuris,

est, causidicorū & aduocatorum captiosa eloquentia; mater filiæ nō minùs noxiæ litium immortalitatis: ita Laconismus

ipsorum, & in foro procedendi simplex quidam modus, ac plausibilis, vereq; strepitus omnis expers, & subitæ cū executionis rigor citorum,

rigore singulari coniunctus, non paucis salubre remedii malis adserit. Illud etiam plurimum ad stabilitatem imperij conductum, quod & polliceri præmia sibi certa ferè possunt, si recte se gesserint: & de supplicijs dubitare non debent, si præter officium fecerint, aut in eius aliqua parte deliquerint. Pœna-

rum genera diversa sunt: ac pleraq; sane diritatis immanis: præmiorum mare quoddam, & inter alia, functiones honorificæ pariter & fructuosæ, tam intra Serarium: sive principæ, quam extrinsecus in quibusvis administrationibus publicis; cuiusmodi sunt Vezerlucatus, Cadilescherlucatus,

VII.

Studia doctrinæ.

VIII.

Monarchia.

IX.

Ius regni hereditarium.

X.

Studium Reipub.

X I.

Virtus militaris.

X II.

Rigor iuris.

X III.

Ratio iudiciorum.

X IV.

Præmia.

X V.

Pœna.

Beglerbeglucatus, Sanzagbeglucatus, Cadilucatus: alia deniq; munera, velut in amplissimo regno, propemodum infinita: cum diuersis honoribus, timarijs prædijs, opibus donatiuis, annonis perpetuis. Quin etiam stare videntur adhuc imperij firmamenta, præsertim à vi pendentia: cuius sunt generis militum copiæ, cum munimentis & arcibus.

XVI.
Vis regni.

XVII.
Auctoritas.

XVIII.
Fraudes.

XIX.
Adparatus
bellici.

XX.
Exercitus.

XXI.
Disciplina
militaris.

XXII.
Miles do-
mesticus.

Quæ contra
Türcas.

Benevolentia populi rationem nullam ducunt: auctoritatem rigide usurpant; & eandem adfectant impensis, non solum ad subditos sed etiam ad exterros. Parant hanc sibi tunc potentia, tunc forma imperij seuera & minaci. Nec à fortuna deest eis auctoritas; quam hactenus maximè blandam & propitiā experιuntur. Præterea suis fraudum artibus plurimum tribuunt; nec est quod dubitemus, ab his superari quo quis alios barbaros omni genere doli, perfidiæ, iniusticiæ: qua contra ius & æquum, se suaq; student improbè potius augere, quam callide. Restat ultimum maximumq; regni fulcrum, quo præcipue se iactitant, res militaris. Ex triū continentur rerum adparatus, ad bella gerenda necessariarum: pecuniaæ, commeatuum, armorum. Quam vero nihil horum Turcis hactenus defuerit, res ipsa docet. Itidem constat, ipsos hodieq; rerum ab eorundem copia nequaquam destitui: modò poscat usus aliquis, & necessitas, uti promantur. Abundant præterea copijs terrestribus equitum peditumq; numerosissimis: nec miles eis classiarius desit. Hos omnes delectu bonos efficiunt, & disciplina seuera: quæ decus & stabilimentum cuiusvis imperij censemur. Externū quoq; militem non desiderant, cum suus ac domesticus eis, quoties vel maximi cogendi sunt exercitus, sufficiat: ac Tartaros etiam plerosq; iam dudum referant inter suos, quotquot Osmanidarum maiestatem & imperium agnoscunt. Hæc ferè sunt in praesente Turcici regni statu, quæ fauere votis ipsorum nostris aliquod malum minari rebus videntur. Nunc & illa recensemus, quæ in floriente quidem hactenus, & vegeto sed paulatim ad suam progressione metam periodumq; Turcici regni corpore, vitia cum morbus inualescent; si non interitum, saltē mutationem

tionem aliquam insignem ei portendentia. Religionis unus
 societate iangi putantur fateor: sed lezideos ipsis nun- Hæretes,
 quam defuisse scio, qua voce seclarij, more nostro intelligi-
 guntur: & quam alte radices in ipsis etiam plerorumq; Tur-
 corum animis dissidium illud Sefinum egerit, ignorare non
 debeo: quo superioribus annis proximis recrudescente, na-
 tum illud bellum fuit: quod grauissimè vites Osmanidarum
 haec tuas attrivit. Taceo de motibus intestinis maximis, à
 triennio biennioq; passim exortis in Musulmannorum im-
 perio: quibus religio prætexitur: in Ægypto inquam, & Ara-
 bia Syriaq; non nihil iam soperitis: & in Africa, quas hodieq;
 durantes extincturi armis Osmanidæ, quorum et auctoritas,
 & regia potestas pedibus proteritus, anno sequenti proxi-
 mo perhibentur. Multa sunt hominum Centena millia, qui
 sub velo purioris Mahumetanæ religionis, Olmanei regni
 iugum excutere conantur: res profectò momenti singula-
 ris: & eò magis ad animos reuocanda, quod eodem hoc
 tempore, præcipuis in Europæ regionibus, consimiles ob-
 caussas, excutiendi videlicet iugi, sub prætextu religionis
 mortalium conscientijs impositi, ciuilibus armis acerrimè
 decertetur: non aliter, ac si eodem exorta tempore gemina
 tyrannis, eodem quoq; tempore suum ad finem vtraq; con-
 tendere velle videatur. Præterea Zirorum, Bulgarorum
 Armautlarorum, Græcerum, Armeniorum, Georgiano-
 rum, Iacobitarum, & alcorum Christianorum copiæ, tam in II.
Christiani
 Europa, quam Asia, tanto Musulmannos haud dubiè nu-
 mero superant: ut propitijs fauore huminis, magna clade se-
 mel horum prostratis viribus, modò pedem in usurpatos ab
 ipsis fines verè Christiano coniuncti vinculo caritatis infe-
 ramus (quod à confederatis ante paucos annos, obtenta
 nobili ad Cuzzolaros victoria nauali neglectum) belli reli-
 quias illi ipsi Christiani, quos diximus, armis cæteroque
 barbarorum astu tyrannideq; spoliati, vel sicut ac spathulis
 suis sint conjecturi: ne de mancipijs innumeris, deq; tradu-
 ctis ad ipsorum superstitionem inuitis dicam, qui tali suc-
 cessu statui à nobis essent, nouasq; res formidabili Turcis

plures Terciis.

VII.
Duratio
Muhameti-
foni.

III.
Mohametis
præfigatio

V.
Vezires alij
quam olim

VI.
Vezirum
multitudo.

VII.
Veziraze-
nus con-
temtus.

VIII.
Factio[n]es
inter Vesi-
res.

IX.
Sultanus
hebetis in-
genij.

cuentu molituri. Quæ deniq[ue] diutius in idipsum cœlinum est
Musulmanæ blasphemæ gentis impietas, nimis ferè ad
mille fatales durauit annos: eò nunc tandem, iusto Dei iu-
dicio, celerius destinatum ad finem properat. Farentur qui-
dem ipsimet, imperium Muhameticum, profana cum super-
stitione, ultra mille annos haud duraturum, quorum exitus
ante fores est. Hoc à moribundo Muhamete suis denuncia-
tum, vel ostensum potius indicio quodam, perhibetur. In-
iecta namq[ue] mentione durationis eius cum religione regni,
quod ipsius auspicijs inchoatum fuisset: decem manus utri-
usq[ue] digitos sustulisse traditur: quod eius primarij se[ctato]res
initio de annis dantaxat decem: post ijs elapsis de decies
denis, hoc est, centum: quibus itidem inter felices perpe-
tuò rerum successus exactis, de mille tandem annis inter-
pretati feruntur. Hæc narrare Christianis alijs Armenij,
nec ex ipsis barbaris quidam libetiores inficiari solent. Ve-
zires etiam, qui clavum imperij tenent, non iam priscis illis
virtute, consilijs, auctoritate pares sunt: ex cœcumentis Sul-
thani libidine, Sinanisq[ue] Vezirzenus arroganti furore nu-
pero, corrogati potius, quam iudicio deleci. Adscripsit
quoq[ue] plures hic Princeps isti collegio, quam maiores ipsi-
us facere consueverint: vnde confusionis noua quædam
materies vita succrescere. Voluit illi malo non ita dudum re-
stitutus honori pristinæ mederi Sinan quem diximus, remo-
tis ab officio pluribus: sed quod tumultuantibus in urbe
Spahilaris & Genitzaris, ita voluisse suam videret autorita-
tem; vt solus ijs coercendis haud sufficeret: adiungere sibi
quosdam coactus fuit: quibus alij paullatim accedent & ad
pristinam res formam redibunt. Nec interim factio[n]es ex-
auctoritorum aduersus Sinanem & complices occulte mo-
liri quævis ad hunc euertendum desident: idq[ue] cum eò ma-
iori periculo rerum; quod hebes ac plumbeum principis
ingenium idoneis remedij ad sedandos illos motus inueni-
endis nequaquam par est. Vnius Principatu stabilitate res
Osmanæ fuerunt haec tenus; sed ita nunc rerum mutata fa-
cies est; vt unus ille Princeps aliorum plurium mancipiū sit,
non

non virorū modō sed etia muliercularū. Quid de fide, sacro-
 sancto rerum humanarū vinculo, dicam? nullā apud Turcos
 inuenias, præsertim in exteris; nisi videat hanc insigni se cū
 emolumento suo seruaturos. Interdū fallax seruatæ specimē
 edunt, ut imposturis suis eò faciliter inescatos circuuenire ma-
 jori fraude possint. Et plurimi prætextus ad violandā fidem
 latent in illis argutis, & barbaræ malitiosis ingenij. Nimirum
 perfidos, vt è veterib. quidā dixit, nunquā causa deficit, cūr
 pactioni non stent: Omninoq; cū nouis perfidiæ & impieta-
 tis magistri Machiauelli: quasi vel huius illi lecythos omnes
 fraudulentia, perfidiæ, captiuncularū, exhauserint: vel Tur-
 corū ipse vestigijs insuffendum sibi duxerit. Miris vtuntur
 illecebris, quoties vel ambitionis vel vltionis, & vindictæ, vel
 morbi alterius cestro percritis, ad se confugientibus auxilia,
 prolixè pollicentur, Portā scilicet Osmaneā adfici etis omnib.
 tā Principibus, quā populis, asylū esse tutissimum prædicant:
 Isq; fucus adeò præstrinxit Ionij quoq; fumos in historia vē-
 dentis oculos; vt cū dicere non puderet, Janusium Vaiuodam
 Erdelianum Vngariæ regem à Sulcimanno declaratum: eius
 Sultani dextram, virtute ac fide præstantem (his verbis vsus
 est) osculatum fuisse. Sed à Janusij morte, quæ fides esset in
 Suleimanne: tum Janusij vidua, tū pupillus ipse: mox regno
 spoliati: maximo cū malo suo didicerunt. Et obseruare licet
 in hac ipsa Turcarū historia perfidiæ singularis exempla sanè
 rara: qua circumuerti ab Osmaneis auxiliori prætextu fuere
 principes, etiā Musulmāni: dū mutuū in furorē acii, cæcatiq;
 dissidijs & odijs apud asylū hoc per fugium quererent: quod
 vna parte per vim ex voto supplicū & transfagarū oppressa:
 mox & alteri exitio plerūq; fuit. Nullus itidē apud Turcos
 loc⁹ modestiæ: nec in sensu nec in actione: nullus pudori, cō-
 tinentiæ, castitati. Apud alios hæ populos quærendæ virtu-
 tes; agunt omnia Turci pro libidine. Nec minimū hic clemē-
 tiæ vestigiū reperiās: quæ amore cōciliat; ac proueniēt ex a-
 more securitatē, & firmitatē imperij parit. Frustra barbaros è
 veterū præceptis sapiētū moneas: sicutiā plū addere timoris,
 quæ potētiæ: metū ac terrorē, infirma caritatis esse vincula.
 Tā moderationis, quæ clēnctiæ contemnū majestatis obtētu-
 velant.

Princeps
mancipium,

X I.
Fidei vio-
lato.

Perfidie
prætextus.

Turci Ma-
chiauella-
ni.

X I I.
Asylum
Portæ per-
niciosum.

X III.
Modestia
placē nulla.
X III I.
Crudeitas,

X V.
Majestas ve-
lum facili-
tæ.

XVI.
Infolentia
in omnes.

Hinc omnem usq; adeo modestiam exuunt; ut & subditos suos, & clientes siue Vasallos, qui tributariorum nomine veniunt: & foederatos, nullo propè discrimine, pro mancipijs habeant. Hinc illos etiam clientes, qui Pannodacis, Carabogdanijs, Vngro Vlachis præfunt (Transyluanos, & Moldauos, & Valachos nunc appellamus) quicq; serenissimos salutari se volunt: ad Portam euocatos, & Sultanī manum exsculatures, pileo Boluebassarum, qui vilissim Genizarorum centuriones sunt, vti cogunt: antica pilei parte medium ad frontem, surgente cono: quo eretat auium pennæ continentur. A foederatis munusculz primū certa cùm pactio-nes & foedera contrahuntur, certis sibi temporibus offerenda stipulantur: quod adiri principem suum, eiusq; Vezires, vacuis debere manibus negent. Huic generi munusculorum Dostluci nomen indunt: quo amici honorariū significatur. Sed quæ hoc offeruntur titulo; statim Haratzum, siue tributū tacite interpretantur: nec modestè, velut ab amicis, exspectant, sed ferociter, vt à tributarijs, exigūt. Usq; adeò regnat

XVII.
Contemptus
Dei.

apud homines perficitat frontis perfidia: pudor omnis exu-
lat. Et durare solent hæc aliquandiu, cù ipsi sunt cōtemptu Dei,
foederum præsidis ac vindicis: sed pedibus sera tandem pœ-natacitis venit. Ad eas quoq; sordes prolapsæ res huius im-perij sunt; vt ex auaritia, suæq; rei studio, tam Vezires ipsi quām alij quibusvis officijs publicis, maximis, mediocribus infimis fungentes, præter morem maiorum & animos & manus venales gerant: vnde non admodum stimatu difficile, quid eis tandem futurum sit: modò verum vetus illud verbum, vt est, fateri velimus; docere auaritiam, omnia ha-bere venalia: Item aliud, priuatas res offecisse semper, offe-
cūrasq; publicis consilijs: addo etiam, saluti publicæ. Quin & illud ausim dicere: dominum mutaturam Turcorum po-tentiam, siquidem inueniat emtorem. Nec est, cur dubi-tem, adsensuros omnes sententiæ meæ, quibus hac cum gen-te negocium fuit. Libertas apud ipsos in sententijs dicen-dis nulla: nec tortiter eas, sed obnoxie dicunt: adeoq; ad il-lius se nutum accommodant omnes; quem pro tempore

XIX.
Studium rei
priuatae,

Omnia ve-nalia.

X X.
Senatorialium
vitæ.

maximam

maximam obtinere vident auctoritatem & potentiam: vii pro lubidine Sinanis vnius omnia nunc sursum deorsum voluntur. Fiducia virium propriarum innata genti est; consilia calida, & audacia: quæ solent esse prima specie lata, tractato dura, cunctu tristia: quod verè ita dici, hoc Persico bello, insigni cum damno suo, pluribus annis didicere. Cupiditas in eis modum nullum habet, qua pauciſſima re-
& tē præclareq; geruntur: vt circumſpectione plurima. Rigidis etiam, ſeu iſq; ſuorum animos exactionibus offendere incipiunt: dum inauditas excogitant; & exemptos ante hac iure quodam priuilegiorum, ad easdem foluendas cogunt. Hinc illæ Sphailarorum, Genitzarorum, aliorumq; militum, & ſacerdotum quoq; Muſulmanorum exſecta-
tiones & mortis in ipsum Sultanum, & exactionum au-
tores: qui nec dum adhuc ſopiti ſunt. Hinc odiorum exor-
ta ſeges amplissima, iamq; matura: quæ cum magistratus
iuncta contemtu, tandem vt in tyrannos exſurgatur, effi-
ciunt: & vt exteri rapiant occaſionem, aliiquid in eos vicil-
ſim ex yſu ſuo moliendi. Nec aliae contemtu cauſæ nunc
deſunt; vt ipſa præſentis imperij forma, priori remiſſior,
ob trepidationem, ignauiamq; Muratis, & duces ſuos me-
tuentis, & milites: vt eiusdem Muratis fertuna, bello Persi-
co non erca: vt mores ipsius, qui Gynaconitidis intra ſepta
degens, exiguum terum curam gerit: ab vnde ratus eis ab ſe
prouideri: ſi præſentibus fruatur, nec in longius consultet.
Item honorū effusa temerarijç largitio magnorum, ſine iu-
dicio: veluti cum nuper Sinanem ab exilio reuocatū, Vezira-
zemem conſtituit, tanta cum potestate, quanta post natum
illud imperium nulli vñquam tributa Veziri fuit: cum tamen
ante, quam Masul declaratus exſularer, filio Muhameti stu-
diuiffe contra patrem, & inſidias regno Patris occultas ſtru-
xiſſe crederetur. Adde tarditatem ingenij Muratis, & stu-
porem, & Epileptiam, qua laborat: vnde facies ei lurida,
parumq; decens, & imbecillior valetudo. Solent enim hæc
in armis ſubditorum plerumq; contemtu Principis gignere:
qui ſperatum ad aliquem ſolem ſe vertunt, paulo post

XXI.
Sux fiducia
potentie.

XXII.
Audaces
conatus.

XXIII.
Immensa
cupiditas.

XXIV.
Sultani ex-
ſecrationes.

XXV.
Odium &
contemtu
Principis.

XXVI.
Plures con-
temtu cau-
ſæ.

Murates
trepidus.
Inflexi.
Ignaeus.
Expers iu-
dicij.

Stupidus &
Epilepti-
cus.

146 ORATIONVM TURCICARVM
exoriturū. Nec parū periculi à filio Muhamete nunc immis-
nere patri, facile periti rerum humanarū et simatores intel-
ligunt. Habemus ergo, quod metuamus ob plerasq; satis ad-
huc in illo regne firma, deq; priscis reliqua: nec deest, quod
sperare nos iubeat, ob inchoatas subuersiones eorū fulcro-
rum, quibus iniuxum hactenus etificiū illud amplissimum
imperij Turcici stetit. Sed præstat in metu ac sollicitudine
versari: quām vanas sibi spes fingere: quod ē nostris hactenus
plerosq; per quam imprudenter factitasse, fculni alieniq; fi-
ducia præsidij, nimis in felices Turcorū aduersus Persas bel-
li videmus. Nam metus magister optimus est comparandorū
in tempore subsidiōrū: fallax inanis imaginatio spei, mater
securitatis: qua pessū imperia cum reb. publicis iuere quon-
dā, & ire quotidiè perspicimus. Nec inter alia remedia me-
lius quidquā, vel ad cauendum, vel consulendum sibi: quām
rationes hostis omnes exploratas habere: quod præbet in-
primis historia, præsertim ab hoste scripta: & quidem liberē
ac sine fuso. Nō enim vereor, ne qui me diūturi sint veniales in-
Befestano Constantinopoli fabulas, mēdaciōrū plenas, hoc
scripto publicare. Testimonium res ipsa, vel opus ipsum po-
tius, de se præbebit. Quapropter partiendæ quodammodo
nobis operæ vobiscum, ô Principes. Scribamus nos histo-
riam, qui statum hostilis imperij corā inspeximus & me-
moriā rerum ab ipsis nacti sumus: vos historiam vobis po-
tissimum scriptam legite: perlecta, vires expedite: cū o-
pus erit, arma sumite: nunc opus in primis esse certō vobis
persuadete: & quia diuturno Turei contra Persas bello iam
liberi, consilio & impulsu Sīanis, iurati Christianorum ho-
stis, arma nobis ad primam occasionem: inducijs ex Alco-
raneo de Gauris siue Christianis decreto, moreq; suo hoc
ei factis & elusis, hand dubiè sunt illaturi: Reipublicæ salu-
ti maturè consulte: quid alijs populis acciderit, animis
percipite: malum hoc ingens à ceruicibus subditorum, à pa-
tria communi depellite: liberalitate vestra conatus illorum
excitate: qui secreta barbarorum vobis ad usum pandere
publicum gentisq; genio viuis coloribus effingendo, saluta-
rē cunctis operā nauare cupiunt. Ad vos, Augusti Principes

Periculum
à filio.

Metus
lutaris.
Securitas
perniciosa.

Impe-

Imperij, præsertim quibus more majorum creandi Romani
 Imperatoris ius est amplissimum: hæc propriè sollicitudo per-
 tinet: ob imminentia patriæ pericula: quib. orbis Christiani
 Principe alijs non adficiuntur: velut ab hoste longius remoti:
 & propterea bellis intenti ciuilibus, cōsilijs Reip. pernicio-
 sis, ambitione cupiditatibus immensis. Quod ab illis temerè
 cū manifesto discrimine totius orbis Christiani, negligitur:
 ad vos veros Patriæ Patres, spectat: Vos in illo rerum excelsō
 culmine propterea diuinitus estis colloctati: Vestra res agi-
 tur, Imperator Auguste, Septemviri Principes, Archiduces
 Austrij: vos ista cura tangit: dñi alijs reges hic altū dormiunt.
 Si cæteræ caussæ, graues alioqui procul dubio, nihil animos
 vestros aut patū mouent: autem saltēm patriæq; gloriæ vos
 æmulos esse conuenit. Ac de vobis quidem vestrisq; partim
 maioribus, partim consanguineis, Septemviri Principes, ut
 aliquid ordine dicam: tanto genti primū Palatinæ magis
 esse cordi debent hæc aduersus Turcam pro aris & sociis,
 hoc est pro religione Christiana, pro salute Germaniæ,
 pro sua pariter ac suorum in columitate, bella: quanto plu-
 res in illa verè Augusta Carolina nimirum familia, se Tur-
 cicis armis laudabiliter exercuerunt: deq; barbaris illustres
 etiā viætorias reportarunt. Annus hic sexagesimus & secundus
 agitur: cū Vienna, nobilis Austræ prouincia metropolis, à
 Spilemane, Turcarum Padischacho, maximis obfessa copijs,
 cum præsenti totius Germaniæ periculo, quo quis tormento-
 rū & cuniculorum genere grauiter, vt stimari facile potest,
 oppugnaretur. Eo tam necessario tempore, quid pro salute
 Reip. præstitū fuerit à Friderico Principe Palatino, secundū
 hæc Septemviro eius nominis secundo: tunc auxiliorum ab
 ordinibus Imperij Romani contra barbaros decretorū su-
 premo duee: qui VVolfgangū quoq; fratrem eius comitem
 habebat: quid ab circumfesso intra Viennæ mœnia Philippo,
 fratri eorūdē Ruperti filio: notū est orbi celebriū in primis
 historicorum opera, maximeq; plena recensiu narratione:
 quam Turcico Pandecti nostro Germanicè nuper edito sub-
 iecimus. Idē Fridericus anno post illa tertio rursus Impera-
 tor exercitus ab ijsdē ordinibus Ferdinando Regi subsidio

aduersus eundem Sultanum Suleimanem, Austriae fines innumeris denuò cum copijs ingressum, profectus: uno prelio XII c 10. Turcorum occidione deleuit, ipso cum duce Chasane Michaloglio; qui suorum cladi superstes esse non potuit. Eius nomen in historijs Christianorum nusquam positum, liber Musulmanæ XVIII. cum Beccanis Annalibus nostris exprimit. Ac memorabile, cæso tunc Chasane Michaloglio, sic & vetustissimam, & secundum Osmanidas clarissimam apud Turcos gentem Michalogliorum, tot facinoribus etiam aduersus Christianos nobilitatam, in terris esse debuisse: nulla deinceps ut eius apud barbaros inueniatur vsquam mentio: licet hodieq; suis vrantur Akenzilatis: quorum iure quodam antiquo Michaloglij duces esse solebant. Militauit etiam iuuenis aduersus Turcos Fridericus Septemuir, eius nominis Tertius: vester, Ian Casimire ac Friderice, pater & annus: militarunt expeditione Maximiliani Augusti longè splendidissima, sumptu suo copijs equestribus exquisitis vltro secum in Vngariam aduersus ultimos Suleimanis conatus adductis, VVolfgangus Bi pontinus agnatus, & Richardus patruus ac propatruus vester, qui adhuc superstes est, insigni canicie venerabilis, & inter omnes gentiles suos Palatinos ac Boiaricos Duces ætatis iure princeps. Hæc tam insignia tot Palatinorum principum erga familiam suam merita, si Principes Austriae suos ad animos, ut eos facere par est, reuocauerint: haud dubie, quantum Palatinæ virtuti debeant, ut libenter agnoscant: ita liberè profitebuntur. Ad te verò, potentissime Saxonum Princeps Elektor, ut transeam: maximus es Imperij Marecallus: quem prisci Praefectum Prætorio appellabant. Ad te præcipue cura bellorum, pro salute Reipublicationis nostræ gerendorum, velut ad ducem exercituum in his, secundum Imperatorem, auctoritatis primariæ pertinet. Quem more maiorum princeps Palatinus Septemuir, Imperij vicarius, togatis in Comitijs ordinum, & administratione civili, proximum ab Imperatore gradum obtinet: ut harum rerum periti arbitrantur: Is locus in pro cinctu,

cina&tu, castris, acie, quæties Imperatore præsente, Princi-
pes Imperij debellandis hostibus adesse tenentur, tibi ceu-
Præfecto Prætoriorum maximo, nec minus Imperij vicario,
debetur. Exempla quoq; tibi domestica sunt: cùm patru-
us Mauricius in hunc hostem copias his duxerit: & expedi-
tione priori iuuenis adhuc fortissimè se gesserit: Augustus
pater, præcinctu in barbaros ultimo, eoq; memorabili &
magno, domesticis impeditus ipse tumultibus, non equi-
tum modò copias subsidiarias insignes, cum clari nominis
equitum tribunis, Aschemburgo, Gleissentalo, Schulem-
burgo, miserit: sed ijsdem quoq; regia libertate, Seboten-
dori Quæstoris operâ, de suo stipendia præbuerit. Non
minora sunt his decora: qua meritis erga Rempublicam su-
is, & expeditionibus in hunc hostem suscepatis, longè lateq;
porrecto præporens Imperio Brandenburgica familia, non
ab uno sibi seculo peperit. Ad huius enim laudem præci-
puam pertinet: quod expeditione prima nostrorum aduer-
sus Osmaneos, tunc recens exigua parte quadam Europæ
potitos, quibus Gilderun Baiasites præterat, Muratis F. Vr-
chanis N. Osmanis pronepos, Sigismundo regi Vngarorum,
post Imperatori, fortè in primis operam navarit. Quip-
pe Ioannes Burggrauius Norinbergensis, vñus è maioribus
vestris, Brandenburgici Principes, anno MCCC. XCVI.
non modò copijs suis castra Sigismundi Regis, vt opem ei
contra Baiasitem ferret, adauxit: verum etiam prælio Nico-
politano, rebus Gallorum temeritate perditis, & iam deplo-
tatis, ipsum Regem in captiuitatis & vitæ disserimen addu-
ctum, consilio repentino seruauit: in nauim coniecit: Da-
nubio secundo Constantinopolim vexit: vnde Caloioan-
nis Palæologi Græcorum Imperatoris triremibus in Dal-
matiam rex deniq; suam rediit. Egregium profecto faci-
nus, & ingens in tantum Regem beneficium: cuius ferè nul-
la claros apud historicos exstat memoria. Sigismundum
quidem Augustum arbitror, cùm alijs majorum erga se ve-
ktorum officijs, iùm hoc insigni permotum conseruatæ
salutis merito, dignitatem Septemuiratus in Ioannis ger-

germanum fratrem, Fridericum Burggrauum Norinber-

gensem primum Marchionem Brandenburgicum, & suum in
eo principatu successorem, atavum tuum, Ioan Georgi
Elector, contulisse: cum Ioannes masculos ex senatos ha-
redes nulos haberet. Patrum vero nostraq; memoria, Mar-
chio Casimirus, Friderici I. Septemviri pronepos, avus Io-
an. Casimi Palarini maternus ut causam Ferdinandi Regis
aduersus Ianuifum Vaiuodam Erdelianum, Turcorum cli-
entem tueretur ac propugnaret: numerosas equitum pedi-
tumq; copias in Vngariam duxit: ac summus in eo bello dux
declaratus, strenue le gessit. Frater autem Casimiri, Geor-
gius Marchio cuius filius Georgius Fridericus, Prusorum
Dux adhuc viuit, Vngarorum regibus, Vladislao auuncu-
lo, & Ludouico Vladislai F. consobrino, longe charissi-
mus: & Ludouici praesertim adhuc adolescentis consilio-
rum moderator: ita de Vngarorum Republica, quoties i-
psius expromtis consilijs & auxilijs aduersus Turcos opus
esset, meritus fuit: ut regni procerum numero, consenti-
entibus ordinum votis, adscriberetur. Atq; vtinam pari-
tum eius consilijs fuisset potius, quam insanis Pontificibus
& monachis! Non Vngara, me Christus, Vngara dico? non
totius orbis Europaei Respublica, cæso Rege Ludouico.
nobilitatis extincio flore, cladem hodieq; deplorandam
acepisset. De Ioachimi II. Septemviri rebus in Turcos
expeditione tam prima quam altera gestis, eò partiū a-
gam, quod recentior est earum memoria. Priori quidem, ut
Friderici Maioris Palatini contra Sultanum Suleimanem
commilito, sic etiam Michaloglio Chasane cæso, victoriæ
particeps fuit. Altero deinde bello copiarum Imperij Ro-
mani maximarum Imperator, licet ea non gesserit, quæ ab
expeditione tali & tanta expeditabantur, ita tamen de recte
iudicantium opinione rem militarem aduersus barbaros id
temporis administravit: ut ijs obdurari non difficulter os-
possit, qui de rectis prauisq; consilijs & factis ex eventus en-
tentiam ferre solent. Sunt enim certa temporum momenta
quædam: cum omnibus in genere, tum maxime tyrannicis
statuta

Statuta diuinitus imperijs: quæ si nec dū adpetierint, frustatentare videmus heroicōs etiam principes; quicquid vel ad tuendum suas subditorumq; fortunas, vel ad repetendum ablatas iniuste prouincias, suscipiunt. Siā absolutō cursu quasi-que periodo sua, fatales iam vices metasq; cœlitus præfixas attigerint: tum ipsa mole sua nutant: tum hostis etiam cunctorum opinione debilis impulso præcipitata corrunt: ut orbis vniuersus mutationem prodigiam nō à viribus humanis, sed ab adspectabili & præpotenti numine, mirificares mortalium prouidentia gubernante, profectā agnoscat. Quapropter exspectanda quidem mutationum momenta sunt: à quibus Tyrannidi prorsus immani finem allaturis, haud procul abesse iam Turcos reor: non tamen è manibus interim iusta vobis arma pro defensione subditorū & Reip. deponenda: licet euentus institutis & consilijs honestissimis aliquando nō respondeant. Imminent profectio fatales Tyrannico vicissitudines imperio: tum alijs pluribus, tum ijs etiam de causis: quas digito superius indicauimus: & modo vel repeti, vel latius explicari, non est necesse. Saltē operi maturis consilijs, o magnanimi Príncipes, & apparatu rerum, admouete manus: ac Iouam Opt. Max. cœptis fauentē ac propitium experiemini. Præclaram vobis pollicentur lauream, & huc inuitant etiam ea, quæ non ab uno seculo iam in ore versantur omnium, oracula; Turcum ad amnem Rhenitribus à Regibus cæsum iri, vaticinantia. Non est, quod regum hic mortuorum opera & operam exspectemus: qui tres fuerint, & an omnino reges, maximè dubium est: vos isti reges estis, tum dignitate muneris, quo fungimini: tum potentia, non paucis regibus pares. Etiam pleraque vobis ad magnas eiusmodi motiones necessaria, tam præsidia, quam subsidia, parata sunt. Opibus firmi, copijs locupletes, gloria estis ampli, virtute honesti: à munitionibus, ab insignibus armamentarijs instructi. Duces in auctoratos semper habetis: nec peditū vobis legiones, equitum sive turmæ desunt. Potestis etiā plurimū ad excitandos ceteros Germanie principes, ex auctorato, quā obtinetis ad omnes amplissimam.

Quam-

Quamobrem in hanc curam incumbite serio, Principes maximi: non perpetuo duntaxat beneficio vobis Rempubli-
cam deuincturi: sed etiam nomini vestro parituri famam ad
posteros immortalem.

IACOBI TYPOTII DE BELLO TURCICO AD CHRI- stianos populos

ORATIO I.

DEO inimortalí quis obluctabí-
tur, Mortales? Quid mortales & D **s**i
immortalis perduelles, nimio plus exti-
mescitis, Christiani? Quis vos ô non Chri-
stiani à nobis & vobis disiungit? ac quem-
admodum corporis eiusdem artus lace-
rat, diuellit, dissipat? Hæc nostra tabes est, & totius clavis
nostra causa. Quamobrem vos appello, quos in eandem
societatem, & veræ beatitatis compaginem, S. Spiritus con-
cordia altor & auctor conuocavit: & quo nomine appel-
lem vos, nescio. Immortales non estis, qui nati estis: Mor-
tales ipsi vobis non videmini: qui, ut nunquam morituri,
viuitis. Quis vos Christianos censeat, qui non estis Christia-
ni Christi nomen placer. Audio & gaudeo. At si vnicuiq; no-
strum Christi nomen placer (suave enim & melle dulcius)
ita animi dolores lenit, & curis leuat; quoties animum su-
bit, quid vita Christi, quid doctrina illi displiceret? Saluta-
ris hæc est: illa verò Canon regulæ conformis. Nulli Chri-
stianorum non probatur, cùm pietas Christi, tūm discipli-
na (audio enim indignantium mihi fremitum) quanquam
caritatis exemplar Christus à feritate nostra & discordia
multum

multum differat. Si nemo est vestrum, qui non laudet no-
 men, ac celebret institutum Christi; quid non cum lau-
 datione Christi, insistimus vestigijs Christi? neq; enim me
 à vobis segregos Fratres. Homo sum, & non tam generis,
 quam erroris humani consors. Auocat me saepius; & ali-
 quandò fortasse, vestrum aliquem, à Domino Deo meo,
 quæ, non dico amentia (quanquam amentis sit, scelere
 mentem polluere) sed n: faria, Captiu: furori non inuenio
 nomen) libido. Quid facio Christianum? non querro, quid
 facitis o Christiani non Christiani. Quoties facio, quod
 animo cupiditate enormi aliqua inflammato collibitum
 est; toties non facio (proh dolor) quod Christus fecit aut
 docuit. Quo me miserum! Atq; vtinam ego solus forem lè-
 fæ Maiestatis diuinæ reus: stolidi enim est, aliena calamiti-
 tate in lucu animum delinire. Sed vereor, & multum qui-
 dem vereor: vt mihi multi sint, & nimis (proh pudor!)
 multi hoc, quo grauius nullum est, malo non intacti. Va-
 ria indies vnicuiq; nostrum, in horas eueniunt, funesta,
 dira, horrendæ quæ, vita integra, non euenirent: Iustus
 enim est vniuersi Princeps. Cùm igitur vnuquisq; nostru
 subiaceat ærumnis; nemo est liber à crimine indicandus.
 Quid ago? Exprimit omnibus confessionem veri mens
 obliqui conscientia: ne quis mihi succenseat me castiganti, &
 in scelerum socios inuestito. Erumpit enim vera vox: &
 seruus peccati, liberè dicam, peccavi. Vtinam non pecca-
 remus! Nam o Christiani, quotus quisque viuit Christiana-
 nè? Habetis conitentem reum: & quis se iudice absolu-
 tor? Expiantur itaque non tantum priuatim, sed, & pu-
 blicè peccata nostra Christiani. Quanquam enim ple-
 antur quandoq; insontes: quod virtus duris rebus, melius,
 quam prosperis inclarescat; plerumq; tamen pœna adæ-
 quatur delicto, si omnino adæquatur. Euertuntur do-
 mus: quatuntur vrbes: labuntur regna: tentantur ciu-
 tates: Resp. mutantur: Christiana societas disruptur:
 terrarum orbis nutat: & cœlum deniq; minatur ruinam.

Quæ scelerum pœna est, quam nostra & parentum nostrorum non vidit ætas? Non est tamen ea quam licentia ista perenndi, perdendiq; omnia meretur. Misericordia Dei est: quidquid nobis reliqui est. Hoc cœnum terram calcat, & Dei regiam contemplatur? nec sceleri dehincit terra? aut impium caput fulmine D^s v^s iustus ferit? Mansuetudo Filij mitigat iusticiam Patris. Quod si iustè, quām & quē, mallet agere præpotens ille vindicta, cuius nutu omnia gubernantur: non excidio gentis, at incendio, quem habemus, globi, peccata deterentur: & pulchra hæc machina, luminibus distincta, motu varia, visu stupenda, in antiquum chaos dissolueretur. Memor sui, id est, lenitatis suæ Deus, quæ non probat, mutat, quæ munus admittunt, sanat: ad vrendum aut secundum tardus accedit. Nec eam Medicus corpori vnius curam impedit: quam operam D^e v^s adhibet curationi omnium. Teneros & molles animos animat successu rerum constantes exercet utraque fortuna: s^apiùs aduersa, auersos ab omni humanitate, & sibi temere obliquantes, qua hiant, cupiditati permittit. Hoc videre est in vita priuata: in Rep. multò spectatius est arbitrium Dei. Ordo in primis in tanta hominum colluie, à Deo est: & quis, si non Deus Magistratum instituit? certè non nisi prouidentia Dei, homines à se mutuò dissentientes, in mutuam societatem consentiunt. Aut censemus calida cum frigidis immundi fabrica esse tanto studio atque industria à D^e o coalita? neglectum compaginis humanae vinculum? Si Deus concordia auctor est (non enim vult dissipari, quæ colligit) discordia causa, peccata sunt: quæ Deus vetat, & proportionem dissuunt: in qua velut in cardine res Mortalia, adjungam & Immortalium versantur. Hoc intelligit, qui vices Dei gerit, Magistratus: & pro tribunali ius dicit. Si iustè, bene est: quamdiu enim iustè, tamdiu tranquillè gubernatur Res publica, nec suauior est ullus vocum concentus, quām iusti harmonia. Nam Magistratus semper fal-

pe fallit & fallitur: laudaturque magis, quam colitur iustitia. Suscipit igitur tutelam iusti Deus: & armis abs opprobrio leges vindicat; plane ut Medicus: qui acria expedit: postquam mitia remedia vulneri nequidquam applicavit. Hoc in aliorum Republica spectare lubet: in nostra inuit: nec ad voluptratem oratio comparatur. Quo tempore Carolus V. Imperator, imperij & regni insignia depositus; Reip. fortuna erat non iusta, & paullò post, quies. Subsidere bellorum impetus scilicet consueverunt: & nihil violentum est aut potest esse perpetuum. Lasciare paullatim animi, ut in pace sit: nec quietem ferre, ut impatientes sortis sumus, fluentibus ad libidinem rebus. Perturbatis animis, turbatam esse Reip. faciem mirari non debemus. Hoc prudentes viri satis admirari nequeunt: motum non sedari, qui tot Reges ac Principes perdidit: tot regna ac ciuitates, viribus & viris exhaustis. Remp. Christianam deniq; vniuersam labefactat. Quid sedari dico? Multi sunt, qui Remp. male motam impellunt: ac quasi non satis sit domi virium, teterimum Turcarum tyrannum accersunt. Hos optimus quisq; execratur. ô Christiani, cū hoste nominis pietatisq; Christianæ fœdus feritis? nec vobis, I E S V C H R I S T I in mentem venit, in cuius verba adacti estis sacramento? Miseret me vestri, ô Christiani iam non Christiani! Potentior hostis cogit. A Deo ut desciscatis? Integra religio est; qui, si mens fœda? Nec Turcis sunt, contra Deum vires. Libertas defenditur, Deus non oppugnatur. Quid sceleri prætenditis? Deo certè nemo potest resistere. Verum qui Turcas in Christianos ciet: nonne Christi gregem dissipat? antiquat nomen? Hoc enim Turcis propositum est. Res nostras, aliorum ruina confirmamus. Nunc demum audio, quæ vobis caussa sit cum Turcis coniurandi: & eò magis miseret me vestri, Mortales. Quid enim Christianos dicam, qui res ceducas, fragiles, fortuitas: cum beatitate Christi commutant? Brevis hæc vita est: & ut vt longæ, extre-

extremum est mors. Quò ruitis? Animæ salus, animum
ægritudine laborantem non tangit. Tangit tamen fama.
Esse, qui rem Christianam Turcis prodant, fama est; &
hæc fama in litteras referetur: cum infamia nominis ve-
stri indelebili atq; sempiterna. Hoc mihi cogitatote:
quoties in Christianorum perniciem Turcas quasi dor-
mitarent nefario consilio incitatis? Quod si nec fama no-
minis terremini: quam nemo sapiens vñquam contem-
psit; fugere vos non potest, quid velit Turcarum Impe-
rator. Hostes nostros, nobiscum eversos vult. Recte diuin-
natis: quia non tantum vobis assentitur in ruinam Cæsa-
ris & Regis Catholici; verum etiam vos cum omnibus
Christianis fractos mutuis viribus, tyranndi suæ desti-
nat. In tempore obßistemus nimis cupiditati. Quo, ama-
bo, tempore? Debilitata Austriacorum potentia. O im-
prudentes, non miseris tantum! Austraci pro salute
Christianorum terra marique excubant. Quemadmo-
dum igitur ouem lupo intra fauces manifestè tradit, qui à
grege opilionem amouet; ita Christianos Turcarum fu-
rori & immanitati exponit: qui potentissimos Monar-
chias à gubernaculis distinet atque remoratur. Nec facile
vobis erit potentiam lege firmatam & successionem vali-
dam infringere. Bregætium Turcarum est (doleo & me-
cum dolet optimus quisq; Christianorum: à natura enim
videbatur obiectum libidini Barbarorum.) Sed deditio-
ne; ad quam præsidij præfectum non virtus Turcarum
compulit: Et si quid aliud in Hungaria hoc bello Turca
occupauit (quid enim vulneri manum admoueo?) Sinan
Bassa emit, vt mercatorem decuit, non expugnauit: ne
plus iusto tribuatis robori Turcatum. Atq; vt infringi
possent Austriacorum vires; an hoc sit è Rep. Christia-
na, videndum est Christianis. Nam sine maxima rerum
omnium mutatione, quæ leuioribus in causis prudenti-
bus viris suspecta est, ne imperium quidem iam diu in una
familia inueteratum, ad aliam transferri potest. Quid de
hæreditariis

hæreditario in regnis iure dicam? quod violari nec potest, nec debet; si non Maiestas simul diuina violetur. Sed quoniam inuidentia alienæ fortis vos occæcat, esto: Liceat per Deum & homines ad alios principes deferre axioma imperij, & tot regnum fasces. Nam qui partiuntur inter se regna, & vrsu nondum prostrato, pellent dividunt; nihil aliud volunt istis, quibus nunquam vestientur, exuuijs: quam per partes opprimi à potentiori hoste. Liceat, inquam, quod nullo iure licet; quæ tandem familia est generosior Austriaca? non dico generetantum: at genero & virtute. Non enim reor plebem alicubi odio Principis non boni, ita à Principe etiam bono abhorere, ut licentiam viuendi optet: quæ tam corruptis moribus diuturna esse non potest: & semper desinit in tyrannidem. Tot seculis multa, quæ laudaveris, nihil ferè quod reprehenderis, in summa Austriacorum potestate, quæ raro alibi moderata est, potuit inueniri. Nostra ætas in Principum aliquem detonat; si verè, non videtur Principis a temporis vitium. Magna quippe est, & semper fuit Austriacorum lenitas, vigilancia, pietas: non dico, religio: suam. n. quisq; religionem mordicus defendit; alienam non civili animo oppugnat. Pij fuerunt & sunt erga Deum: in societatem lenes. Pietatem testantur magnifica templa & varia Xenodochia: lenitatem, vrbes & orbis. Quid lenius Carolo Quinto in victoria? quid eodem militiæ ac togæ vigilantius? Eadem laus Maximiliani Primi extitit: Maximilianus Secundus omnem temporis memoria manuetudine superauit. Rudolfo Primo multæ ciuitates immunitatem; multi Principes, varijs eiusdem familie Imperatoribus, referunt dignitatem cum omnibus fortunis, nisi plane ingrati esse velint, acceptam. Qui nunc rerum potitur, Rudolfum Secundum vobis non commendo. Benignitas est, & bene de omnibus promerendi studium; à quo etiam inter hostes laudatur. Cuius iam animi est nec secundis rebus effterri, nec desperare aduersis? Qui

autem calumnijs malevolorum expositus est, Philippus; Hispaniarum & tot regnum Rex: munificentia omnium animos occupavit. Prætereo Ferdinandos, Fredericos numina nō nomina: quis enim tantæ virtuti verba adæquet? Cùm his principibus viris, verè viris & principibus comparate eos: qui scelere occupant Tyrannidem: qui potestate insolecant: qui fana diripiunt: qui Deum non metuant: leges vinciant: & arbitratu suo arreptum gubernant imperium. Non quotquot legitimi Principes sunt, & hoc nomine non indigni: hi omnes ferè aut affinitate coniuncti sunt cum Austriacis: aut maternum genus abs Austriacis derivant. Sigismundus potentissimus Rex Poloniae & Suetiæ rum Austriacus est aquila stirpe: tum cōsortem regnum habet Annam Austriacam. Potentissimi Principis D. Caroli, Ducis Sudemauniae Nericiæ & V Vermandiæ, Principis & Proregis regni Suetiæ vxor Christiana Dux Holsatiæ, inter auas Austriacam recenset. Eadem sors prioris coniugis Palatinæ Comitis fuit. Dies me deficeret, si Principes Germaniæ & Italiæ omnes recensero. Quid ocio vestro abutor? Omnes sunt, cuiuscunque tandem riui, eiusdem fontis. Cum Burgundiæ Dacibus affinitatem olim contraxere Borbonij: vt inter quos iam bellum est, sanguinis quædam coniunctio sit. Carolus Dux Burgundiæ, cognomento Audax, Britaniam vxorem duxit: & Regem à suis eiecitum in Britanniam reduxit. Ita clarissimus quisque Regum ac Principum Germaniæ, Italiæ, Galliæ: non Poloniae tantum & Suetiæ Rex ac Princeps: genere cum Austriacis: quibus nunquam senescens Burgundiæ gloria, qua nulla in orbe terrarum fuit rerum gestarum laude vlo unquam tempore, ne Heroico quidem, gens clarior fortunatè inserta est; quin & beneficijs constricti sunt. Et quæ, malum, hæc dementia est, quibuscum sanguine coniunctus sis: quibus fortunas aut vitam debeas, horum regnainnaderet? populari agros? vrbes cuertere? appetere sanguinum?

sanguinem? Fuit ea ~~et~~ satis Tyrannorum olim nullos magis quam propinquos infectantem: à qua Principes Christianos in primis terros, velut ab insigne macula, peruelim: Austriaci profecto à tanta feritate absunt plurimum: nec innumerosa sobole Maximiliani II. ullum odium tumet. Prægraues fortè alijs sunt; & ut magna potestates, omnia appetunt. Bona verba! Philippus in Anglia vixit penè priuatus. Erat maritus Reginæ Mariæ, non Rex, inquietus. Hac rame quæcunque conditione, Elizabethæ, quæ nunc regnat in Anglia, vitam seruauit, placata uxore: & primo res Anglorum non seruili obsequio, sed mutua benevolentia, sibi obstrinxit. Regno à patre accepto, non est elatus fortunato belli successu: at Gallo petenti pacem dedit: & quemadmodum comediarum rixæ in nuptias definunt, ita connubio bellum finiuit. Nulla erat armorum causa, immo permagna. Iacet etiamnum inultus Carolus Audax Dux Burgundiæ: & Galli in aliena victoria ducatum Burgundiæ occuparunt. Hoc argumentum sit moderationis Philippi: quem omnium dignitati atq; possessionibus inhibere multi criminantur. In Galliam misit exercitum subsidio Regibus frequenter: Misit & Catholicis auxiliares copias: certè ut suis sua quæc facio: cùm antè regnandi caussa Dux Andegauensium in Belgium venisset. Quid Gallia cum eo Rege iniuriarum agit, in quem prius existit iniuria? Iam non regnandi, at socios defendendi caussa, ex foedere Alexandri Parmæ Ducem in Galliam amandauit. Mutato rerum statu, non diducit præsidia. Audio; sed Henricus Gallæ & Navarræ Rex. Cameraco non contentus, vicinis bellum minatur: & Regina Angliæ, cupidè hæret in visceribus Zelandiæ. Peccandum non est exemplis, at quo te obligas, crimen in alio reprehendere puridum est. Ego non ita nuper ex regno Suetiæ veni: non è concilio Regis Hispaniarum. Verum, haud dubito, restituet instis dominis sua Rex: si sua ab iniustis possessoribus eadem lege receperit.

recepit. Armato Regi Principes & subditi non videntur fidere. Belga sum, & patriæ amantissimus. Cæterum quid arma retinemus? quæ regi eripimus. Nostrum erat leges accipere, non dare. Quandoquidem mutata conditio est: leges offeramus: sed, ne Nemesis improberet, non iniquas. Tempus designetur: quo omnes abs armis discedant. Hoc quibus probem, nescio. Aut ratio, aut necessitas eò omnes coget. Bellorum omnium, non civilium modò, pax est finis, ut motus quies. Non facile est militem à bello ad pacem traducere: concedo, præsertim Belgam: quæ caussa fuit maioribus nostris non temerè armandi plebem. Quin & cataphractis Equitibus serò stipendia annua, & inuitis penè Ordinibus constituta sunt. Bellare lubet: est, ubi licet, si liber. Vbi? queritis. In Italia & Hungaria: utramq; enim suam ducit Turcarum Tyrannus. nec alia breui erit Italia, quam Hungariæ conditio: nisi arma & animos coniungatis Christiani. Germaniæ nihil mali ominor. Discordia nostra, Orientis Imperatori, ianuam aperit, ac totius Occidentis imperium: & nisi mores mutemus (discordia enim animi, ut principio orationis sum questus, alit Rcp. discordiam) qui nunc seditione & seditionis nominibus distinguimur: cogemur simul omnes (quod omen Deus, qui potest, auertat) sub abominandam seruitutem Turcarum. In fabulis est ranas ignauiz Regis pertænas, à Ioue successorem postulasse suffectamq; Trabiciconiam. Fabulosum non est, Constantinopolitanos yrbe & imperio expulisse Balduinum Flandriæ Comitem: in cuius sanguinem Austriaci per ostia Burgundia influxerunt: nec serò post redactos esse in potestatem Turcarum. Et quibus iam exosa est Austriacæ clemens gubernatio: his imminent Turcæ: quibus (ut de religione raceam) nihil immanius, nihil atrocior, nihil inhumanius. Hi sunt milites: quis iam ipse, qui tantæ feritati imperat? Non quero quis iam de nobis triumphet? Fortuna enim & mores diuersorum diuet si esse possunt & solent.

lenti. Quisquis Turcarum imperium suscipit, is more à
 maioribus accepto, parricida est: & à propinquorum cæ-
 de, vt de successu iudices, regnum auspicatur. Deus bo-
 ne! quo enim te alio nomine venerabor? concionem hanc
 supplicem supplex adduco: pauci enim sunt, qui Patri tuo
 nequidquam repugnant: multi, qui de diuinitate tua, &
 doctrina piè sentiunt, & ante thronum Maiestatis tuę me-
 cum prosternunt: In quanto vitę, & quę vita potior est, sa-
 lutis discriminē versamur, te non latet. Vides vt bellis ci-
 vilibys iuxta atq; externis Resp. nostra, aut verius tuę
 dissipetur: nostro scelere ruimus. Fateor: & quod de-
 precamur, imprecamur nobis mutuo exitium. Sed hęc no-
 stra siue debilitas est, siue prauitas. Tuę potentię est, la-
 bementem rerum nostrarum statum restituere: tuę bonitatis
 est, nostris malis in tempore mederi. Ferocit Turcarum
 barbaries; & in te blasphemā inuictitur. Iusticiam Patris
 tui, vires suas ducit. Te non posse, qui noluisti nobis sub-
 uenire propter peccata, iactat. Nec Turcarum modò, qui
 nominis tuo ter sancto bellum indixerunt, hic furor est: sed
 nostrorum etiam multi fortuna religionem imprudenter
 ponderantes de tua pietate, quę se ipsa contenta est, im-
 piè sentiunt. Hinc transfugę illi quorum armis perimur:
 quemadmodum suis ipsę pennis aues configuntur. Nec
 enī ita ambitio quenquam dementat, vt quamdiu in te
 spem collocat, extra Ecclesiam figat sedem fortunarum.
 Cū igitur non vita tantum nostra periclitetur, quę tibi
 morte constat; verū nominis tui, quod toto cælo & ter-
 ra celebre est, laus ac gloria violetur; tempus est, tempus
 est, vt pereentes abs interitu vindices: & cladibus nostris
 in hostes auersis, nominis tui diuini decus, à conuicijs &
 blasphemia barbarorum hominum liberes. Quod vt facias,
 & quidem extemplo facias, te supplices etiam atq; et
 iam vehementer rogamus. De Turcis dicere ceperam:
 & Christi opem implorauī contra Turcas: Dei contra
 homines. nihil addam amplius. Bene est; iacta sunt funda-
 menta defensionis meę. Quamobrem bono animo estore

Christiani; qui verè estis Christiani. Deo immortali,
Mortalium nemo potest resistere. Deo igitur duce super-
tabimus inimicos & perduelles Dei. si volumus. Volumus;
volumus; Accipio omen: & piam voluntatem Deus com-
proberet. Victoria nostra est: si volumus. Quid ni vellemus?
Non salubriora sapientium concordiam, eundemque con-
sensum. At non satis scio, an me omnes intelligant. Vel-
le enim debemus, quod Christus vult. Vult autem societa-
tem, non seditionem: amorem, non odium: pacem domi,
non bellum. Non enim fortitudinem damnat pugnan-
tem pro æquitate, ut nonnulli contendunt: sed ornat suc-
cessibus, & eventis stabilit. Quin & natura docet, quod
iure nequis, id armis reperas; brutaque animantia, quorum
natura integra est, vim vi repellunt. Verum enim uero si
pacem nobis inter nos commendat Deus: bello nobis cum
hoste non interdit; si non nostri, amore saltem Christi,
in mutuam societatem maturemus. quanquam & nostra
plurimum referat, pristinam restitui in Rep. concordiam.
Nam si quid mali hominibus unquam accidit (quid autem
non accidit indies, miserrimo Mortalium generi?) id omne
auget in horas discordia, & ciuilis rabies exasperat.
Rerum querendarum magna difficultas est; longè maior
conseruandarum. At postquam belli ciuilis buccina in-
sonuit; clauduntur, aut diripiuntur tabernæ: agri vastan-
tur, non coluntur: honestatis studia deseruntur, non ex-
erceuntur. Iusticiam iusto pioque bello inciditur quoque: sed
in illa quiete, suæ quisque domi tutus est: hosti communibus
animis & viribus resistitur: virtutemque admiratur hostis,
non ciuis tantum colit. Hic hostis extra vallum est: iste
intra eosdem parietes: quo metu? quo periculo? Non con-
tubernium: non amicitia: non sanguis: non virtus: non ipsa
de qua agitur, religio, alterum ab altero defendit: Vbi spes
prædæ, ibi sat causatum belli: atque hæc indies uniuersæ im-
pendent: nec innoxio viatori parcitur. Si iustitia armis
defenditur, quid arma geruntur iniuste. Conticescunt
inter arma leges. At legumlator Deus, querentium vo-
ces.

tes clarè exaudit. Et bellos belli duces, mutuis vulneribus confessos, quocum colludunt, hosti obijcit. Macedones Græcis post sociale bellum, liberè imperarunt: Et Romanis Macedones in partes diuisos facile oppræserunt: Romanos Gothi & Heneti, imperijs distinctos inuaserunt: Turcas Græci iam Christiani, quasi viam nescirent, in patriam manu adduxerunt: Vos tamen, quorum exitus periremescitis, eorum facta cupide imitamini. O mileros, uti querebar ante, & imprudentes! Non iam de ignomina ago, à qua generosa mens abhorret: agitur de salute vestra & libertate: Quorum oportebat in semper eternum tempus, fundata esse Rep. seruandæ consilia: hi posteros Turcis dedunt in seruitutem. Olabem nominis! ò cladem gentis! Nec ipsi extra discrimen sunt, ut prius asseverabam: Barbari enim torrentis instar, dicto citius omnia peruadunt. Et ut torrens imbre auctior, depressa quæq; inundat; ita sibi non potest, ubi semel inualuit Barbarorum estrenata cupiditas. Cum Seruæ Despota erat quondam Turcarum Tyranno affinitas, non societas tantum: quæ quoniam sacerum tutata non est, aduersus generum; neq; vos defendet aduersus successoris libidinem vlla fœderis religio. Si, quod Deus non vult, vos experire videmini: Austriacos, qui in statione sunt pro Rep. Christiana, loco depelleret, & claustris imperij submoueret. Nunc Turcas formidamus: quanto magis formidabiles subiecta Italia? eversa Germania? Animaduertitis, quanto in periculo, non posteritas modò vestra: sed & præsens rerum vestiarum status versetur. Per Regem Hispaniarum, alijs regnare licet: Sub Imperatore multi regnant: & quidem beneficio Imperatoris, operæue Hispaniarum Regis non pauci regnant: etiam si Regis nomine non omnes salutentur. Tyranus Turcarum, vni censem in terris imperium deberi: quemadmodum unus est, qui cœlo præsidet ac superos gubernat: & se Deo, cuius Filium oppugnat, petulanter confert. Imperia Orientis & regna omnia conculcauit: Venetis & Rhagusijs

grandi ære libertatem vendit: si hoc est vendere: & non modò omnia violentiæ opportuna inuadere: verùm, ut Theffalocensibus accidit, libertati, postquam tributo veluti iugo assueuerint, terra & mari imminere. Non fert ciuitates aut dynastias: omnia vnum sibi vendicat: Bassa Solastris, & si quæ alia tyrannidi famulantium nomina sunt. Herus enim est vnum omnium: & quia herile Turcarum domini imperium est; vnius omnes Turcæ servi sunt. Quātò iniquior conditio Christianorum, quos dira necessitas mancipijs istis mancipat? I nunc & Ottomannos mihi cum Austriacis considerato. Ego Christianos cum Barbaris: Principes cum Tyrannis: feritatem cum humanitate, vobis sub aspectum non adduco: nec fas est, & lucet ipsa per se dissimilis similitudo: Vindictæ fortassis spes intercipit lumen: nec patitur discrimen cernere: Satis constat inimicitias amicorum, & coniunctissimorum hominum, si quando amicitia læditur, grauissimas existere: quod læsi sint ab his, à quibus minimè oportebat: verùm hoc pauci cogitant: vt tri competit iniuriarum actio: fieri hercè plurimum solet: vt qui maximè injurius est, de altero nihil malimerito grauissimè queratur. Hoc autem iniquum est: vt omnis honesta ratio est Principi, si facessitus sit, expediendæ salutis, dignitatisq; propugnandæ. Queruntur Bataui & Britanni, Principibus suis percussores submissos. Ego factum nec diluo: (Princeps enim Auraicus glande iæsus in socia vrbe cecidit) nec probo. Quanquam enim ita in Attrebaten quondam socium pugnarit C. Iulius Cæsar; militis non sicarij operam Principi commendarim. At quæ cauſa fuit his, qui Philippo regi à consilijs sunt, tranſeuſdi in mores Paganorum? Nā Philippi indoles non modò à criminе: verùm etiam à ſuſpitione criminis libera eſt. Nihil crudele in mansuetudinem Austriacam cadit. Angliae Regina, audiet à me ſine contumelia: quod ſibi ipſa laudi ducit. Si non bellī ciuilis fax eſt; toto hoc bello, Regi Hispaniarum, virili animo aduersata eſt. Nec de Princeps Auraico alia referam: quām quæ:

quæ Comes Mauricius non modò refert, sed imitatur. Multas ciuitates ad defectionem compulerat Princeps. Fortiter Regina & Princeps: quam prudenter, qui in Rep. versati sunt, mecum vident. Dulcis suapte natura libertas est: quam si qui Priacipum nimis defendunt, se ipsi offendunt: & populo vngues ostendunt, quibus regna funditus euellant. Sed Regem Hispaniarum, quod tum ipfis erat propositum, ab alienata florentissima Belgij parte ad has necessitates, non absq; maximo Reipub. Christianæ detrimento compulerunt. Et miramur Hispanos Regi suo auctores esse, iniurias vindicandi? Mihi quidem non placet eiusmodi vindictæ ratio. Verùm, qui alijs vim inferre non dubitant, nimium ne querantur illatam: hoc hac in caussa potius secum statuant: Christiano gloriösius esse, ferre, quam inferre iniuriam. Quin & magno animo, non tantum Christiano laudabilius olim visum est, iram refrenare, quam hostem vincere. Si maior est auiditas vindictæ, quam quæ ratione sedari potest: seruate modum: ne qui maximè potest, stultam Deus comprimat iracundiam. Non enim solus Ajax Sophoclis, in gregem exequitur: quod in Cræcos Græcorumq; duces statuerat: & tandem, quam socijs ne quidquam intenratarat, necem sibi ipse conscient. Sed multi passim pereunt: qui alios perditos aut euersos volunt: Eteocles & Polynices se mutuo trucidant: Pompeium Cadizæ victoria Cæsar vicit. Quid fabulis immoror? aut ex Historijs ergo exempla? Nostra ætas habet: quæ posteris suppeditet. Nullum tamen improvidæ vindictæ spectrum lucidius est, Henrico Tertio Galliarum Rege: postquam Cuiorum sanguine cruentasset manus; à Monacho, insigni astu, imperfecto. In hunc oculos conciijciant: qui quærunt, quos perdant iniustè: ut iusto Dei iudicio male pereant. In discordia nihil ulli est terti: quibusq; hostis sapè parcit: Regibus sua quoq; regia hostilis est. Nec liberamus nos auctum ipsi doméstico, externæ quæ clædis caussa, malo? O nos miseris & imprudentes! Repeto idem cum maximo animi mœrore sapienti. Romani

ad comprimendam seditionem domi, bellum foris excitant: In nos Turcæ debacchantur, nec sapimus. Quid superest? ut quia nec nostro nec alieno malo sapimus; nostro exitio posteri, in Republica melius gubernanda informantur: velintq; quod Deus vult. vult autem, ut prius dicebam, Reipublicæ salutem & vniuersitatemque nostram: quæ cum discordia non est, nec fingi potest, Deo aduentante. Dicata est hostium manubijs Anglia: sed Gallia exsanguis est, & redacta ad gestatem. Batavis bellum quæstusum est: at sociales prouinciæ in magna miseria sunt atq; calamitate. In Italia & Germania etiam aluntur & occultantur similitates: hoc capitaliores sunt, & non sero in motum exitium maiori impetu erumpunt: si non Deus, quæ nostra culpa ruunt, sua miseratione instaureret. Nam ut corpus ad tabem citò tenderet, cuius membra inter se pugnarent, & sibi mutuo alimenta subtraherent; ita Resp. diu stare in columis non potest: in qua pars altera eget: altera diffundit opibus. Sua sint vnicuiq; membrorum: nec hoc grauerit, illud egeat succo: si corpus saluum, aut saluam Remp. volumus: Sua sint vnicuiq; membrorum: quod optare facilis est, hoc rerum statu, quam sperare. Quid enim speramus salutem partium, ante compaginem, & totius salutem? Difficilis forte curatio est. Non meo iudicio. Qui magistratum à Deo acceptum gerunt, in gratiam redeant. Populus Magistrati pareat: Hæc facilis est totius & partium, quod necessaria salutis ratio. Laconica consilia me non fugiont: qui potentissimo Regi Succiæ Ioanni Tertio eram à secretis: & aula, non Academiæ tantum præcepta gustavi impubes. Sed pleraq; diu speciosa sunt & principio stupenda: fæciu admodum laboriosa: exitu funesta, aut successu ridicula. Quid me abdoinihil bene sit: quod non sit iuste. Quocirca desine mihi querere: quam id, quod in deliberationem cadit, factu gloriosum, quam successu vtile sit: & id modò vide, quam iustum. Nam ivanem cupiditatem, iniustam potentiam, aut sordidum quæstum: maxima sape incommoda nec minor

minor infamia, & atroces pœnæ subsequuntur. Si iusta tantum proportione opus est, ad sanandum publicæ domesticæq; seditionis contagium; quid sedetis viri Principes? & non in mutuum amplexum consurgitis? quid vos à vestris met commodis auocat & publica salute Populares? Magna Dei offensa est. Tremo gemens. At tanta placabilitas, ut quoties lubeat, toties liceat cum Deo in gratiam redire. Qui tām facilem habemus Deum, rerum humanarum, sine controuersia, dominum & Regem regum. Nam ut abs uno sunt omnia: sic unius est, quæ potenter condidit, sapienter omnia gubernare. Conciliari nobis syndulos non patiemur nostros? amentes nō amantes Dei, poscimus Deum & impetramus veniam delictorum: nec condonamus fratrum delicta Deo? Satis Christiani sanguinis fusum est: En Gallia albet ossibus! en Belgum fluit cruento! en Oceanus rubet! Mementote tandem conditionis vestræ: & in Iesu Christo coniunctionis nostræ. Mortales sumus: quid immortales inimicitias alimus? Christiani sumus: quid cū socijs & non cum hostibus Christiani nominis, bellum gerimus? Hispanos odio plusquam hostili odistis, fuerunt ramen commilitones vestri: & sunt, quibuscum Carolo Quinto Imperatore, & Philippo Rege, de hostibus saepe triumphasti. Dominos nostros non recipio: belli socios non recuso. Nam à re militari & nunc & olim bene audierunt. Est, quod dicitur in Hispanos & verè fortassis dicitur: homines enim sunt. Verum magna quæq; imperia sunt, & semper fuerunt obnoxia inuidentia: ut & quins ferre viri fortes contumeliam debeant: & nos mitius crimina in temperanter obiecta interpretari. Nam si convitum, vitij argumentū est: natio: nulla est quam non derurpet hominum lingua in alienos mores procax. Violentiores erant principio belli. quid in virtutia transitis? & immoderata fertis blandientem ultra modum fortunam? Ego maledicta prætereo tacitus: Ego fortes Hispanos, Martios Belgas, constantes Germanos, pugnaces Italos, alacres Gallos, exercitos Britannos, ad mutuum amorem, benevolentiam

uolentiam belliq; sc̄ie et atem cohortor. Ego cupidis belandi, arma non eripio: sed, quæ in se ipsi stringunt, vt, Christiani cùm sint, in Christiani nominis hostem conuertant in tempore labore. Quid cunctamini Auditores? Si religionis cauſa; Turca est, qui sentit in religione non aliud modò, quam vos. sed in religione à vobis toto cœlo distat ac diſſentit. Sæpius deſtititis controuersijs, reſtituta Ecclesiæ integritas eſt. Quicunq; Turcarum ſubeunt iugum, nunquam exuunt capiſtrum: aut vt amarior ſit, guſta libeſtate, recidunt in ſeruitutem. Ioannes Huniades fregit Turcas aliquot prælijs: Vladislaus Hungariæ Rex & libertatem & dignitatem regni impigre tutatus eſt: Matthias Corvinus tristiſeruitute omnes voluit, multos liberauit. Idem animus Scanderbeij. Sed vnius vix ætatis libeſtas fuit: Turca ſubito amissa recuperavit. Par fortuna Catoli Quinti Imperatoris in Græcia: Philippi Regis Hispaniarum in Africa extitit. Obsistamus igitur hoflī prius vñanimes; quām clauſtra imperij pertruperit: & auctis viribus nos maiori impetu obruat. Pænitere ſi quolicet, Turcico non licet bello: Pugnandum eſt, aut ſeruiendum. Quæ ſeruitutis forma non exponam: ne quid iniucunditatis mea habeat oratio. Quod autem in promptu eſt: quam detrætatis, in societatis iura cogerer, vt ſuperior ratio- cinaſio euicit, conditio ſeruitutis. Quantiō iam melior vniuſ cuiusq; ſtatus? Principes omnes, ſi non Reges, prin- cipes ſunt. Populas ſi non ſolutus lege; liber eſt ſublegiti- mo Magistratu. Iam Principes dignitatem, populus li- bertatem ſub vmbra alarum pugnacis Aquilæ: aut ſub vmbella Regiæ alicuius Maiestatis tueretur: ne infractas aut con- tuſas horum vires niuum velimus: per quos ſecundum Dei Opt. Max. patrocinium, ſtat: ne à fundamento vniuer- ſa Christianorum Resp. conuellatur. Sunt enim veluti tibicines labentium rerum. Opem potius feramus Imperatoris longè meliori, quām potenti, quanquam potentis: īmo: nec Philippum Regem à tutela Iraliæ, aut verius Eu- ropæ auulſum, inutili diſtinguamus bello. Subſidio Hunnis
venerunt

venerunt quondam Galli: & quanquam memorabili pugna cæsi sint: vituit tamen virtus, & nunquam moritura superest Gallici nominis gloria. Exercitus autem Dux, impiger magis, quam tum fortunatus erat filius Ducis Burgundiae. Ita à quibus originem maternam Austriaci repetunt, non pro sua libidine, sed pro publical bertate Christianorum, non ea modò tempestate dimicarunt. Venerant auxilio Hungaris Germani, Boemi & Itali sèpius. ac quanquam aliquot prælijs obruti verius, quam fusi: haetenus tamen horum virtute, repressa Turcarum audacia est. Nunc Possonium inexplicabilis hostium auaritiaz expositum est, & quantulis, quæso, passibus abs incendio distat Viennae Austriae: Accurrite, accurrite Principes: subuenite, subuenite Popularcs labenti imperio. Domus si quæ flammam conceperit; ciuitas vniuersa, vnius familiz suppetias fert: non modò quod ciuis damnam, bonus ciuis sum ducat: sed quod flamma auidè feratur, veretur techo suovnus quisque. Nec iam Imperatoris tantum, at totius imperij, aut verius Christianorum omnium res agitur. Quod si ianuam illam perfregerint (vtinam non perfringant!) Germania patet: Italia aperitur irruptioni Barbarorum. Videor videre Turcas furentes audacia, Tridentinis Alpibus in Italiam descendere: vrbes diruere: castella occupare: ciuitates dissoluere. & metuo, (vtinam vanus metus!) ne quis in Italia cum Turca conspirarit. Nemine mea oratio perstringit: qui Neapoli suauissime adoleui. Insubriae Duces aliquot cum Turcis coniurarunt. Quod arte accidit, non tam metuo, ne nuac agatur: quam Ducum Mediolanensium post mutuas lanienas, excidio, abs execrabi facinore, deterreo saniores. Non enim cum impietate sœdus solis Ducibus Insubrie noxiū fuit: sed & Ezechiaz generi funestum, Assyrijs thesaurum commonistrasse. Macchabæi quam diu pugnarunt Deo duce, tam diu superiores hostibus extierunt. Contraea cum Romanis amicitia à virtute degenerarunt: & à Romanis non tantum subacti; verum etiam excisi sunt. Sed videor

y Turcas

Turcas Italiz bellum terram inariq; magnis viribus, numerosa classe, innumeralibus copijs inferre (Vt in am null a videat temporis longinquitas !) intendere domos & quas vastare agros, ecquos? urbem expugnare, quam? Horre-
scō cogitans. Vbi nata humanitas est: ibi regnabit feritas? Pr̄potens Deus, rumpē feritatē antē, quam humanitatis sedem innudat: leges antiquae: templa polluat; Musas ex-
terminet: artes liberales deniq; redigat in feruitutem. De Italia sollicitus sum: quod appeti sedem Romani imperij
à Turcīs coniçiam: & muliebrem horum metum in acer-
rimo lucu rideam: qui veluti iam iam astutorum Turcam
pauent, nec arma parant. Non in Germania, Turcarunt
Imperatori, sed in Italia animus est: vt ex hac, veluti ex ar-
ce belli, in reliquā Europam decurrat. An interea
temporis, tuta foret Germania? Abs obsidione vrbium
fortassis: ab irruptione Tartarorum Germania non fore
secura: ac ne Gallia quidem succendentibus in Italiā ad Ty-
ranni arbitrium belli euentis. Quod si classem Italiz vin-
ceret, aut suā faceret; mari mediterraneo non conten-
tus in Oceanum puppim dirigeret. Tam vicina flammæ
Britannia est: quamuis toto orbē mare submouerit. Hol-
landos periculi & officij non admoneo: sunt enim non rei
maritimæ tantum, sed & ciuilis bellicæ que peritiissimi.
Christianis vbiq; omnibus hoc diū & verē diū sit:
non tam Imperatorem Rudolfum, & regem Philippum:
quam vnumq; nostrū, in maximo discrimine ver-
sari. Hoc cernit potentissimus & prudentissimus Rex
Sigismundus & de summaretum cum Senatoribus regni
Poloniz consultat: hoc prospicit, vt perspicaci iudicio
est patruus Regis, potentiissimus Dux Carolus, quanquam
nullum in terris regnum tutius Suēcia sit, aduersus Turca-
rum & cuiusvis externi hostis impūtum. Hoc potentissi-
mus Daniz Rex Christiernus III. quanquam florens æta-
te animaduertit. Princeps imperij est, inquietus. Quid ergo
se cruciat Theodorus Moschorum Dux? & progressu Tur-
carum perturbatur? Nemo dignus est Christiano nomine,
qui

qui Christiani nominis hostium victoria non doleat: qui Christianorum salutem non ducat ad se pertinere. Moschus Poloni, propter id odij, quod inter vicinos semper gliscit, in belli communionem non videntur admissi. Sua ipsi virtute & viribus freti, imperio non vanam opem ferrent; si de concordia vestra Rex certior fieret. Nunc subdubitate cogitur: ne Turcarum arma nequidquam tenteret: & vobis aut discordia abs Imperatore diuulsis: aut Imperatore a vobis deserto, coactoq; ad necessariam magis, quam honestam pacem, ipse vniuersam belli molem in se deriuat. Meruit Polonus Turca, & in primis Polonorum Regem meruit, natione Gothum, quod nomen, clavis lux omen, & euertendae Tyrannidis principium non falso existimat. Sine prouidentia Dei, e Suecia Rex in Poloniā non est accessitus: Monarchia Tyrannidi semper opponitur: Gothis cum Polonis sub eiusdem imperium redacti sunt: non ut Moschum finibus submoueant modò: sed potius, ut Germaniæ in tanta calamitate opem ferant: & a tyrannide Barbarorum, orbem terrarum vindicent. Veniat vobis in mentem autem landis Gothi: insistite maiorum vestigijs Heneti. Aut quemadmodum generosior equus ad palmam sua sponte incitatur; ita nec vobis ad Martium decus, quo natura renditis, opus est calcaribus. Germani potius incitandi sunt non tam ad bellum, cuius cupiditate flagrant: quam ad concordiam; Belgæ pacandi: Galli adiungendi: Angli recipiendi in socieratem. Nam Itali, si non omnes, plerique rament dentibus, si arma desint, seruiturem propulsabunt. Et quis Germanos domi sessaturos farente hoste, non praे foribus patriæ, sed in visceribus sanguine crediderit? cum sara teri: culta flamnis deformari: omnia vastari: imbellem sexum laudi: sanguinem fundi: sua bona diripi: vitam peri, audient, certent, & cognoscent? Hoc minus turpe ijs, ut non lethale: qui ubique gentium ac locorum bellum querunt. Si tam facile pacari Belgæ, Britanni & Galli possent: quam Germania armari; Turca receptui caneret: nec invictas

veteranorum, quos tot annorum bella varia atq; pericula-
sa terra mariq; exercuerunt, Legiones exspectaret: semper
ceruicibus nostris imminet, Rep. Christiana in partes di-
uisa, nec tam tuis viribus, quam nostra discordia nittitur.
Quæ caussa mihi fuit & discordiæ principium inuestigandi,
quærendi q; medicinam. Nam si medico pulchrum est
in corpore hoc obseruare; foedum est rem necessariam
his, qui in Rep. versantur, silentio præterire. Cui sapere
lubet, in tanta rei, quæ multis difficultatibus nos implicat,
evidentia licet: & iuuat arma, quæ in nos mutuò (pro ne-
fas!) gerimus, in immanem tyrannum Turcarum coniun-
gere. Eius, ô Christiani, vos Hungaria supplèx rogat: quæ
aliorum quondam gentium viatrix, & tot seculis Germaniæ
propugnaculum, tyrannidi nunc seruit Barbarorum:
Eius Græcia vos prudenter admonet: illa illæ Græcia, à qua
literatum scientiam & humanitatis studia accepistis: Eius
vos meminisse Aegyptus iubet: quæ libertatem Barbaris,
quo ferè vos modò prodidit: Eius vobiscum agit, quam
longè latèque patet totius Orientis imperium: quod à tan-
ta dignitate, dum bellis ciuilibus agitaretur, in tetricimā
seruitutem, sublata omni honestiori disciplina, redactum
est. Arma, arma sumite, Viri fortes: nec bellum exspecta-
te: sed concordes Tyranno inferte: nec de felici euentu
dubitatore. Habemus Deum præclari consilij auctorem:
habemus comitem fortitudinis necessitatem: habemus
Duces, parentissimos Reges, ac omnia auluros Principes,
habemus forcissimarum gentium lefftissimos milites: sti-
pendium deniq; prompta omnium voluntate erogatur.
Quæ verò ac quanta sors prædæ? Oriens Imperatoris no-
stri erit: opes Orientis nostræ, quæ quantæ? in pace tot
annos: in bello, tot victorijs partæ? Nec inuitus est Tur-
carum Rex. Vinci posse Ioannes Austriacus docuit: qui
societate Venerorum modò & Pont. Max. fretus Turcas
nauali prælio vicit atq; superavit. Quod si vniuersa Res-
publica Christiana animos & arma coniungeret; melio-
ri cederet, ut par est, Tyrannus illa fortuna indignissimus.

Euro.

Europai Asiaticis & Afris fortitudine semper præstiterunt: Ganitzari, & si quo sex Europa cogit, seruile hominum genus, cum nostris commilitonibus ne comparandi quidem sunt. Nec hercule prudentia nos barbaries illa excedit. Nam seruis non ingenuis salutem credere; nec vilam habere generis rationem, ac ne virtutis quidem; si non belluini cuiusdam roboris, tyranni sit; non est prudentis. Quid dicam Tartaros è solitudine sua, quibus claudere orbem habitatum opertuit excire? Veniunt Turcis subsidio. Certè & Angli Britannos quondam, sed quos in securitatem redegerunt. Qui autem pecunia arcis oppugnant, viribus diffidunt: Quod si virtuti fiderent, aurum non profunderent. Argenteis lanceis Macedo pugnauit; sed quorum diuturnius & maius imperium fuit: Romani vera virtute cum hoste congresi sunt: munera accipere, aut quod maioris animi fuit, repudiare oblata, non dare soliti. Terremur fortuna: Cur ô miseri? Nam quod miseris sumus, nostra culpa est: quod diu fortunatus es Turca; eò minus diu erit fortunatus: viribus superiores, consilio nequaquam inferiores Turcis simus; & fortuna illi maxime timenda sit, cui maximè secunda; Quid Turcicam temeritatem formidamus? & non, sublatis dissensionum causis, aduersos Christiano nomini intestissimum hostem, bellum mouemus: Christi, qui moderatur fortunam, auxilio, ut caussæ necessitas postulat, implorato? Nimis à maioribus degeneratum est. Quærebant hi hostem trans mare, & eiecerunt Palæstina: non domi exspectamus. ô desides & degeneres animos: Et iam iam aderit: si furentem successum rerum, & omnis audientem iam iam non represserimus. Vires & viros video: non video concordiam, tranquillitatemq; societatis Christianæ. Meliora obsecro: Optant multi saluam & concordem Rempublicam: me ardenter nemo. Quare si positis mutuis odijs, bellum contra Turcarum immanitatem decernitis; hoc meo applausu tacitus tecum gaudebo: qui non potuit non palam calamitatem publicam lugere: & Christianorum omnium

non modò fidem plorare : verum etiam ope m, cùm ho-
stis solito ferocior vrgeret , in luce Germaniæ , circumfu-
sa tota penè Europa , implorare.

IAC. TYPOTII

ORATIO II.

*Ad Reges, Principes, Magistratus,
pro Christianis.*

Contra Turcas.

Vanquam non modo Christiani sitis, ad quos
proxima, habita oratio : verum etiam Chri-
stianorum Reges ac Principes; liberiorisq; in-
ter Christianos, populi Magistratus ; ad vos
tamen submota multitudine , quæ actioni
commoda, incommoda consultationi est : hodierno die, si
conatibus regum Rex Deus fauerit, verba sum, (utinam
rei, quæ p̄ manibus est, pondera adæquent !) attentè mo-
dò me & placidè, quæ vestra lenitas est, audiatis, maiori
animo, quam ingenio facturus. Ad concordiam, quæ Rem
& publicam & priuatam, non tantum seruat te&am & sar-
tam; sed domesticas opes amplificat etiam, imperij limites
longè submotis hostibus extēdit; cohortatus sum omnes,
quotquot mitissimo Christi nomine & sanctissima religio-
ne censemur. A concordia in immanem huius nominis &
religionis hostem rapui vnumquemq; Christianoru: quod
ut natus, si quando fluctibus iactatur, periculo, inter soci-
os nauales nemō est, qui non perterretur; ita Christiani o-
mnes, Turcarum successus & progressus expauescunt. Fal-
sum enim est hunc aut illum & non omnes Christianos à
Christianu pietatis hoste peti: Singuli si non viribus, votis
depellant servitatem. Si is animorum habitus erat me ra-
cente: paucos excipio, qui sux & publicæ saluti aduersan-
tur;

thr; incaluit fortassis applausu meo. Equus hercule, qui su-
apte natura ferocit, & frenū mandit; laude dicitur: & co-
hortationis cōstro vehementius incitatur. Quād si oratio-
ne mea factū est nihil. hoc faliē factum est, quod omnibus
cupio esse notissimū, ut omnes intelligent: me factū velle,
quod multò antē factū oportebat. Quidnā illud? Ut quād
in se mutuo impiē hebetant, acuant in Turcas hostes no-
stros, ferrū. Eandem odā canis, dicet quadruplatorum ali-
quis, quos semper aluit, nec sola aluit alitq; regia. Planē e-
andem ò Vappa: nec antē desinā canere nāniā: quām Resp.
Christianā incipier de Barbaris hostibus triūphare, Ad vos
redeo, Magnanimi viri: nec enim nomen granditati vestræ
aptius inuenio. Nō me fugit salutandi consuetudo, & tiro-
lorum operosior nōmenelatura. Sed viros esse decet, qui
viris imperant: & magno quidē animo præditos. Fueniūt
indies quippe multa & varia: quæ animū nisi magnum frān-
gant incommodis, aut malicia dissoluant. Viri magnanimi,
quid actum aut tentatū veriūs cum populo, potestis meū
recordari: nec certè abs re exorsus sum. Nam quo salus nos
nostra trahit: quo hostilis furor nos cogit: quo nec essitas
Christianos impellit: eō nostra vergit oratio, aut potius
Christianorū omnium vota. Quis tam salutaria quām ne-
cessaria omniū vota suspendit? Non Deus, qui societatem
suam in columē vult. Quis omniū saluti aduersatur? Nemo,
quia omnes bonum appetunt, quod euersa Rep. nullū est.
Cūm nec Deus, nec qui à Filio Dei, nomen sortiuntur ho-
mines, obstant cōmodis omniū & saluti vniuersi;
Malus Genius aliquis deducit nos à Deo: & specie boni,
animos dementat, vana & stolidā cupiditate incitatos. Viri
Principes: hoc enim nomine donat vos non tam potestas,
quæ fortuita est: quām virtus vestrā, quæ sola vestrā. Viri
Principes: repetam cum honore vestro idem nomen səpi-
us. Sit Plebs, quæ cœca ut plurimum, verum à falso non di-
scernit: & ubi didicisset discrimen? nō in lastris, non in sel-
lulis. Sit plebs, quæ erret: non enim regit, sed regitur. Sed
videte & diligenter videte, ne quorū nutu regitur, corum
culpā

culpa erreret. Fuit tempus, quo Christiani positis mutuis
odijs bellum aduersus Saracenos vno & constanti animo-
rum decreto confirmarent: non Bizantij aut in vicinia
proxima irruptioni Barbarorum: at Lugduni in Gallia.
Quid Principes occidentalis imperij ex suis sedibus exci-
uit? Nam quis exciuerit, referunt annales. Non metus:
incolume enim erat Bizantium: Non societas nostrorum,
cum imperatore Orientis: aduersabatur enim expeditio-
ni Heroum: Sed Dei gloria animauit Principes verè Prin-
cipes. Nec Principum modò ea laus est: Veneti & Genuen-
ses ad eandem palam concurrerunt. Heu! heu! ut dege-
neratum à maioribus! Illi in Oriente hostem quærebant:
nos in occidente fugimus. Illi in Palæstina regnum, alibi a-
lias dynastias condunt: nos in Hungariaregnum euertim-
us: de Italia & Germania periclitamur, ne dicam(nimis
enim verè dicam) de reliquo orbe Christiano. Vnde hæc
rerum mutatio? & Reipub. Christianæ discolor color?
Belgæ sunt, qui semper fuerunt, pugnaces: iam etiam magis
exerciti, quod Gallis, Germanis, Britannis, Italibz quoqz
euenit. Naturam quippears adiuuat: exercitum roborat:
industria confirmat. Hispani non modò seruitute Sarace-
norum liberati sunt: verum etiam ductu Austriacorum in
Occidentis spem ere&ti. Arma non minus dextrè tra-
ctamus, quam maiores nostri: & vincimur à mancipijs
Turcarum? quæ hæc ignominia est? aut potius quæ causa
ignominia? constat enim grauem esse, acerbam atqz lu-
ctuosam. Non ignauia, ut appetet: certè nec inopia, infu-
sis postea ex novo orbe in hunc nostrum tot opibus: quæ
non modò satiare militem, sed & ditare queant. Vin-
cimur tamen. prò dolor! prò pudor! At quare vincimur
tanto cum bonorum dolore, pudore omnium? Discordia
est, quæ opes nostras exest: vires atterit: animos in Chri-
sto coniunctos à se mutuo & Christo disiungit: nec pati-
tur fortunas, dignitatem, viram, & si quid vita carius est,
parentes, vxorem, liberos, propinquos, amicos, quæqz
omnes aritates complexa est, patriam contra tyranni-
dem

dem Turcarum defendere. Sed contra discordiam & pro concordia dictum est , circumfusa populi corona. Ac quoniam Deus hanc nobis commendat, tanquam commendatione indigeret, illam execratur ; videamus, si placet, paulò quam vulgo attentius : è grege enim vos legit Deus, & altiori dignitatis gradu collocavit, quibus concordiam Deus maxime voluit esse commendatam. Omnibus? Non dubito: at multò magis his, quorum nutu cæteri in societate acquiescunt: quam qui absq; Magistratu nunquam conuenirent. Vobis in quam, ô Principes, quibus societatem credit; commendat speraram minus quam optatam hac tempestate concordiam. Vestrum est , & nullius magis, quam vestrum , videre & diligenter quidem videre: ne quid detrimenti Respub. patiatur. Vestrum est: quoniam quæ publica res est, vestra res est : & quæ populo capitalis est, vobis non est salutatis discordia. An caput reliquo corpore lacero saluum est? Non ædepol: sed membro aliquo leuiter offenso, grauißimè frequenter dolet: sanitas enim totius est, non partium. Et est aliquis vestrum , qui voluptatem capiat ex dolore ciuium? aut dulcis vlli Principum vita esse potest in strage ciuium? Recensere, Principes aut verius Heroes, possem : qui maluerunt vitam, quam ciues perdere : & mortui sunt : sed quorum nomea immortale nulla seculorum delebit obliuio. Nullus est ciuis bonus, qui Principis aut Magistratus interitum expetat: Vota potius ciuitas Deo nuncupat, pro salute, dignitate & felicitate horum, qui Remp. iuste & prudenter gubernant. Verùm si quid vobis mali euenit (quid autem boni posset euenire in discordia?) id vestra omne culpa euenit: qui discordiam perniciem vestram & nostrā alitis. Dissidentis à ciuib; , aut à socijs: nec enim hostes censeo Christianos, Christianorum. Si à ciuib; , veniat vobis in mentem iustæ cum capite comparationis: Si à socijs; recordamini mutui nominis & amoris Christiani: Si à ciuib; & à socijs Erinnys aliqua simul vos diuellit; considerate diligentius etiam, quanto discrimini non mo-

dò res vestra, sed & vita exposita ac penè destinata sit. Hostis foris est, hostis domi. & tu tutè dormis? Inter socios, aut, si latius imperas, inter ciues tui amantiores degis: hostis inter penetralia tua sese insinuat: & ut vel ardens vindicta, vel pretium appetens te petit: errantibusq; impetum alius corriget. O miseros Principes & eò miseriores, quòd nolunt esse, qui possunt, felices! Duces Burgundie, ciuum benevolentia protexit olim: fida societas Christianorum quondam Christianum nomen hostibus formidabile reddebat. Quantò melior Principum priuatim tūm, & publicè Christianorum omnium erat conditio! Inuadere alienas possessiones, sicarios sibi mutuò submittere, prædonum fuit olim, non Principum pro salute ciuium & iustitia dimicantium. Sed Gallie Regum aliquis in colloquio Ducem Burgundie sustulerit: alius Burgundiā in iustitia Helvetiorum occuparit. Furere inquam, licuerit, dirempro regnū sociorum hoste: non licet hoste præ foribus nostris obequitante: & iam iam, nisi major vis represserit, perrupturo fores. Nam nisi manus coniuxeritis: quos fœdere & animis coalitos non posset obruere: aggredietur disionēs; & in partes diuisos opprimet vniuersos. Quid tam multu amini, Principes vi-
tri? Redite in gratiani cum ciuibus ac socijs: & quo ex car-
dine excutitur Respublica Christiana, motus diuīo citius
conticesceret. Si maximè populi sedicio alicubi inualuit
conspictu subuenientis forte grauioris viri subsidet & dilabitur. Nec sperabimus concordiam populi, qua in
societate Principes & magistratus erunt concordes? Hoc
opus: at quantus labor? Si non Deus ita disunctionis ani-
mis, nemo videtur coniungurus. Sed Deum posse
(velle enim scimus) satis est: nec ratio, quæ nobis à Deo
data est, debet esse ociosa. Quid igitur vobis proposi-
tum est? quid noctu agitis? quid interdu conamini? ve
salui Rempublicam saluam præstetis. Noui animorum
magnitudinem, & regia mentis decretum: nec vos ea fa-
pientia,

pientia, qua potestate præditos, latere potest: quod plebem fugit, veri & falsi interuallum. Cùm igitur animaduertitis salutem vestram cum publica esse coniunctam; nulli vestrum sua magis curæ est, quam salus Reipublicæ: amò hoc diligentius in salutem publicam incubitis: quod maior est habenda ratio totius, quam partium. Quantis Regina Angliae insidijs obiecta est, dum patriam ab hostibus tuetur ac defendit? Rex Gallæ periculum vitæ non multò post adiit, postquam ad regnum accessit. Regem Scotiæ, clandestina ciuium & hostium consilia infestant. In quanto turbine versatur Hispaniarum Rex? Nec extra teli iactum est Moschorum Dux, Sigismundus Poloniæ & Sueciæ Rex, sua virtute fatus, certè & fortuna hæcenus, contemnit usurros: Homo tamen cùm sit & hominibus imperet, onus Aethna grauius humeris ut validis sustinet. Atq; hæc quidem omnium conditio est, qui cum imperio Rempublicam obtinent: ne stupescamus custodia esse & militum lacertis circumseptos. Quanquam nulla custodia tutior sit benevolentia ciuium: nullum praesidium firmius virtute. Possem hoc exemplis ex historiæ petitis declarare. Sed opus alienis non est, qui domestica habemus. Non hostes, at ciues in has necessitates Regem Hispaniarum adduxerunt: Sæuijt in Belgias Dux Albaanus vir animo truci & barbaro: nec sine causa in Belgio descitum est fide. Reliquorum neminem omnino Regum vitam petinolim: sed nec ipsi velle debent aliorum iniuria, non dico regnare, at viuere. Deus non fert iniusticiâ ab his, quibus ius in sacrofanæas manus traditum est, impunè proteti: Hominibus animus non deest, vindicandi, quoties occasio se se affert, iniuriâ. Animaduertit in Sicariū, à quo sauciatus est, Rex Gallæ. Pot senna Scæuola vitæ reliquit, à quo vitæ suæ strætas videbat insidiæ: & ne sapientius vitæ periculu adiret, cū Populo Romano pacem & quis conditionibus patens est. Nō inuehor in Sicariū, qui sceleris pœnam lauit: non deploro Regis Gallæ quemuis singulari virtute sit, fortu-
pia. Saluum opto Galliarum Regem: & cum Rege Gallo, o-

mnes Reges, Principes, & Magistratus Reip. totius Christianæ. Sed nunquam erunt, nec esse possunt securi vitæ: quam diu seditionum fluctibus Resp. iactabitur. Hoc incautis difficulter persuaderi potest, antequam in difficulties inciderint: vident tamen ruente domo, omnes, qui istic habent, obnoxios ruinæ. Maior est ingenij vestri vis: clarius mentis lumen: evidentior iudicij perspicacia: vt esse horum par est: qui non ab ociosis hominibus præcepta ciuilis disciplinæ acceperunt: at vsu rerum didicerunt: & periculo vitæ dignitatisq; à fortunæ, modò blandiente, modò auertente vultum, officij longè melius, quam ab ijs, qui Reip. nullam partem attigerunt, officij admonentur: vt velle vos Rempub. vobis cum saluam dubitare non possem. Verum enim uero, si concepta me de virtute vestra non falsit opinio: ciuitates actutum & regna ex dissensionum sa- lo reuehite in portum tranquillitatis. Principes estis: hoc nomine, non hostes, sed in Rep. Christiana collegæ estis: sanguine inter vos ferè vos coniuncti estis. Hanc causam aetioris amicitiæ non decebat esse inimicitarum: Christiani estis, & hostes estis. Christe Deus, hoccine in societatem tuam cadit, vt hostes sint, quos fratres esse voluisti! Cuius corporis tu caput es; huius membra fera libus inter se odijs, cum summa pernicie totius dimicabunt? Auerte auertè à societate, quam saluam vis, manifestam pestem & præsens exitium. Annuit iustis precibus nostris Christus, Christiani Principes: quid tergiuersamini? cur non festinatis in mutuam concordiam? Religio dirimit consensum, Papæ! Religio Christi, quæ nil nisi mite suadet, vel Paganorum indicio, dirimit Christianorum in Rep. consensum? Quo auctore? non Christo per Chri- stum iuro Christiani: qui pacis auctor est, non ciuilium armorum, vt paulo ante copiosius declaraui. Qua Christi doctrina? Nulla: cum tota tendat ad mansuetudinem, concordiam. Ferendi Christus auctor est, non inferendi iniurias. nam ea gnoma: Sit tibi, sicut Ethnicus & Pu- blicanus, non sanguis prostat aduersæ factionis: cauetur potius.

potius sine longiori cōtrouersia & disceptatione inter pri-
uatos, quod inutilis sit publicæ tranquillitati. Nec in gen-
tes Christus fulmen contorsit: at Patrem cœlestem mor-
te sua nobis placavit: & veluti surculum truncō oliuæ in-
seruit. Publicanorum etiam aliquem inter Apostolos le-
git & recepit in contubernium: & aulæ Theologi saluta-
rem sententiam in perniciem ciuium conuertent? Aut no-
men aut animum mutare. Non verba at mentem legislato-
ris hi notant, qui consulti de iure respondent. Proniores
etiam Principes sunt in humanitatem, quam in sauitiam.
Vos obliiti maneris & nominis, faces accendistis: quibus
Europæ flagrat: & vereor ne abeat in fauillas. Hinc enim
naturæ sunt quæ nos exercent, immò perimunt, atrocia hæc
inter Christianos Principes & populos diuortia, bellaque
plusquam ciuilia. Quasi verè armis inter ciues ac socios
certatum non sit, ex languis fugis dicit subducto supercilio
aliquis. Sit, vtinam non foret certatum! Sed si iniustè &
cum ciuitatis internecione inter ciues olim pugnatum est;
quid nos aliorum exemplo non sapimus? Historici enim
suorum cicatrices detegunt, vt posterorum vulnera obdu-
cant, immò ne posteri sacientur: aut mutuis vulneribus
occident. Quin immò si maiores nostri pœnas iniustitiae
dederunt, quid impietatis crimen, quod grauiori piaculo
expiandum est, non enitamus? Pro aris & focis pugnandum
est. Hoc fateor, illud nego. Quæ in manu nostra sunt,
manu defendere tam æquum est (nostra enim sunt) quam
necessarium. multi enim sunt alieno viuere soliti: quos ut
fucum ab alveario, ita propellere à finibus, rationi & iuri
consentaneum est. Quæ in manu nostra non sunt, hæc ma-
nibus tutari nec possumus, nec debemus. Prioris generis
fortunæ sunt: huius religio: quæ à Christo sata est: non so-
lertia hominum inuenta. Pro aris Deorum, qui opis erant
indigi, pugnatint non modò Barbari, sed Græci etiam &
Romani. quanquam T. Liuius Atheniensium in superstitione
furorem non omnino proberet: & Senatus Romæ, quietem
Reip. spectarit, non cultum Deorum. Christo sua re-

ligio curæ sit: & est iam inde à condito orbe. Ante hæc
Mundi Machina, quam nulla seculorum ætas luxat, quam
cultus Dei immortalis finietur. Stoici viderunt censue-
runtq; hominiis causa fusam hanc Mundi Sphærām; ne di-
cam torno circa terræ centrum graphicè circumductam:
hominem verò Dei gratia in terra velut in circō constitu-
tum: non tam ut terram, quam ut Deum colat. Recte Sto-
ici, quibus adstipulatur iam olim orbis terrarum: non tan-
tum postquam in terram Filius Dei ad renouandum pu-
riorem cultum Patri descendit. Nec hic inanis Mortalium
consensus est: ut multis in rebus, alter alterius errore du-
citur. Natura se natu. clamat: & in tanta caligine ynum
ostendit rerum omnium Principem ac Parentem. Quod in
natura est, manet: nec ante naturam desinet. Tyrannis nul-
la, barbaries nulla impietas nulla ex animis hominum Dei
cultum & metum euelleret. Sed pietati non tantum impietas
opposita est, vetum & superstitione: hoc nomine pietati ma-
gis noxia: quod speciem veri vero obtendar: & non im-
prudentes eriam rapiat in deuia, ac semitam à vera pietate
aberrantem. Ita semper testa perniciosior est, quam visa-
perta. Trahebat olim ad se honorem Deo soli debitum Sa-
than; opinioni hominum varijs numinibus & nominibus
obrepens. Vbi Veritas euicit, non vni modò deberi prin-
cipatum, sed nec Deos esse: quos nec benè morata ferret
Respublica: subiit veteratori alijs cuniculis, & specie simi-
litudineq; vitiorum vtitur ad stabiliendam superstitionem,
demoliendamq; pieratem. Vera olim castis mori-
bus congruebat religio: in virtus lapsis inuenta est, quæ ad
amissim coaparetur. Partium duces inter se certant non
tantum armis sed & argumentis: franguntur arma, supe-
rantur argumenta, multitudine vitiorum. Obluctemur
hosti, vita integra: & vita integratatem sequetur religionis
integritas. Nos ordinem inuertimus, & marcescentes
vitijs, quem fugamus, Deum querimus. Mutemus mo-
res, & mutata in melius vita, religio in purius mutabitur.
Quod possumus, nolumus: quod diuini beneficij est, no-
bis

Bis vindicamus. Verum enim uero, si omnino decretum est, religionem humano consilio restituere: non armis profecto inchoata religio est: certe nec armis instaurabitur. De religione dissero: tanquam in aede sacra, non in aula versarer: ex qua olim exacta pietas est, censore Seneca & Palatino & litterato. Nil minus fortasse, quam religio, Principes & Magistratus inter se committrit. Pra se ferre magnam, raram, inauditamque pietatem quandam, vsu iam olim in aula receptum: si bene id obseruauit Aristoteles in regia Macedonie. Factirantem id obseruat Numam Dionysius Halicarnassus: Dionysius vero Syracusanus dum spoliat Deos, quid de Diis senserit, etiam si taceret, loquitur. Israëlitarum Reges religionem mutant regni firmandi causa: & quidem religionem veram, à Deo acceptam stupendisque rerum cunctis comprobatam. ne valde succenseamus Christianis & Mahometanis: qui in virtutia maiorum transeuntes, religionis ius ad regnandi iniuriam accommodarunt. Turpe quidem est, sed autum & vsu receptum crimen. Ego huius criminis labeculam, optimis Regibus & sapientissimis populis non aspergo. Sed de religione disputamus & digladiamur, nullo Dei metu. Et qui Deum colimus, quem non veremur? quem honoratum volumus: hunc non volumus offensum. Vanum igitur hoc nostrum est & inane religionis studium. Quamobrem fatemur, quod necesse est, cupiditate nos à nobis distrahi (idem enim animorum habitus est) & libidine quadam ad dimicandum accedere. Fateri nos hoc ingenuè possumus; numerus inquam, nos. Reges, Principes & Magistratus nihil præter salutem cum suam, tum publicam videbantur concupiscere. Necherclè quisquam mihi persuaserit, Reginam Angliae ea prudentia atque humanitate Reginam, perditum velle à quo seruata esset, Hispaniarum Regem. Et hic bene secum extrema ætate actum putaret: si quas à Patre accepit mutuo à tot suis atque atauris, septem & decem prouincias Belgarum (sed non tot erant olim) filio.

filio relinqueret: regnum enim alibi adhuc incolore est.
 Fortassis nec Batavii, si dictis esset fides, cum priuilegio,
 mite abnuerent imperium. tum quod bellorum, ut rerum
 omnium quædam satietas sit: tum quod cum Hispanis utilius
 commercium sit, quam bellum. Carolus Borbonius
 Carolum Austriacum patria habuit cariorem: inter Phi-
 lippum Austriacum, quæ sanguinis est, non potest esse ani-
 morum coniunctio? Alter alterius ditionem appetit: quasi
 verò non satis laxè vterç imperaret. Non cadit in tantos
 animos, mutua iniuria res augere. Quod si non satis am-
 plè imperatis, qui terra mariq; longè & latè regnatis: en
 Constantinopolis, quæ Flandrorum fuit! en Cyprus, quæ
 Anglorum! en rudera regni Hierosolomitani, quod Gal-
 lorum! en Oriens, qui vniuersus Romanorum! en Hun-
 garia, quæ nuper erat imperatoris! Huc oculos, huc ani-
 mos, huc arma conuertite. Nec vobis, Genuenses, è me-
 moria excidit, quibus terra mariq; iniuria Turcarum &
 Tartarorum excidistis. Quid vobis, Veneti, aut Pelopon-
 nesum aut Cyprum sub aspectum adducam? nauigatis e-
 nim & magno cum dolore prouincias vestras iam non ve-
 stras p̄tternauigatis. Non dubitamus Genuensisibus ani-
 mum esse ad audendum: Venetis nec opes, nec vires de-
 sunt. est animus Reip. deuotus: nec aliter possum de Optimis
 magno animo præditis iudicare. Rhagusij quam
 Turcis pendent, militi numerare pecuniam malent: Cæ-
 teri ferè Principes vestram sciam sequuntur. Ciuitates
 liberæ aut foederatae, ut à paucis dissentiant, cum aliquo
 vestrum sentiunt. Quamobrem si vos in gratiam reditis;
 redibitis autem, si saluam vultis rem vestram & publicam;
 satis virorum ac virium nobis erit, ad tutandam seruan-
 damq; Rempublicam. Huic optatæ magis, quam speratæ
 luci, si Deus, qui potest, seruarit me incolumen, gratula-
 bor vobis felicitatem & prosperitatem maiorum quidem:
 at cum gloria Dei, qui me ad scribendnm, vos ad agendum
 instigat, gratulabor. Nam à concordia, quid aliud spe-
 re, quam Deo duce de te terrimo hoste pulcherrimam vi-
 A ori-

gloriā? Trahit magnas quidem copias: sed Tartaros aut
 mancipia. Nauigat ingenti classe, sed remigio non ad-
 modum bene instructa: onusta potius, quam armata, im-
 belli milite. Quod si belgæ & Itali Italiam tutarentur:
 Germani & Galli in Hungariam tenderent: Angli & Ba-
 tani viætri ci classe Bizantium peterent: aut fortasse Sestus
 & Abydos victoriam horum retardarent; qui alia castella
 viceperunt, præfidijs tenent aut æquarunt solo; cum se-
 miplenis lunalis Turca ex Europa in Asiam se reciperet.
 & nisi in extremam solitudinem retrò abiret, cum impe-
 rio vitam amitteret. Semper vno atq; altero prælio Ori-
 ens cessit viatori, Cyro, Alexandro, Cæsari. Castellis
 iam prouincia munitior est, inquies. At plurima insti-
 tuto quodam Turca demolitus est: & nihil est manu fa-
 tum, quod manus validior aut fortunatior non minuat ac
 conuellat. Tormenta fundimus & vibramus sine compa-
 ratione gnauius. Quamobrem de felici rerum successu
 fortunatoq; euentu dubitare non potestis; si, quod pri-
 mum omnium dicebam factio opus, positis mutuis odijs,
 in communem & a spandon omnium hostem conspirauer-
 itis. Non enim horum societatem abnuent, reor, His-
 spani: quorum consilio & armis non tantum à progressu
 in Orientem retardantur; verū etiam in Occidente pe-
 riclitantur. Quin potius audores erunt Philippo Hispani-
 arum Regi, quibus id munus obtigit; vt pacem socijs &
 subdiris (hostes non possum Christianos appellare) offre-
 rat, non expectet oblatam. Compertum mihi est Prin-
 cipes aon leniter à cepto resilire: quod leuitas tanta Maie-
 state indigna sit: & neutrum orto semel bello priorem
 velle pacem petere: quod fracti animi aut virium id esse vi-
 deatur. Cæsar tamen Pompeium pacem rogavit, nihil
 belli aleani puitans: quod factum laudabile Carolus V.
 Imperator magna cum nominis gloria, nec inutili mode-
 ratione imitatus est. Idem Cæsar ab infectione Pompei
 in Hispaniam iter flexit: & dum res suas agit, id est, exer-
 citum opprimit sine duce: non veritus est eorum repre-
 hensio-

hensionem: qui hostem querebantur è manibus emissum. Facile, Princeps, qui hoc nomen plenum dignitatis tuerunt, aliorum iudicia contemnunt: quādū ipsi sui constat consilij ratio. Nec leuiter nec contemnit, quod fit bene. Iam prudenter est, hostem non contemnere: moderationis verò fiducia virium non efferrī: Vtrumq; enim multos duces perdidit, & validos exercitus profligauit: Leuitatis magna vanitas est in priuato: quī non in Principe viro? At leuiter ad agendum accedere, nec prius deliberare, quid opus factō, leuioris animi est. A cepto male, cursu extemplo reflectere sapientis est. haud sapiens est perseverare, quod nec ratio, nec lex finit, in peccato. Constantia virtutis est, & p̄cūnientia virtutis: In scelere progressus, pertinacia est, non constantia. Quādū obrem desinunt probare Regibus constantiam in eo, quod nec factum nec ceptum oportuit, qui Regibus, Principibus aut Magistratū à consilijs sunt: & in eo potius se occupent; ne quid suscipiantur male: si ceptum est inconsulto, vt consulto & mature corrigatur: ne cuius nos iam pudet, sero nos & frustra p̄cūnitez. Sed consiliarijs rationes consilij sui fortassis expeditæ sunt: & Rex Philippus, quæ lenitas Austriaca est, in pacem animo propendet: necessitate in Turcas omnia appetentes & inquietos hostes compellitur: habetq; nimis (prò dolor!) multos, qui fortibus conatis apertè & clanculum aduersantur. Potentissime Rex, si alios pacare nequis; placare ciuibus. Origine Belga es: quid Belga Belgis nimium ac nimis diu irasceris? Belge tibi omnes & omnia pacabunt. Nam aut conciliabunt tibi, quibuscum fœdere coniuncti sunt: aut qui tibi Belgarum coniunctione molesti sunt, hi absq; Belgis, nihil aduersus te audebunt. Non sero discordiarum noua semina: qui vos omnes ad concordiam inuitani. Nolim Hispaniarum Regem, à persecutione Turcarum, inutili bello ciuilicq; dissidio impediri. Quod si vos expeditionis socios videro, gaudebo. Si Hispanorum concubernium detrectatis; ite subsidio Imperatori; ferte supperias imperio:

rio: nec querite, hostis ubi sit; quem in Hungaria bellum gerere, nemine (pro dedecus) repugnante, nuncijs & litteris accipimus. Si vos fama non mouet; mouebit vobis sedibus vestris impetus Barbarorum. Violantur passim Virgines: trucidantur senes: vastantur agri: capiuntur arces: & iam iam ob sidione cinctam audieris, nisi obuiam iuertitis, Viennam. Nolo male ominari Reipublicæ: Sed hoc planè creditote: nihil eventurum Imperatori: quod vobis futurum nou sit lethale atq[ue] perniciosum in præsens: ne quis salutis securus fuæ, posteros nihil existimet ad se pertinere. Corripite, corripite arma, potentissimi Reges, Principes ac Magistratus: nec aliunde subsidia expeditato te. Vos vos, si non honestas, & quod armis petitur decus; necessitas ad ferendam & quidem absq[ue] mora ferendam Imperatori opem, non modo vniuersos, sed & singulos compellit. Quid cunctamini? in a[n]t Battorus est Transyl vania Princeps: & tantulis suis copijs Turcas post victoriā audet laceſſere. Proferam vobis ex annalium memoria claros viros? Nullos habeo maioribus vestris clariores: hos hos sequimini: & non committe, vt fortunarum videamini hæredes, non virtutis. Nam ut de nominis existimatione taceam: quod opinio hominum polluit, deserta ac prodita quam labem non patietur sibi vñquam inuri magnitudo animorum: actum, actum esset de fortunis: virtute regnum paritur: virtute retinetur,

IAC. TYPOTII

ORATIO III.

Ad Rodolfum II. Imperatorem.

Sive Vaticinium de Victoria.

 Vnde faustum, felix, fortunatumq; sit yniuersitas Reip. Christianæ: id omne ego Imperatoriae Maiestati tuae, ex animo precor: & à Deo, qui Remp. instituit: paternoq; imperio regium subrogauit, in hoc horre, do rerum discrimine atq; perturbatione opto. Bonus es, Potentissime Imperator, non adulor tibi: lucet in moderatione imperij, moderatio animi tui: vt fortunatus sis, Deo, qui virtutem exerceri non atteri patitur, vota nuncupo. Optimus quisq; & sapientissimus Christianorum virtutein tuam expedit mecum fortunatam: non quod à fortuna tua, totius Reipublicæ Christianæ fortuna dependeat: verius quod tua lenitas non hisce spacijs claudenda: sed terræ, quam longè lateq; patet, limitibus finiunda sit. Et quod cum fortuna tua fortunæ omnium seraatur; publicè & priuatim; homines etiam non boni, si sibi ipsi boni sint, nec omnino delirent, saluum te & incolumem (vt non florentem velint) völunt. Magis virtute! & ista Christianorum omnium benevolentia fac, quod facis: & ita sortem aduersam fer, vt properè exspectes secundam. Natura sortis hæc est, & olim semper fuit: vt non citius ventos Aeolus, quam ipsa faciem mutet. Nunc blanda est, nunc tetrica: cum maximè blanda est, tum maximè cauenda est. Eius autem nostra interest: ne prospero rerum flatu animus langeat: aut, vt in tempestate, in rerum turbine desperat. Sedatè vidimus te delicias sortis hæc tenus decoquerere. Quod si fortuna viderit te minis suis non terreri; cedet:

de virtuti tuae: & tu non modò de Turcarum Tyranno, sed
 & de fortunæ impotentis rerum humanarum dominæ in-
 iusticia & Tyrannidæ non serò triūphabis. Qui vincere so-
 let, animus est magnus atq; inquietus: non manus, nō lacerti,
 nō robur, non corpus. si hoc vincemur, rerū potirentur
 belluæ, non homines, ratione superantes barbarorum vim
 & belluarum audaciam. Animus tuus Aqstiacus, quo
 non est generosior. Animus tuus, tuus est; quo nihil ma-
 ius, nihil augustius, nihil dignius imperio. Non ambo gra-
 tiam tuam sinuosis artibus: operam meam tibi, & vnicuiq;
 Christianorum, amore & réuerentia Christi non ingra-
 tam esse velim: velim esse, vt ingenuè fatear, acceptam.
 Verum enim uero, si prudentia non nudum nomen est: at
 lumen virtutum, & rationis fax; cur quod futurum est, a-
 nimo non anticipem? quid, quo video, te celer? quare
 non erigam in bonam veramq; spem hos; qui ad vota tan-
 tum, non arma etiam consigliunt? Nihil Reipublicæ capi-
 talius est, quam de Republica de'perare. Nihil animo
 præuidere, plebeculæ sit; non est eorum, qui in Republi-
 ca versantur. Vota pro salute & felicitate tua, Deo, vt
 par est, nuncupauit; & laudo horum institutum; qui pas-
 sim per Germaniam statis horis, cum tuam, tum publicam
 salutem commendent Deo. Deus enim est, in cuius ma-
 nu, plena clementia, fortuna est, & tuis, & Christiano-
 rum rebus nimium hoc tempore in festa. Sed eorum stul-
 tam impietatem notabam: qui in ocio cùm degant, nego-
 tijs suis Deum implicant. Secundæ causæ non sunt ocio-
 sæ: qui ratione, quæ suopte genio nunquam potest quie-
 scere, prædicti, altum dormiunt? Deum inuocant: piè. at
 impiè & imprudenter, quæ ratio dictat, necessitas cogit,
 Deus inber, in tanto periculo, in utramq; aurē securè dor-
 mientes, prætermisunt. Deo igitur statum Reipublicæ
 & tuum, qui cum publico statu coniunctus, in fidem atq;
 tutelam non male tradimus: si modò non feriamur nos:
 tametsi nimis (pro dolor!) multi sint: qui vtinam in ocio,
 viuerent! vtinam negotia non turbarent! facessunt enim

negotiorum rem gerentibus: & sororium tuū, ne tibi auxilio
 veniat, ciuilisocialibꝫ bello distrahunt. Quid igitur tibi vi-
 & toriā pollicear, quæres, de potencissimo hoste? cùm Prin-
 cipes Christiani ferè omnes, aut armis aut animis inter se
 dissideant: nec, cuius refert in primis, te saluū esse, videatur
 tibi Rex Hispaniarū opem latus. Si quando nihil est no-
 bis in re aut publica, aut priuata vel præsidij vel consilij:
 quod sāpē nobis in hac vita misera & caduca solet euenire;
 tūm de me labentibus rebus subsidio Deus venit: & quæ in
 ruderibus iacebant perdata ac deplorata, in pristinam di-
 gnitarē, & florentiore quandoq; augustioremq; rerū statū
 erigit, subuehit, instaurat. Hoc autem accidit, quod ratio
 debilis sit: conatis nostris multa obstant: actionem de-
 niq; honestiorē multa intrinsecus & extrinsecus impediāt.
 Vnus Deus est, qui errare non potest: qui res nostra incuria
 & prauitate lopſas, aut maiore vi malevolentiae aduersan-
 tium virtuti euersas, potest & solet restituere. Hæc de Deo
 vera, non plausibilis modò sententia, eò me adduxit: vt di-
 uinem certò tibi cessuros, quæ iam multi trepidant, Turca-
 rum agmina. Nec me mea fallit opinio. Causa vincimus:
 quidni vinceremus tandem fortuna? Non enim cæca est, nec
 impotens (vt loquebar vulgi morem secundus) fortuna: at
 si cæsus & eventa à Deo dependent: cnius obscuram vo-
 luntatem Heroes non habebant, quo nomine denotarent:
 nos appellamus fortunam. Si Deus arbitr̄ harum rerū est:
 quæ aliter atq; aliter se habere consueverunt (Maximus e-
 nim est Paganorum etiam censura) quid non sperem, cle-
 mentissime Imperator? quod tibi tua bontas à Deo, qui
 Optimus dicitur, & est Platonis iudicio, manifestè promi-
 tit? Virtus se ipsa contenta est: & idcirco priuatim, raro diu
 est felix: ne qui in virtutem incumbit, eos vulgo homines,
 cupedijs, non rei pulchritudine duci iudicarent. Virtus
 publicè ut plurimum honorata est: iusticia in primis, quæ
 Respub. continet: & in ordinem discrepantia hominum
 ingenia coëgit: nec dissolui patitur dissentientium inter se
 assabre sublstantem suis in modalis compaginem. Et quis sub-

submouerit Reipub. clavo virum : qui in perpetuo motu
rerum ac personarum sibi ipse constat? qui suum cuiq; pru-
denter tribuit? Non Deus, qui iustitiae causa Reges creat:
fundat Republicas: Non homines, quos iusti copula in so-
cietatis iura constringit. Securus igitur imperij tui es tu,
placidissime Imperator, beneficio virtutis tuae : voluntate
Dei & amore hominū de te candidate dissidentiū: imo & certa-
tas victoriae de Turcis. Causa vincimus; qui vetitatis studi-
um, contra Mahometis deliria, pie defendimus. Quod si
pietas armis defendi non vult, robore suo nativo frateret de-
fendet eam Deus: & ut Deo gloria, itatibi paritur triūphus.
Iustitiae trutinam pensitemus: Iustias sine disputatione, est
sua defendere : quam aliena inuadere. Et non recipiemus
iuste Hungariam? quam iniuste Turca inuadit? Recupera-
bis, recuperabis Deo duce & judice Hungariam, Auguste:
& cuius sementem facis, mansuetudinis tuae fructum leges.
Nec tu iam pœnam luis (qua enim tua culpa res turbatae
sunt, velim mihi dicent, qui virtutis tuae debitorum tibi im-
perium inuident.) Sed Hanni, non hoc tantum seculo, pœ-
nas dant direpti olim saue & auare terrarum orbis. Eadem
sors Romanorum, Macedonum, Persarum, Lydorū, Medo-
rum, Assyriorum fuit: & erit Turcarum, iniuste cum illis
ad imperij culmen enitentium. Debellare scilicet Deus so-
let iniustum armatumque potestatem. Expiato in Hungaria
piaculo maiorum subsiderat Turcarum rabies: & sua mole
corruerat: aut tua virtute acciderat. Bello, quod in te suscep-
pit, Amurathes Turcarum Imperator, causæ potest nihil,
præter cupiditatem prætendere. Hæc autem iniusta est: vt
vt iuste Hanni luunt scelera maioris: & propterea cum sibi,
cùtyrannidisuæ pestem accelerat: Deicque, qui propter iniu-
sticiam, regnum de gente ad gentem transfert, offendam
manifestè incurrit. Fecerunt id alij populi & Monarchæ:
Fateor: & addo, propterea omnes iusto Dei iudicio tandem
corruisse. Nam quorum vestigijis insistit, in eorundem
clades & pœnam impinget: & iam lucem, qua nulla cla-
rior, terrarum orbi illuxit, animo gaudens video: qua

Tyrannus

Tyrannus sanguinis iniustè hausti poenas subiit: qua Tyrannidem à fundamento demolietor Deus. Orientem vastarunt, Occidentem vastant Turcæ. Miseri, qui in victores inhumanos cadunt: non omnino miseri, qui pro Republica cadunt, quamvis mortem violentam opperant. Quid miseros dico, quorum miseria finitur morte? cur non potius beatos, quorum miseriā excipit felicitas sempiterna? Felices qui vitam in Christo viuunt verè vitam & immortalem! Quantò miseriōres nostris, quos miseros paulo ante censebam (miseret enim me sortis) illi ipsi viatores? qui breuis vitæ usura, æternam amittunt? nec vident imperium, quod iniustum est, diuturnum esse non posse. Animaduerterunt hoc Græci & Romani. Qua de causa Deos consulunt, res repetunt: ius gentium colunt: iureq; fæciali ius nullum iustius statuunt. Nec Turcæ olim ignorarunt iustitiae vim: & accusatos iniustitiae maiores nostros strenue vicerunt. Cum igitur Turcas iuris hoc tempore ceperit obliuio: hæc ipsa spem mihi de victoria confirmat Auguste. Nā vt nostros superarunt in causa iustiori: heteralcea tibi & qui tua auspicia sequuntur, victoriam, non ego, sed Deus idem violati iuris vindicta promittit. Animaduersione fortassis dignum est, perspicax hoc meum de eventu belli oraculum. Nam fuit tempus, quo alia mortali bus causa: alia Deo immortali probaretur: & nos amor nostri, quia lumine orbatus est, potest demetare. Homo sum, humanae fragilitatis mihi met ipse conscius. Cæterum nec me amor mei h̄ic fallit: nec à veritate abducit respectus tui. Quod æquum & bonum est, pondero. Hoc autem multò magis Deo probatur severissimo iustitiae assertori: quam hominum generi, qui quiduis magis quam iusta & salubria appetunt. Nihil igitur auribus tuis do, aut mihi ipse indulgeo: qui assero iustitiae non tuam fore, & hercle tuā, quod iuste prudenterq; imperium obtines, victoriam. Thucydides vir non admodum superstiosus; Spartanos refert, tū post varias clades animum collegisse: cum Atheniensēs à fortuna sublati plus iusto vellent; omniaq; sibi, vt insolens animus

animus est, cuius venti sunt secundi, imprudenter sibi pollicerentur. Xerxi non tam Græcos, quam Deos restitisse narrat Herodotus: quod vnius nollent longius extendi libidinem. Quid nos facere oportet puriori doctrina, quam naturæ est, præclarè institutos? Ad Deum duris in rebus confugere: & certè exspectare contra atrocem & iniustū hostem auxilium. Hæc qui dico & sentio: non dico quietescendum esse, at pugnandum: non sentio concipienda tantum vota; at qua tienda arma simul. Et quanquam tibi non succurrent forsan, qui præ cæteris deberent: succurrent, qui in Germania & Italia sapiunt. Nulli parcet, qui sibi in orbe terrarum soli imperium deberi iactat. Hoc Veneti intelligunt, & opes suas cum classe concupisci intelligunt: ac propterea sunt si non fœdere, animo tecum coniuncti. Nec dubito, quin, ut in bello multa præter opinionem eveniunt, si non publica Senatus voluntas, casus tibi aliquis Venetos obstringet. Praefectus classis Venetæ olim cum Turcis bellum accedit, faces & arma Italæ illaturis. Disploserat, qui mos salutandi militaris est, inani boatu tormentum. Cum dux Turcarum tacitus annueret: Venetus, ut generoso erat animo, non vano tonitru fulminat, & ru pro fœdere hostem ferit. Si vnius audacia pacem non ita iniquam, ut turpem abrupit; quid fore speras, vniuerso Senatu metuente seruitutem? Quod si Venetos senilis prudenter remorabitur aliquam diu, ne ad bellum accingantur: nisi extrema aliqua necessitas periculoso bello inhonestam pacem dirimat; Pont. Max. nec te, nec Remp. negliget. Quid de Principibos Italæ dicam, qui tuo beneficio regnant in illa florentissima regione? Memores sunt aut beneficij tui, aut periculi sui. Subuenient igitur tibi: quod te incolumi incolumes & salui sint. Tam salubris est imperij umbra in seruore bellorum ciuilium atq; externorum. In ruina Imperatorum Pop. Romani quondam libertas nata est: & libertatis auidæ ciuitates non nisi restituta dignitate imperio occidentis, dominos acceperunt. Quot etiamnum immunes sunt? præsertim in Germania? Nec a-

Iud Germaniae Principibus in mentem venire potest: sive enim sagaci ingenio: & manifeste vident, te nisi valido Germania non fore firmam: sed ut aero capite languent membra: ita possessiones suas, si quid (quod omne Deus, qui potest auertat) Turcarum immanitas in te posset, patere vndeque irruptioni Barbarorum. Si qui vaquā, Graeci libertatis audiū fuisse perhibentur: Principes tamen Dariū Scythis prodere noluerunt: quod Persarum Regis dominatus rure non poterat: quin secū in ruinā traheret minores dynastias. Quid ago? Principes Germaniae litterati sunt plerique. Mauritius Landgrauius Hessiae, Eubanū Hossum scribendi venustate superauit. Legunt igitur ipsi annales: & cū re ac præsentem statum diligent; levant me plurium narratione exemplorū. Sed nec liberæ ciuitates libertatis suæ & priuilegiorū securæ sunt: nisi tu certus sis status tui. Ita salus omnium cum tuadignitate arcte reuincta est. Calidū & frigidū in eodem subiecto familiarius conuenirent, si natura ferreret: quam in eodem statu libertas & tyrannis: tantum abest ut ciuitates seruæ sperare possint electis à Turca dominis libertatem. Quamobrem non modò Principes, sed & ciuitates aut volent, aut cogentur tibi, sine quo præsentem statum retinere non possunt, substdio venire. Non enim rebus illis ita dementes esse aut vacordes: ut malint Turcis seruitutem seruire: quam Magistratibus suis sub lege, quæ iuris norma est, parere: aut societate Turcarum speret meliorem serum suarum statum. Turca Principem nullū fert: qui Principem, qui non fert virum nobilem? Iam satius est Magistrati, quicunque tandem ī sit, sit modò Christianus; quam Turcarum Imperatori infestissimo Christianis seruire. Nam Magistratus noster aut muratur, aut succrescit: ut semper spes sit tolerabilioris: In Turcia seruitus perpetua est: Tyrannus succrescit: non mutatur Tyrannis. Sed populus fortasse, quod sub Tyranno & quia sit omnium conditio, Tyrannidem Turcarum non aspernatur. Dens bonei Christianorum liberi, si qui præ se animum ferunt, auulsi à parentibus (quid dico à parentibus? à Deo) imbuuntur

rur disciplina & religione Turcica. Bona subditorum non sunt subditorum; serui enim sunt: sed herit & iniquam conditionem hanc, si superis placet, æquam appellant. Nec est æqua omnium conditio. Nam & Magistratus spoliant provinciam: & Constantinopolim Ianizari diripuerunt impunè. Hæc referto ne quem ex plebe fallat spes Arithmeticæ proportionis quæ nulla istic est, nec esse potest; ubi Tyrannus arbitratu suo imperat, nulla litterarum scientia iustitus: qua Arithmeticæ à Geometrica discriminer & veracæ Musicæ temperet. Concordia est, aiunt, in illo quocunq; societatis hominum statu. Fuit, inquam ego: nam & non ita nuper istic data est de superstitione Mahometis dissensio: & Prætoriani ab Imperatore suo ceperunt dissentire. Quamobrem non modò nostrorum vel expressa necessitate concordia pro te pugnabit, Imperator: sed & contra Tyrannum suū discordes Turcæ. Quod si bello externo cōprimitur seditio, non potest non virtuositatē sua computre scere teterima tyrannis. Parricida regnat; horresco referens: cui enim parcet, qui sanguinē suum effundit? & qui omnibus vñus non lege, sed libidine imperat; aut puer, quē in delitijs habet, flagitosissimè seruit: aut, ut minus turpiter, gratiosissimæ pellicum se dat abutendum. Iuste Deus! hoc portentum, non Princeps, in Europa & Asia regnat: in Africam imperium extendit: nec contentus tua patientia, in tanta licentia peccandi, nobis minatur seruitutem. Cum famulo tuo Rodolfo Imperatore bellum gerit: & (nos miseros!) feliciter inchoauit. Peccauimus nos: Miserere nostri clementissime Deus: reptime truculentam audaciam: nostra res, imò tua agitur: Tui sumus, nec sine precio tui sumus, mitissime Domine Deus Iesu Christe: ut maximè velis nos perditos, quos saluos vis; non vis imperatorem, quam non meruit, pœnam dependere. Iudicia tua, Domine, abyssus multa: non me ingero in lucem illam incessam: in diuini iudicij sacrarium non sub volo. Verum me, quæso supplex, patere humana ratione mortalem de mortalibus ratiocinari, Turcarum, quos pateris magnam orbis par-

tem imperio obtinere, alij parentes, alij liberos trucidarunt: qui nunc Turcis imperabat, à nullo magis, quam à filio sibi metuebat: nec ubi regnanti nati sunt, aut ad regnum accessisti: sed vi retinent & condiderunt tyrannidem. Tantum illis licuit propter peccata nostra Arrius enim Mahometi viam stravit. Non resipiscimus: & propterea Mahometanorum imperius ira ualescit. Tu memento miserationum tuarum, obliuiscere impietatis nostræ: illæ enim præponderant. & ignosce prostratis ad clementiam tuæ genua macipijs tuis. Serua nobis libertatem: Austriacis imperium. Nos ut ut peccemus, te colimus & nomen tuum inuocamus: hi vices tuas clementer gerunt: nec parricidijs regna firmant aut iniustis armis occuparunt. Hæc summa petitio-
nis meæ est: si quia nos re amplius indigere vides: suppleat petitionem meam, & egestatem nostram munificentia tua. Nam quo splendidius erit bonitatis tuæ testimonium erga nos, ab omnibus desertos: eò maiör erit, ad quam omnia nostra votatendunt, nominis tui diuini gloria. Ita Deo te nobiscum, Imperator, iudicaui commendandum. Nec imploro diuinum auxilium: quod de humano desperem: sed quia Dei arbitrio omnes & omnia reguntur. Quam obrem & Gallorū tibi insignem globum promitto: Christianissimus est Rex Galliarum. & sine Christianos Turcis prodi in seruitutem? Non id nomen sineat aut magnitudo animi regalis. Nec aberit à pio iustoq; bello Regina Angliae: & cum viris, imò Principibus viris, & potentissimis Regibus de virtute contendet: renouabitq; auorum memoriam, qui Cyprum occuparunt, & in Oriente res maximas terra mariq; gesserunt. Bellum cum Philippo Hispaniarum Rege, odio Hispanorum ita hactenus gessit, ut cepti non pœnitreat: quantò gloriösius cum Philippo arma & vires coniungeret amore Christianorum! De popularibus meis Belgis, quos odia mutua crudeliter exercita, tot annos, satiare potuerunt, quid tibi polliceor, non habeo: annus enim est viceimus quintus, ex quo absum à patria. Verum silicet præterita futuris connectere, & ex illis

illis hæc coniscere: qui LX. rostratis nauibus Carolum V. Imperatorem secuti sunt Tunnetū: qui bellis eiusdem Imperatoris omnibus non tantum interfuerunt, sed & praefuerunt; à conlortio omnium soli non aberunt. Alius est reruni status. Doleo: ille erat concors & propterea felix: hic discors, & idcirco infelix atq; calamitosus. Idem animus Belgarum: & ardente patria iam tūm bello, magna manu volones auxilio fuerunt Ioanni Austriaco contra Turcas. Haec tenus de benevolentia & societate Christianorū: ut te in sententia, quam de victoria concepisti, quod mihi propositum est, confirmarem. Sapiens es, Rodolfe Imperatori: vsus rerum ad soleritiam ingenij accessit. Quod si mihi res esset cum Principe indocto, nec admodum sagaci; iuberem Deum, qui non fallit, in societatem belli vocare: proximam spem in virtute sua non aliena collorare. Exigua manus multi Principum ingentes hostium copias profligarunt: nec pauciores fusi fugatiq; sunt, quod sua manu non contenti subsidio alios aduocarint. Carolus cognomento Audax, Belgerum copijs & opibus, Gallis, Leodijs atq; Lotharingis superior extitit. Heluetijs à Campobastio proditus est. Nationem mea oratio perfidia nullam incensit: nec te à societate deterreo. Nam Maximilianus I. Imperator societate Principum Venetos repressit: & auxilio fretus in ditionis auitæ oppida rediit vñctor. Recens Ioannis Austriaci memoria est, & glorioſior de Turcis vñctoria. Auspicijs Philippi Regis vicit, sed & societate Pont. Max. atq; Venetorum. Multum igitur refert, quibuscum fœdus & societatem contrahas. Sed tute tibi crede: nec bellum differ expectatione sociorum: quod hostis infert. Copijs, opibus, viribus excedit te hostis tuus: Tu hostem virtute superas: quæ copijs vberior, opibus ditior, vitibus hostis tui longè robustior est. Et moræ tibi auctores sunt: non sunt audiendi. Fortunam hostis trepidant. Victoriamne? an fortunam? Hæc in Dei manu est: illa scelere, non manu hostis parra. Ego fortunam hostis contemno: Contemserunt & maiores tui: quorum aliud Viennā, aliud libertatem

perdidit. Horum quoties tibi in memoriā venit, coties grā-
 ditas animi tui in spem victorij non ambiguam excitatur;
 nec fieri potest, quin ex hac difficultate, Dei præsidio elab-
 aris. Recepit Viennā ille: hic libertatem cum imperio re-
 cepit. Tu retinebis imperium, quod tibi Deus dedit: & idem
 Deus tibi reddet Hungariā. Non est quod terreare felicita-
 te hostis: est quod caueas tibi à tuorum perfidia: ne consilia
 tua cōsūlent: ne limen imperij, arcēs tuas hostib. prodant.
 Clemētia laudatur, sed & severitate opus est: atq; vt præ-
 mia sunt virtuti; ita pœna sit delictorum: quæ reguandi di-
 sciplina si qua tempestate, est bellica, omnino necessaria.
 Nec videtur mihi hoc bello ignavia peccatum, sed perfidia:
 quæ in posterum etiam erit maior, nisi maior sit disciplina
 castrensis. Cætera in Theodosio Minorī laudabis: Ni miana
 illam leuitatē ne tu quidem Imperator, quilenissimus es,
 Reip. utilem censem. Soluta enim disciplina militari pax
 perniciose exemplo ab hostibus redempta est: nec aurum
 receptum vt a Camillo: certè nec dignitas imperij, vt tum
 vrbs recepta. Vngues tibi non ostendo: sed retinendi im-
 perij, & victorij obtinendæ rationes explicō, tibi nō igno-
 ras: noui te ingenio valere, & pollere audacia: vt me Reip.
 Christianæ studiosissimum, & Sacrae Imperatoriæ Maiesta-
 tis tuæ obseruantissimum ostendā: vel potius vt Deo, quod
 mihi à negotijs ocium est, referam acceptum. Māgno cū
 dolore animi audio, non fortunam (Deus enim quam alit
 & amat, virtuti non aduersatur) sed tuorū auaritiā tibi ca-
 stella eripere: & vereor, vt idem virus, plurium animis con-
 tagiū afflārit. Parī cū alacritate animi accipio, te publicārē
 non tuam curare: & ita imperij formā mutare; vt qui præ-
 mijs nequeunt in fide atq; officio contineris; reorū suppli-
 cijs à furore & scelere terreatur. Principis est, à quo lālus
 sit, cōdonare offensam. Hoc laudi fuit Cajo Iulio Cæsari,
 qui primus populi Romani libertatem in imperium vnius
 cōnautarit. Condonare Republicæ offensam ei, qui Rem-
 publicam prodidit, non est Principis. Populi enim est pub-
 licā res, non Principis. T. Manlius Torquatus filium securi-
 percussit

percussit etiam victorem. Tantam seueritatem , belli diffi-
cultas extorquebat Patri; Scipio Africanus Maior non im-
perio sūs exercitū lūblatis paucis expiatit in Hispania; Et
in Hispania Carolus V. Imperator in seditionis principes
animaduertit. Hæc iusta seueritas non minorēm gloriam
clarissimis ducibus & sapientissimo Imperatori peperit ;
quam in priuato criminē his ipsis & alijs clementia. In te
animi omnium intenti sunt: in te oculi omnium conieci. Si
quid accidit fortuiti, cuius est, fortunæ dicitur; Si quid vo-
luntarij dicis aut facis, Imperator, tuum est : negare nō po-
tes. Quod itaq; admiratione dignum est, maiori pñne dili-
gentia domi, quam foris, opus est : & certè frustra sunt ar-
ma foris, (vt ait ille) si non sit consilium domi. An ergo de-
siderem consilium domi rūæ, quæris : Non ego hercle, qui
non dubito viros prudentes atq; litteratos tibi à consilijs
esse. nam ex illo lectissimorum hominum consensu legatus
venit superiori hyeme in Sueciam, ad potentissimum Re-
gem Dominum meum clementissimum. Reditum in Polo-
niā optabat gratulatus in Sueciam aduentum Regi; vt
haberes, quorum consilia rei gerendæ coīmunicares. Re-
diit tuo rogatu maturius Rex. & te aut re iuuabit, quia po-
tens est; aut consilio, quia prudens. Non sum Regi à con-
silijs; nec sum Regem in Poloniā secutus. Hoc tamen de
Rege tibi affirmo: quo tibi poterit modo subueniet: nec
inanibus promissis actiones tuas suspendet. Noui Regem
in signi virtute præditum, nullis vitijs inquinatum. Tartari
ipso nec præsentē nec volente per Poloniā in Turcarum
castra venerunt. qui re cognita vehementer excanduit; pa-
ratus, vt tum dicebat, redeuntibus iter intercludere. Est
quidem periculosum, viam hosti præripere: quam ponte,
sicuti opus est, & quidem aureo sternendam contendunt
multi non imperiti rei militaris. Mithridates certè iti-
vere gaza strato ab insestante sui hostes retardauit: mi-
tius quam Medea: & insignoi strategemate è fauibus au-
tri militis sese explicauit. Galli noluerunt Annibalem re-
primere, ne belli molem in se ipsi inclinarent. Tanta ta-
men

men indignandis socordiæ quorundam animi regij generositas emicuit: ut nullum videretur aut regni aut vitæ discrimen exhorrescere. De ijs quæ postea euenerunt quid affirmem? qui nihil præter auditum habeo? Nam ego non inultè pòst in Germaniam veni: & quanquam iniquè mecum Heripoli sit actum: ego humanitatis memor, non magnæ clavis meæ atq; iniuriarum, pro Germania, immò pro vniuersa Republica Christiana ad Christianos primū: deinde ad Magistratus Christianorum, contra Turcas orationē habui. In scena versor: ne vt *πωφὸν πρόσωπον* vetuit pietatis studium, & pristinæ conditionis recordatio. Te si neglicerem, aut præterijssem dicendo: aīum agerem. Nam tu non tantum imperij Romani dignitatem obtines; verùm etiam inter omnes Christiani nominis Principes & Reges dignitate excellis. Quamobrem quod primum omnium mihi erat in optatis: Deus te, Potentissime Imperator, florentem seruet: & fūsis cæsisq; quo quot iustissimis conatis tuis aduersantur, imperium tuum longè lateq; proferat: & faciat, qui nunc tibi insultant, dominum & victorem Barbarorum. Salutem tibi promittit Deus: adhære clavo Reipublicæ: & offert victoram: dum modò crea, qui ferre possit & accipere diuinitus oblatam.

F I N I S.

INDEX PRIMÆ PARTIS

Voluminis tertij.

A

- Agypti fecunditas 21
 Alba amissa 116
 Alcoranus 13
 Amurathis res gestæ 17. bellum Christianis illatum quale 191
 Asia amplitudo, fertilitas opulētia 67
 Athenienses periēre ducorum vi-
tio. 126
 Austriaca familiæ commendatio
157. affinitas cum regib⁹ &
principib⁹ 158.

B

- Baiazetes à Tamborlano captus 16.
 Baiazetus ad Ludouicum 12 Gal-
lia Regem epistola 28.
 Balduinus Flandria Comes Con-
stantinopoli electus 160
 Belli ciuilis noxa 161. 162.
 Bellum Turcicum cur non magno-
pere reformidandum 130
 quomodo adornandum 134
 quibus auxilijs incipiendum &
 perficiendum 185. 196
 ad bellum Turcicum quæres nos
 animare debeant 105

- Belli Turcici suscipiendi cause im-
 pulsua 84. honestas 106 109
 honestas & necessitas 4. 40
 52. 92. 128. facilitas 10. 45
 & seqq. virilitas 20. 67. 172.

- In Bello Turcico persequendo so-
cordia Christianorum deplora-
tio. 122.
 Borboniorum affinitas cum Bur-
gundis 158.
 Bosphorus vrbs à Turcis capta &
direpta 101.
 Buda à Turcis capta 115.

C

- Caroli Magni Imp. res gestæ ad-
uersus Saracenos 6.7.41.
 Carols 111. Regis Gallie de Nor-
manniæ victoria 43.
 Caroli VII Francorum Regis res
gestæ contra Anglos 2.
 Charitas religionis Christianæ v-
nicus scopus 105.
 Concordiam quibus Deus commen-
det 177.
 Consutatio eorum qui improbant
bellum Turcicum 111.
 Coniuratio cum Turcū impia 155.
 Constantinopolu expugnandæ faci-
litatis 82.
 Cosrois Persarum Regis cum Sava-
cenis bellum 14.

D

- Dalmatia direpta 116.
 Demetrius Palæologus Peloponne-
si regno potius 17.
 Discordia Christianorum aperit
Turcianuam ad occidentū im-
perium 66

INDEX PRIMAE PARTIS

perium	160.	ani Imperij corpore anulsa sibi erit	47.
Discordia causa peccata	154.	Guido Hierosolymorum Rex à Sa-	
Discordia noxæ	48. 162. 176.	ladino captus	7.
Ductorem milium quibus virtuti- bus instruētum esse deceat	125.		

F

Fædus cum Turca impitum	155
noxium	169
Fortuna inconstantia	188.
Franos solos barbarorum impe- tum repressisse	1.
Franciscus Sforcia Mediolani Dux eti militaris scientissimus	18.
Ludouicu Galliarum regi suppe- tias tulit tumultu ciuiti	27.
Francisci Philelphi ad Baiacetus epistolam peroratio ad princi- pes Christianos	30.

G

Gallia Regi vnde milites legendi,	
& vnde stipendia militum con- trahenda	79
vnde committitus subministrandus	81.
Gallorum expeditiones in terram sanctam	43.
Gallu ad expeditionem Turcicam duplex itineris via proponitur	
81.	
Gloria finis rerum gerendarum	68.
Gothofradi Bullionij res gestæ ad- uersus Saracenos	7. 43.
Gracie commendatio	67.
Gracia quibus de causis à Christi-	

H

Henrici III Galliarum Regis ca- des	165.
--	------

I

Ianu Rex Cypri capeno	23.
Imperatoris boni officium	138.
præstantia quibus rebus conti- nueatur	11.
Imperiorum quæ fundamenta	60.
Infidelium genera duo	3.
Iniuriam ferre, quam inferre, glo- riosus	165.
Insulae a Turcis vastata	8.

L

Liberi seu Bacchi exercitus qualis fuerit	118.
Libertas dulcis	165.
Ludouici Pij Imp. res gestæ contra Saracenos	7.
Ludouici Sancti Regis Gallia res gestæ & mors	6. 44.
Ludouici 12 Regis Gallie elogium	
res gestæ 63. cum Carolo 11. comparatio.	53.

M

Mahometus à Turci ex perfide ex- pulsus	101
Mahometi II. vita 11. & seqq.	

Majorum

VOLVMINIS TERTII.

Maiorum nostrum cum seculo no-		pta	8. 117.
stro comparatio	176.	Religio Christiana quid à nobis re-	
Mathia Hungaria Regum res gestæ		quirat	105.
contra Turcos 49. victoria ad		Rhodus propugnaculum orbis Chri-	
Belgradum 50. Rhodiorum yr-		stiani 107. obseffa 106. pro Rho-	
bis oppugnatio	51.	diorum à Turci oppressorum de-	
Mori in bello melius quam seruire		fensione oratio	103.
Turco	109.		

S

N

Necessitas seruitutis & libertatis	
quomodo differant	127.
Nicolaus V. Pont. Rom.	18.

O

Obsidiones perferre damnosam	82.
Occasiones ad bellum Turicum	
suscipiendum	77.

P

Pecunia nerutus belli	10.
Poloponnesi descriptio	18.
Philippus Rex Hispania	159.
Pios cur Deus finat irgeri rebus	
aduersis	2.
Principis officium	62.
Prudentia in bello gerendo quan-	
tum valeat	11.
Pugnandum pro aris & focis	181.
Pugnandum aut seruendum	168.

R

Regis proprium 39 officium	62.
Reges infideli expositi	179.
Regiones à Turci Christianis ere-	

Saladini Amira res gestæ	7.
Saracenorum incrementum & bel-	
la	13.
Saraceni quas regiones Christianis	
eripuerint 3. à Turci Asia eie-	
cti	15.
Seruitus nefandum malum	107.
Seruitus pericula	108.
Sigismundus Rex à Turci susus 3.	
	22.

Sinan Bassa	156.
Societas & concordia in debellan-	
do Turca necessaria 153. 167.	
172. 178. 184.	
Socordia Christianorum in bello	
Turcico prosequenda reprehend-	
eo 122. 123. eiusdem mala	
124.	
Syria fertilitas & opulentia	21.

T

Tamberlanis de Baiazete victoria	
	16.
Terra sancta Mahometi ganeo di-	
cata	8.
Turci fedifragi 131. militaribus	
	66 2 laboribus

INDEX SECUNDÆ PARTIS VOL. TER.

- | | |
|---|--|
| laboribus assueti 118; cur se
Mahometica superstitioni ad-
sciuerint 14. 15. Galli infesti
56. 72 per omnem iniuria con-
tumeliam Christianis nocent 5
105 in Europam accersisti à
Cançacuzeno contra Ioannem
Peleologum Imp. 15. quas regi-
ones & vrbes Christianis eripu-
erint 8. 117. | Turcorum potentiam quæres con-
firment 138. quæ insirment &
infingant 140. cum Turcis
nullam pacem, nullum sœdus fi-
eri posse 131. |
| Turcorum origo 3. incrementum
3. 8. 101 incrementi caussa
117. crudelitas & tyrannis 58
160. 163. vires & potentia
quales 16. 137. | Turcicum bellum lege Bellum Tur-
cicum, |
| Turcorum imperium quando auctū
8. quibus rebus auctum & con-
firmatum 48. | Vaticinium de victoria contra Tur-
cos 188.
Venetorum cum Turcis bella 54.
Victoria natura 70.
Vienna obessa 116.
Vis vi repellenda 162.
Vladislai Regis Vngaria interitus
3. 23. |



S E L E C T I S S I M A R V M
O R A T I O N V M E T
Consultationum

DE BELLO TVRCICO

variorum & diuersorum
Auctorum,

V O L V M I N I S T E R T I I ,


Pars altera,

A D S I G I S M V N D V M III.

R E G E M Poloniæ & Sueciæ,

R E C E N S E N T E

NICOLAO REVSNERO LEOR.
Iurisc. & Consiliario Saxonico.



L I P S I Æ.

S Y N Θ E Ω

S E R E N I S S . P O T E N T I S S I M O Q .
P R I N C I P I

D . S I G I S M U N D O III .
R E G I P O L O N I A E E T
S V E C I A E

M A G N O D U C I L I T H V A N I A E ,
R V S S I A E , P R V S S I A E , M A S O V I A E ,
L I V O N I A E , S A M O G I T I A E Q .

H E R O I
B E L L I P A C I S Q . A R T I B .
I N C L Y T O

P A T R I A E P A T R I
R E I P V B . C H R I S T I A N A E

C O N T R A
I M M A N E M S C Y T H A R V M E T T V R C A R V M
B A R B A R I E M A C T Y R A N N I D E M
P R O P V G N A T . A C D E F E N S O R I
F O R T I S S .

P V B L . T R A N Q V I L L . A V C T O R I
E T C O N S E R V A T O R I

O P E .

OPERIS ANTITVR CICI
PARTEM HANC CEV REG. MAIEST.
PROPRIAM ET PECVLAREM,

IN
**MILITIAE SACRAE SOCIALIS
SYMBOLVM**

FORTITVD. MAGNANIMITATIS Q.
ADVERSVS BARBAROS
INCITAMENTVM,

LIBERTAT. TRANQVILLITATIS Q.
PVBLICATORAMENTVM

NICOLAVS REVSNERVS
LEORIN. IVRISC.

PRINCIPI OPTIMO ET
HUMANISS.

EIDEM Q.

LITERATISS. SIMVL ET
LITERATOR. PATRONO
LIBERALISS.

PUBLICI OFFICII
PRIVATI MERITI
PIGNVS AC TESTIMON.

Tum verò in primis
LEGATIONIS AVGVSTÆ
APVD SERENIS. MAIEST. REGIAM
IN PVBLICIS COMITIIS
CRACOVIAE,
MAXIMA PROCERV M ORDINV M Q.
REGNI FREquentia ET POMPA
HABITIS.

ILLVSTRISS. SACRI ROM. IMPERII
ELECTOR. COLLEGII
NOMINE,

PRO BELLO SOCIALI TVRCICO
IMPETRANDO,

EX VOTO

FELICITER ET AVSPICATO
A SE SVISQ. COLLEGIS NON
ITA PRIDEM OBITAE,

Pòstetiam

DEO OPT. MAX.
BENE FORTVNANTE.

OPERE ET FACTO IPSO
CONSVMMANDAE,

ANIMO PARITER FIDELI ET
DE VOTO
MONIM. PERP.
LVBENS MERITOR.

D. D. D.

IN

INDEX SECUNDÆ PARTIS Voluminis tertij.

A

Alphonsi Aragonum Regis res gestæ 93. 104 orationis pro suscipiendo in Turcas bello commendato 92 in eiusdem triumphantum 93

Amici boni, regni presidia 75. 76 Amurathes quam perfidiose bellum Christianis intulerit 17 quas vrbes ipsis eripuerit 4

Antiochia à Tancredo Normannus & Duce seruata 102 à Bohemondo Tarentino subacta ibid.

B

Bellare foris, quam domi, melius 12. 13

Bellorum origo 68 Bella non sunt peccata 69 facile sumi, agerimè definiri 54 non temere esse mouenda 46 quæ sint iusta 69

Bellum etiam iustum detestandum 55

Belligis virtutibus paratur gloria 36

Belli Turcici ab Amurate Rudolpho II. Imp. illati initium 3

Bellum sociale aduersus Turcas suscipiendum 18 & cur 35. 37

45

Belli Turcici honestas 6. 71 iusti-

tia 19 necessitas 9. 19. 100. 108 utilitas 8. 75. 76. 101. 106 facilitas 19 Bibazij descriptio 4 Bobemundi Pr. Tarentini res gestæ 102 Bosinenses à Turcis cur concisi 99.

C

Caroli Regis Sicilia & Apuliæ res gestæ 103

Christi Pelicanus 36

Christianorum apud Siseccum Albam Regalem, arcem Hatuan, Filecum, & arcem Seziensem victoriae 31

Christoph. Radouilus dux bellicus fortiss. 49

Concordia Christianorum, Turcarum exitium 92

Consilia audacia, euentu trifilia 77

Coreyra & Corinthus Gracis erpta à Rogerio Sicilia Rege 103

Cosaci 43.

D

Defensionis Circulus in Imperio Germanico 68

Dyrrachium subactum à Guiscardo Sicilia Duce 102

* 3

Expedi-

INDEX SECUNDÆ PARTIS

E	Iaurinum Turcæ deditum 4. 17 28 & quidem proditione 47
Expeditionis Turcicæ suscipienda causæ	Illyrj sterilitas 99 amissum 98
	Ioannis Coruini Hunniadæ oratio ad milites 106
F	Ioannes Zamoiscius dux belli for- tissimus 48
Ferdinandi Aragonj res gesta 103	Iuliani Cardinalis oratio pro expe- ditione Turcica 110 de restin- denda pace cum Turcis 114
Fides non frangenda s & etiam ho- sti seruanda 53	Turamentum quale vinculum 53
Fortuna fragilitas 73.	Iusticia stabilitur iheronus 52.
G	L
Gracia amissa, seu fons errorum 99	Libertati Christianorum suscipie- da defensio 70.
Guilielmi R. Sicilia & Calabria res gestæ 103	M
Guiscardi Calabria Duci mors & res gestæ 102.	Mahometica secta impietas 89
H	Militum multitudo impedimen- tum 73. 74.
Hassan Bassa Bosnensis, cum Amu- rathis ex sorore nepote interiu- sus 4	N
Hierosolyma à Bohemundo Cala- bria Duce recuperata 102	Natura supplementum in homine inermi 67
Hungaria descriptio 25. castra 34 vastationis deploratio 27	Nesuistanæ sedes 40
Hungaria clypeus & murus Polo- nia 32 diu impetum Turca su- stinxit 31	Nicea Saracenis erpta 102
In Hungaria duo anguli à Turca adhuc integri 28	Nicephorus Imp. Byzantinus susus à Guiscardo 102.
Hungariae ordinum à Poloniis postu- latum 29.	P
	Palotta Turcæ dedita 4
	Pax quando agenda 78
	Facis fœderis rupta per quam exi- tiosa 53
	Polonia regnum barbarico furore bauit

VOLVMINIS TERTII.

haud tutum ac securum	9. 12	Sarmatia abundat equitatu & nobilitate	48
18		Securitas in bello perniciosa	70
Princeps nunquam se impliceat bello, nisi iusto & necessario	54	Seruitute nihil detestabilius	44
Prouinciae Christianae à Turca ademta	98	Sicilia descriptio	99
Prudentia & circumspectio in bello Turcico necessaria	77	Sigismundus Rex Poloniae primum	
Ptolemais à Boëmundo Pr. Tarentino subacta	102	cum Imperio Rom. sacerdos societatem inire debeat	50. 67
Pugnandum & standum	75	Societas iura unde ortas	68
Pugnandi causa Christianis quam Turci infiiores	108.	Stephani Bathory Pelenia Regis laus	48.

R

Regiones à Turcis posse	10.	Tancredi Normanniae Duci res gestae	102
107		Tartarorum transitus per Poculum	
Religione in rebus humanis nihil prestantius	67	am	79
Religionis causa ab omnibus pars studio & fide defendenda	67	Theffalonica Graecia erupta à Guilielmo Sicilia Rege	103
Rex cur eligatur si à tyranno quid differat	51	Turci sacerdotali perfidi 42 tyranii 11. 44. 105 quando ab Imp. Byzantiniis in Europam sint euocati	104 ty. 73
Roderici Gotorum Regis cades	90	Turcici regni initium 2 incrementum 3. interius immine;	
Rogerij Regis Siciliae res gestae	102	72	
Rudolphus II. Imp. ad belli Turcici societatem vocat extei nos quoque principes	5. 6.	Turcum latrocinium ad exitium Christianorum destinatum	68

S

Saladini clades	103
Saracenicæ sectæ impietas	89

Tancredi Normanniae Duci res gestae	102
Tartarorum transitus per Poculum am	79
Theffalonica Graecia erupta à Guilielmo Sicilia Rege	103
Turci sacerdotali perfidi 42 tyranii 11. 44. 105 quando ab Imp. Byzantiniis in Europam sint euocati	104 ty. 73
Turcici regni initium 2 incrementum 3. interius immine;	
72	
Turcum latrocinium ad exitium Christianorum destinatum	68
Turcum potentia non timenda	
73	
Turco imminere exitium 74 fides non habenda 34 Turcorum irruptionis in Illyriam	96.
Valen-	

INDEX SECUNDÆ PARTIS VOL. TER.

V	Vesprimium captum	4
Valentia à Saracenis occupata 91	Virtus proprium hominū bonum	51
Vaticinia de interitu Turcici im- perij	Vis vi repellenda	68
74	Vrbes Christianis erupta à Sarace- nis 91 à Turcis	4, 107.



GEOR-

GEORGII CA-
STRIOTI SCANDER-
BEGI EPIROTARVM
Principis

Ad uniuersum Albanum Consilium pro tu-
enda fide Orthodoxa aduersus
Turcas,

O R A T I O I.

VTINAM , Patres & Principes
Optimi , aliquis sit credendi finis Chri-
stianis nostris ; & Ottomanæ nos fidei sa-
tietas tandem aliquateneat : immò per-
fidia plusquam Punica palam fiat . Neq;
enim ego hodie quietum patriæ statum ,
inuisus fortasse noui belli author , turbarem ; & vos ad ha-
scē belli incommoditates , & maximarum rerum pericula
sollicitarem ; nisi Iohannes Castriotus pater ille meus ,
Princeps alioqui prudentissimus , tantam olim perfido
huic Amurathi fidem habuisset ; dum funesta pacis præ-
textu , velut certa pignora , obsides ab eo filios , non diffi-
cilius , quam petierat , impetrasset . Sed quid de parente
meo diutiū conqueror . Communis est hic error ; com-
mune fatum omnium Christianorum principum . Quid
de Græco dicam ? quid de Myorum & aliorum deinceps
Christianorum imperio ? Omnes profectò nimia ista cre-
dendi facilitas perdidit ; nihilç iam illis à perfido Otto-
mano relictum est ; nisi ut tantum eos pœnitere posuit . Qua-
re nihil est P. C. quod vobis in hac parte Orationis à me
dici

Uici possit: cùm satis alieno male, vtili exemplo edocet
 esse debueritis. Dum tamen hæc conqueror: & Ottoma-
 nas ipse fraudes diligentius mecum repeto, & ante oculos
 pono; pariterq; vos intueor, prudentiam & quæ & concor-
 diam spesto: illud me maxime confirmat & bono iubet es-
 se animo; quod vix villam adeo gentem, præterquam dolis
 & insidijs subactam, vel sua ipsa credulitate & domesticis
 eversam simultibus, cerno. Age tamen, dicat quispiam,
 multa quoq; ab Ottomanno virtute parta; innuinetas pro-
 uincias, plura hac ætate imperia armis eius sub ingo missa;
 numeret longos triumphos; irrupit ferox in Asiam: per-
 currit non semel Græciam: Mysiamq; incruentus toties
 penetrauit: Sicne igitur indomitam Albaniam, inuidam
 Epirum iniuriæ illius opportunam putauerimus? ubi tot
 duces, tot principes inuidissimi, tot bellicofissimi po-
 pulivnà concordes vigent in armis. Quanti enim fane-
 ant Barbari, virtutiq; nostræ tribuant; huic rei certissi-
 sum ipse testimonium afferre possum; qui cum illis
 domi militiæque plures annos traduxi. Inuiti coactiq;
 contravos bellandi necessitatem omnem habeunt: inui-
 tus verò atque timidus animus, quid boni, quid magni-
 gerere possit, dicat mihi strenuus atq; optimus miles.
 Sed dum me cupiditas ista dicendi, & iusti doloris caussa
 longius protrahit; non defuturos multos fateor: qui do-
 leant, quod se tam diu paci, licet non omnino honestæ,
 assuetos; non ad hæc belli incommoda enocem; dicantq;
 quæmcunq; euentum parit fortuna, nisi tamen posse sine
 cruento suo expediri. Dolebunt itidem matres, filios in bel-
 li discrimina missuræ: conquerentur vxores de virorum
 salute sollicitæ: & orbitatem sibi timentes parvuli domi
 relieti liberi. Appellabunt me omnes fortasse crudelem:
 & detestabuntur (quod ominari horret animus) nouum
 belli periculorum & sanguinis auorem; quamuis liber-
 tatis potius (absit verbo temeritas) assertorem & conci-
 liatorem vocare deberent. Vix suppetit oratio mihi ad
 eam legitimam & iustum defensionem: auertat hoc tan-
 tum

tum Deus Opt. Max. non est ita publici boni oblitus animus; vt vnum tot vestras vndiq̄ querelas audire; tot commonia omnium mala vnum videre possum: Quin si mei aliquem consilij p̄eniter, P. C. neque ē Repub. & ex omnium dignitate hac belli capiendi à me ostensa occasio videatur; & Croiam sum Amurathi (si ita conducibilius videatur vobis) & hasce omnes infelicitis regni reliquias, mox restituturus; priuatoq̄ periculo saluti prospecturus meæ potius: quam regnaturus publico vestrum: illud vnum tantū subditi mihi populi, & ianoxij ciniū sanguinis vicem doleo; quos sine duce, sine tutore, victimas hosti offerri non patitur animus; haud immemor fidei illius, quam nuper in me sibi restituendo omni ætati testatam reliquerunt. Sed quid per Deum immortalem (vt vobiscum iam liberius loquar) an igitur æquum erat ciuem vestrum à patria semper extorrem in seruitute apud Amurathem inter tot pericula, in damnata religione dogere potius: quam in Epiro, in natali solo, apud Christianos, apud vos, quicquid ætatis erat reliquum, exoluere debuisse? An in Epiro præterea esse; & auorum sedes, parentum Imperium, sepulcra, templa, Deos ipsos in barbarorum potestate per omnē scđitatē & ignominian aspicere diutius potuisse? Quid de Croia demur (vt nulla sit patriæ pietas) an vrbs tam munita, tam opibus clara validissimaq̄ in hostium manu reliquenda fuit? Cor Albani imperij, & vna ad omnes bellorum & pacis commoditates à maioribus nostris condita: negare istud quidem (ni nimis ipse mihi blandior) vix potestis. Patres iustissimi. Mitiūs tamen cum Amurathē agi potuisse quispiam dixerit; non ita irritandum Barbarum; non per tot scelera, vel patriam recuperandam fuisse; si modò scelus id potius, quam necessaria vitæ defensio appellanda sit; quæ non homini solum iure gentium, verūm brutis animalibus lege ipsa naturæ est concessa: Si tamen scelus hoc appellamus, quid de tot eius in me odijs, tot simultatibus dicendum erit? Quid de insidijs illis? quæ non solum vobis, sed vniuerso fermè terra-

rum orbi vulgata; vel cruentissimo hosti aliquid potuerissent lacrymarum elicere. Quid demum de miserabili fratum meorum cæde? quos omnes eodem ferme temporis momento, apud eum funesto fato absumptos his oculis vidi. Parvum est hoc igitur (proh dolor) me, me inquam ad hunc usq[ue] diem imbutas sanguine meorum manus aspicere potuisse: & apud homicidam impium tam certo vita periculo, omnes ferè dulcioris ætatis annos transegisse? Sed quid in his immoror? Ostendet propediem omnia, probè, an improbè facta, euentus belli iustus iudex: Verum illud policeri a usum omnibus, vos militem me vel ducem inuita patientia ad omnes labores subeundos, ad quæcunque obœunda pericula habituros: non die, non nocte, non aliquo tempore, yestræ pariter & Christianæ rei sum defuturus: & quamuis animi hanc mei cupiditatem virtus & rerum gerendarum gloria æquare non poterit; & quabit certè diligentia, & fides singularis longe superabit; tamen non pœnitendum saltē in eo consilium nostrum esse poterit. Nam cum hostis ingenium, artes, dolos, moresq[ue] deinceps omnes (quod maximum censeri solet in rebus bellicis) tam diutino vita vsu optimè norim: nihil incaute sum, nihil temere, nihil non considerate aq[ue]rurus: ni fatum aliquod yrgeat quod nullavis humana vincere potest. Cur autem hæc leuia commemo-ro? cùm maiora vel maxima planè omnia belli huiusc se-menta Deus vobis optimus dederit. Habetis vobiscum senatum populumq[ue] Venetum; unicum Christianæ fidei columen; terra mariq[ue] hac ætate longè potentissimum: & qui cum omni hominum memoria triumphos suos comparare, & de valuerso laudis genere certare queat. Habetis hosce Principes, eius Reipubl. non minimam partem, quitum sua, tūm Patrum voluntate atq[ue] decreto nobis omnia (quid nobis? Christianæ certè Republicæ) pollicentur: iustissimum bellum non recusant: grauibus & ipsi à perfido Barbaro iniurijs lacelsiti. Timendum nec quic-

nec quicquam est his ducibus, his autoribus. Quid amplius quæso, Albani Principes, à Dijs immortalibus petere potestis? Pudeat iam nos (si Dijs placet) fortunæ nostræ: turpe tûm nobis, tûm Veneto nomini turpisimum: eos diutius (Ita me mala nostra dicere cogunt) dominos ferre; quos patrum nostrorum memoria, infanis ille Scythæ vicus vix seruos perferre poterat: quibus nihil contemptius fuit; & latrocinijs tantum ac rapto viuere consueti, eò creuerunt hodie; vt extrema quæc nomini Christiano audeant minitari. Dies me deficeret, si omnia enumerare vellem: pudet hostis humilitatem referre, cum quo bellum gerendum sit nobis. Agite dum igitur, Principes; patriam, vxores, liberos fortunasq; vestras per summam gloriam vobis vindicate; defendite, & ad veram libertatis tranquillitatem reuocate. Ecquid sentitis, in quanto contemptuviuatis? Qui libertati, idem & vobis finis sit: si tamen tolerabilis videtur fortuna vestra; sumite pro me arma iustissima; non Albano; non principis filio; non cōsanguineo; sed Christiano, sed transfuga. Non loquor apud tecusantes iusta bullâ, Princeps ille de vobis non male meritus, fidei virtutiq; vestræ, si possit, commendaret. Sed si adhuc nihil vos mouet fortuna mea; & vel ignominiam pacem huic bello præponitis; ad gentis ipse meæ populorum & ciuium fidem configiam; quamcunq; dederit sortem fortuna, vna cum illis & quo animo subiturus: qui tam magno & quæ ac grato animo suam salutem pro mea salute devouerunt. Defensur itamen (vt arbitror) & vos estis P.C. Ad quid enim istuc conuocati tanto ardore conuenistis; nisi ad bellum; cum nullus alius vobis mei viuis esse possit, nisi in bello sit? Cæterum video iam ita omnium animos concitatos; & ita concitatis animis hostiles spiritus: Contemplor superbos vulcus; vt armatos iam iam aspicere mihi videar. Defendetis, inquam, vel inuiti; cum solum ab Amurathie oppressum auxilium vestrum implorans audieritis; cum hostem impatientem ac victoria elatim

tam, libertatem atq; imperia vestra cuerentem, & rabido
cruentoq; pore pollutis atq; sacrilegis manibus ad sanguine
vestram hauriendum prouuentem videritis. Non expet-
ris tamen (obtestor) eas rerum difficultates; non expet-
ris, quousq; serum forsan istud à vobis auxilium petatur.
Sed nunc nunc vires viribus, arma armis conferentes: vel
expediemus quam primùm erupturum hostem; vel in cum
vltrò irruamus. Cùm coniunctos viderit, vel pœnitabit eū
consilij sui: vel, si ire perget, luſuosam fortasse vincendi
cupiditatem malo suo est depositurus. Timet adhuc for-
san quispiam vestrum; & in ancipiti sententia nutat ani-
mus; non vnum neq; debilem aduersus nos Amurathem
exercitum missarum: sed & plures, & validissimos: vel ipsū
forasan venturum ad eam iniuræ atrocitateto vlciscen-
dam: parem autem non esse exercitum nostrum aduersus
eas vires! Fateor ista omnia quidem: & libenter fateor:
magna tamen omnia animus meus praesagit: sed vereor
spondere quippiam incertis animis: cum futura in occul-
to fint, & omnis lateat euentus. Quod verò ad humanum
ingenium & consilium attinet: promptum vobis rerum o-
mnium remedium ostendam: quippe cùm nihil tā difficile
sit, quod non hominis ingenio expediri possit. Ingeniosa
est ad sui tutelam natura: & quicquid iustè geritur, felices
sortiri euentus solet. Sed quid hoc pacto difficultatem au-
geo? Nōnne (vt de armis taceam) situs ipse locorum, &
Macedonia suapte natura tutissima regio, vos satis aduer-
sus quosq; impetus totabitur: qua nihil ad propulsandam
omnem iniuriam aptius, nihil commodius esse potest?
Nōnne præterea loca singula oppidaq; ante hostis aduen-
tum muniri poterunt viris, armis, commissa? Quid ipse
postremò cum exercitu à vobis commisso? intramurōsne
& teq; inclusus eo modo opportunam calamitati pro-
uinciam relinquam? & agrorum vestrorum direptiones,
villarum incendia, & publica id genus mala, ex tuto loco
& alta aliqua turri, cum pueris vestris degener aspiciam?
Non patietur quidem animus, tantæ ignauiz sibi esse ne-
scius;

scius: Adero semper in hostis conspeetu, cum copijs, cum
 militibus meis; & licet non iusto prelio, & aperte vi impe-
 tum eius periculo ultimo tentatus: ita tamen utiliori a-
 lio militiæ genere, & incruentis fortasse legionibus meis,
 Amurathis vires pariter & animos, propriejs Dijs, fran-
 gam: ut relictis post hac omnib. vasarijs (ut aiunt) abie-
 cis, omnem vobis praedam sit relieturus: nisi maluerit in
 hostili solo & alienis campis, exercitum suum, in tantis re-
 rum omnium incommodis, consenescere: & obfesso, quam
 obdidenti, similius esse. Vobis quidem nihil quicquam de-
 futurum est: ipse semper in oculis vestris ero; omnia obi-
 bo; singula peragam: quæ ad oppidanorum & exercitus
 mihi traditi vitam, non sustentandam, sed laute quoque allen-
 dam, facere videbuntur. Sed cur tantum vobis me ostento
 hodie? & superbas minas istas, fortia dicta, & feroceis impe-
 tus non hosti potius seruo? Quid item de Amurathen
 timidis mentibus obloquimur? Nihil est, quod de aduentu
 eius terreamur; satis de hoc sum ipse à domesticis eius, tum
 in recenti illo rerum mearum tumultu; tum proximis die-
 bus admonitus: ita Barbarorum quoque animos mihi adhuc
 conciliata iam pridem benevolètia, & iustior causa seruare
 ingentem tamen exercitum aduersus nos, si quo intentius
 fieri possit, parari quotidie tum fama ipsa, tum omnium
 sermones affirmant. Quare tollenda est omnis mora P. C.
 abiendiæ iam nostræ istæ consultationes; quas bellorum
 necessitates expeditare non possunt: peragenda omnis pro-
 uincia: Edicū proponendum; percensenda capita; exerci-
 tus impigre cōscribēdus: ne cùm hostis in conspectu erit;
 & tubarū clangor ad milites euocando auribus obstrepet;
 nos tunc sera belli consilia quæramus. Surgite iam igitur,
 Patres invictissimi: dignos tandem, iuantibus Dijs, vos
 Christiano imperio, omni deinceps futura ætati ostendi-
 te: gratiarum tamè à me actiones pro hodierno beneficio,
 armati sub galeis, ante signa in sudore, in pulvere expe-
 ctate: tales deniq; habituri, qualia belli pre-
 sidia dederitis. Duxi.

ORATIONVM TURCICARVM
EIVSDEM SCANDER-
BEGI IMPERA-
toris

AD MILITES AL-
banos

ORATIO II.



Ellem, Milites, felicioribus meis re-
bus, atq; meliori imperij tempore, & vos me-
ducem nasci essetis; & ipse hoc tam præclaro
fidei nostræ spectaculo perfrui possem: Quip-
pe cum nec tanta singulis hodie verecundia
obstretus, vos ad hac noua belli incommoda, cæteraque
id genus mala inuitarem: & gratissimis nunc ciuib; in
quiete & ocio gratias agerem: quas olim cruentissimis
militibus, non incruentus dux pro sudore, pro periculis,
pro hosti dando sanguine referendas præparaui. At quan-
do ita urgentibus fatis mea tulit fortuna, ut necessitatis
sim vobis iudex: & periculorum magis, quam ocij, autor-
ferenda omnia sunt vel æquo, vel forti animo: & subeunda
quantalibet belli huiusc magnitudo: ut in pace aliquan-
do & ocio viuere possimus: sumenda libenter & properè
arma: ut præcisist tandem tam diutinæ seruitutis nexibus,
sugatoq; ex vestibulis hoste; feliciorē posthac degamus
vitam: & in perpetuum libertate fruamur. Sed dum vos
alloquor nunc & intueor omnium in me animos pertra-
ctos; singulorumq; beneficia specio: vix ipse mei compos.
nunc dñe & lacrymis fermè temperare non possum: cum
subit miseratio miserrimi temporis illius: quod apud

Amura-

Amurathem impium, longo à vobis, longo ab oculis vestris interuallo seiuatus; per omnem indignitatem & iniuriam protraxi: nunc seruitutem ipse meam, nunc omnes ætatis annos recolo, pariterq; deploro: cùm metior ex habitu animorum vestrorum; quis libertatis, qualis imperij mei status apud vos fuisset: atq; nunc nunc planè sentio, & Barbari maleficia, & omnem malorum meorum sentiem; quotq; amiserim bona, priuatus tam diu dulcissimum ciuium consuetudine. Ex altera tamen parte cùm me diligenter colligo; & tacite ipse mecum nunc huius exercitus formam contemplor: omnia & quo animo fero, Milites; neq; fortunæ iam meæ, neq; tot perfunditorum malorum, neq; longissimæ pœnitent seruitutis: quando nunc ex ea tot honorum, & perpetuæ forsitan nobis libertatis occasio est oblata; quando (vt cætera taceam) tam speciosæ fidei vestræ agnoscendæ concessa mihi est cauſa. Quid enim perferendum non fuit, vt tot nunc ardores vestros spectarem; tot in me vobis restituendo vota audirem; totius deniq; Epiri florem ante oculos hodie haberem; arma tantummodo petentem, & pro me attrectantem? Quid illo spectaculo pulchrius? Omne Epiroticum nomen, & tot Venetos Senatores, ac Senatorum filios, ad hanc fortunam meam, velut ad communem periculi sortem conuocatos fuisse, præstò vidisse: quod non Ioanni Castrioto parenti meo illi, animis vestris tam acceptissimo, non ulli (vt ita dicam) hac ætate Principi contigit. Et, vt ad vos iterum nostra se conuertat Oratio, quid illud rei nouæ miraculum, totam fermè Macedoniam vacuam vidisse? dum ex omni parte voluntarij ad me milites concurritis: & contentione quadam arma quisq; bellumq; poscit; vt nemō patriæ, nemo magis suorum desiderio tangeretur: Ita me defenso, vna domos, focos, vxores, liberos, Deos ipsos detendisse videmini: approbet consilia vestræ Deus Opt. Max. Quod igitur ad vos hortandos dicendum erat: nihil est, quod d' a me agi possit; cùm & ita animatos videam: & verba fortissimis viris virtutem non addant. Quid præ-

terea armatis vobis ferrumq; tenentibus, armatus & ipse
dixerim: satis scire debetis: & hostis vos admonet, quem
iam iam in conspectu habetis: admonent tot rerum indi-
gnitates: & armant omnes singulosq; tum priuata, tum
publica ira: Dicam tamen, quod et si non dicerem, res i-
psa palam vos docere potest: Quæ hæc nostræ (quæ so)
fernitatis species? Neq; Christiani iam sumus, neq; Bar-
bari: semel aut fortiter moriendum; aut arripienda pos-
sessio fidei pariter & libertatis. Quod hoc mali genus?
Quotidie capitur, quotidie diripitur Epirus: in manu
tantum salus posita nobis; aliud nullum effugium. Quem
nunc Barbarum in nos creditis venire? quæ mandata des-
fert? ad quod vltionis genus properat? Iam singulis sum
statuit supplicium; non iusto belli odio, non veri hostis
more; sed furore & rabie quadam ad sanguinem vestrum
hauriendum fertur. Quare si cui patriæ pietas, si cui
sua virtus, si parentum splendor subdere Spiritus pos-
sunt: sumite arma, arma inquam sumite: acuite iustissi-
mum ferrum: Croiam & auorum sedes, quas tam forti-
ter auctore me incruenti recuperastis, cruenti (si ita res
ferat) defendite: & regnum, quod hucusque tanta fide
seruastis, & seruatum mihi tanta virtute reddidistis, im-
posterum seruate. Maior debet esse animus; maior so-
let dici virtus arcentis quam inferentis iniuriam. Præ-
dam illi poscunt; regnandi sola cupiditate ducti in nos
ruunt: Vos, ne præda sitis, & vt cives patriæ debitum ex-
soluatis: Pro qua nunquam nimis sanguinis datum videri
debet: omnia fortitudinis signa demonstrate; nunquam
pro ea satis pugnatum; cuius pietas omnem luperat pie-
tatem. Sed (vt hæc iam libens omittam) quid defutu-
rum est vobis ad summum victoriae & gloriae calcem; si
oblato beneficio vti velitis; cum non modò quicquid est
visquam Albani nominis, vobiscum in hac caussa videatis;
sed Venetos quoq; Principes illos, quos vniuersa pariter
colit & formidat Italia; pro vestrâ libertate stare conspi-
ciatis: nunc recuperandæ tam diu amissæ patriæ, nunc
amplian-

Ampliandæ fortunæ vestre spes & occasio adest ; Indu-
 cite in animum ; quod non induxerunt patres auique ve-
 stri (pace illorum dixerim) ut concordia hac Macedo-
 niæ , Principum altricis , pristinum illum statum effinga-
 tis : & ex ignominia hac , propitijs Dijs , Epitum in per-
 petuum vindicetis : ipsi præterea vel comilitonem , vel
 ducem me habere malitis : ad omnes labores periculaque
 vos non ultimus sequar . Et si in cæteris non ita felix au-
 dacia erit mea : hostis tamen ingenia , mores , artes omnes
 vobis sub manu dabo : qui cum diuino ita forsan agente
 fato , maximum vitæ tempus ad satietatem usque transe-
 gi ; funestissimo exemplo , proprio malo eductus , Pi-
 get me referre hoc loco eius humilitatem ; quamuis ala-
 criorem faciat militem facilioris spes promissa victoriz .
 Vix dicere audeo nunc , ne langeant vires ; euangeliant
 animi , nimia eius contemnendi licentia ; quippe cum sa-
 pe contemptus hostis ancipitem fecerit victoriam ; & cru-
 entum ediderit certamen . Quare ita cum fiducia sui , &
 sine contemptu alterius gerenda esse bella , primum fore
 præceptum antiqui militiz conditores statuerunt . Vi-
 debitis tamen ipsi , cum primum contemnetis perditissi-
 sum hominum genus ; quos & ante hac ferociter , &
 quæ ac feliciter , vel pauci contempsistis . Ecquis non con-
 temnat pariterque abominetur vilissimam gentem ? quæ
 omnis est ex seruorum colluione collecta : furtis ac la-
 trocinijs poriūs , quām veris affueta prælijs . Nonne
 (proh pudor !) quorum hodie nomen tantum , apud timi-
 dos mortales inualuit , Turcæ sunt isti servi est Scythis
 fugitiuis : qui (vt fertur) sedes patrias ultra Riphæos
 montes , & Taracontas insulas , etiam Aquilonis huber-
 ra ad Septentrionalem Oceanum habuere ? Gens foeda ,
 ignominiosa , in lustris ac lupanaribus educata : quæ non
 luporum , non vulturum carne , non abortiuis homi-
 nom foetibus abstinet : & cætera cuncta appetit , quæ vel
 ipsa fugit natura . Eos fama est Magnum Alexandrum ,
 tanquam pecora , in oujli & sepe , intra Hyperboreos

montes ferreis clausisse repagulis; qui vix aliquid vnguam
 à se iusto prælio partum gloriari possunt: dolis tantum &
 insidijs magna sibi imperia adepti, & maiora indies ade-
 pturi, si eis exercenda perfidia materia præbeatur. Ec-
 quid creditis de vobis, Albani? Videor iam videre mihi
 Amurathem: cùm arma aduersus vos non proficiunt, ad
 funestissimas artes tendentem. Adest, adest in oculis sub-
 dolus Ottomanus, cum ingentibus ad vos promis, assue-
 ta ductus aliorum fortuna. Vbi Græcos & Triballos,
 vbiq; Mylos fore putat; quos magis etiam, quam homi-
 nes decet, sui fati ignaros, bona fide sibi traditos, bonus
 Princeps omnes aut internectioni dedit; aut luminibus
 priuatos, cæterisq; membris mutilatos deformauit. Liben-
 ter horum meminit animus, Milites: non quod fides me-
 vestra vlla ex parte dubium habeat; cuius nullum vnguam
 principem vestrum ad hanc æratem potuit pœnitere: sed
 vt admoneam (vt par est) quos studeo conseruare; quibus
 vitam sanguinemq; omnem deuoui: cum quo vobis hosti-
 manus sint conserendæ. Vidistis namq; omnes, vidistis:
 quantum fidei, quantum virtuti vestra tribuam; quos ex-
 rot gentibus, & voluntario milite solos ad rerum omnium
 summam gerendam delegi: alios mæstissimos domum re-
 misi: Vos omnes expectant, quos laudent, aut accusent.
 Ego nunc nec laudandum quempiam, nec vituperandum
 censeo. Quid enim fidei minaci in castris militi haberí
 potest? Sed cùm fumantes sanguine hostili enses vestros
 aspiciam; cùm prodigam vitæ virtutem spectator ipse &
 hortator imitabor; tunc omni laudis & munerum genere
 cumulabo. Quæ autem maior laus, quæ ingentiora præ-
 mia vnicuiq; vestrum esse possent; quam seruata patria;
 quam omnes & singuli vobiscum fertis? Considerate igitur,
 Viri fortissimi, quantum momenti hodie sit in vobis.
 Hoc prælio victi, toto bello victi sumus: contrà vñtores,
 dum præsens à nobis Amurathis excutiemus iugum; tam
 paci tranquillitatiq; perpetuæ in posterum consulemus.
 Proponite vobismet ipsiſ iugum hostile; & ludibria vñto-
 ris,

ris, & superbos vultus: Proponite & illud, qua frequen-
 tia, omnium generum multitudinis prosequente, à nostro-
 rum conspectu profecti simus; quām omnia votorum &
 lacrymarum plena reliquerimus; in qua nunc expectatio-
 ne coniuges, parentes, liberosq; vestros esse credamus.
 Stant omnes sollicitis ac pendentibus animis prospetan-
 tes: quem belli euēntum vobis virtus vestra dederit. De
 fortuna enim nihil est quod timeat vir fortis. Pudet ali-
 quam fortunam fateri: quam nō in manu atq; ense positam
 habeatis. Dij namq; ibi esse consueuerunt; vbi ipsa quoq;
 stat æquitas. Vestrū est igitur, ut conceptam omnium
 spem de virtute vestra factis æqueris. Quò numerosior
 hostis: eò speciosior laus est vestra; eò grauiores hostili-
 bus spolijs domum vos reducam. Verùm enim uero si quis-
 quam est timoris sibi ipse conscientius; qui vires nostras ex
 hostilis fama exercitus metiatur: & à quibus superatur nu-
 mero, virtute quoq; se credit superatum iri: hinc bona-
 cum venia facessat: ne impedimentum magis illum, quām
 auxilium, mecum traham. Reuertatur properè ad uxori-
 rem & liberos: quem viator postea exercitus domi intra-
 muros ac teatis clausum inueniat. Si verò ea omnium vo-
 luntas, & communis iste est timor: exercitum hunc, nisi
 pudeat, Deorum pariter & hominum maioribus firme-
 mus copijs; vel potius exemplò conuersis signis abeamus.
 Qui enim cum hisce legionibus, in Macedonicis præser-
 tim tutissimis suapte natura campis, Amurathis præfectū
 timeat; indignus mihi videtur eo, quem gerit, ense: indi-
 gnus aurā, qua vescitur. Inuitus in hac parte Orationis
 moror apud vos, Milites; ne dum fortes viros, sed prin-
 cipes etiam fortium. Agite dum igitur pristinam excita-
 te virtutem; generosos sumite animos; omnium rerum re-
 spectum, præterquām viatoriz vobis abscedentes (ut
 cuncta vno verba absoluam) morte sola vinci destinate.
 Si vice rimus, omnia im posterum felicia futura vobis cre-
 dite: fortiter viatis idem erit malorum & miseriaram finis:
 Hoc si fixum omnibus destinatumq; est; frustra me iam

ORATIONVM TURCICARVM

ardor ille dicendi vterius prouehit: quandoquidem nullus acrior homini stimulus, perspecta virutis conscientia, ad vincendum à natura est datus. Dixi.



GABRIELIS TRIVISA-
NI ORATORIS VENETI
*Ad Georgium Castriotum Scander-
begum*

Principem Epirotarum.

O R A T I O.



Enimus ad te Princeps invictissime; non ut omnes ferè , qui eiusmodi Legationis obeunt munus , facturi accedunt: ut te laudibus extollamus, patriæque tuæ dignitatem, & generis antiquitatem, nec non rerum gestarum excellentiam, meritis præconijs celebremus. Neque enim id cuiquam vel disertissimo ex facili concedi posse contendetur: & alioquin præsentis ratio temporis , ut id decenter fiat, haud quaquam exposcere videtur. Sed hortaturi potius & admonituri, rogaturique insuper: ut mentis tuæ aciem, quæ procul semper intueri, & futura adhuc in occulto posita perspicere & penetrare solet, ad impendens Reipublicæ Christi-

Christianæ periculum, ad pullulans iam & exoriens malum, moxq; nisi citè occurratur, vniuersam Europam inuasurum, dirigere & intendere velis. Certum enim tibi sit atq; exploratum, Princeps Serenissime: quod perfidus & subdolus tyrannus iste, non alia ratione, quam summa perfidia atq; simulatione pacem tecum inierit: cùm nullū Turcis Epiroticoq; generi naturale amoris commercium intendere posse: ut cùm primum scilicet reliquos Reges & Principes Christianos tibi vicinos sibi subiecisset (videbat enim à te armisq; tuis valde infestari, nec ea lusserre posse) propagatis dehinc viribus & imperio suo, in nos arma conuerteret. Iam vidimus, postquam barbarus iste tecum pacem composuit; & ab armis viribusq; tuis tutum se esse & quietum perspexit: confestim arma sua in Rascianos populos & Triballos conuertit, eosq; pessum dedit: Deinde Illyricos debellavit: Thraces euertit: Gracis è regno dei Alis, Trapezuntium imperium expugnauit: vires suas auxit, remq; in maius prouexit. Nunc vero rupto pacis fœdere, omniq; violato iure in nos arma conuertit: agrum tuum pariter & nostrum longè lateq; depopulatus est. Ecce Scanderbege Princeps, fides tibi à Barbaro quam bellè seruata: bellum excitauit: arma intulit: iam ad pugnam te prouocat: & haud perplexè suam indicat voluntatem atque furorem. Ferendanè hæc & quo animo? tacendum adhuc? confidendum Barbaro? standum promissis eius? dum Christianum nomen euertat: & nos funditus perdat: cùm infelix bellum, ram ignominiosè paci præferendum esset. Itanè igitur oblitum putas Barbarum tutissimæ illius paternæ mortis; quam ignominiosè subire à te compulsus est? Adde cædes & calamitates exercituuni, dum & Imperatorum suorum abs te editas. Cogitat hæc omnia rabidus & truculentus Mahometes: animo continuè voluit: die noctuq; præ oculis habet: vlcisci appetit atq; exoptat. Sed (heu!) Princeps splendidissime, simulat: simulat (crudel mihi) & arte sua Ottomanna vtirur: machinatur assidue, quo pacto dolis & insidijs suis te capere

& circumuenire possit. Blanditus est huiusq[ue] tibi, vt à bello desisteres; arma deponeres; quoad bellum conficeret: cæterosc[que] Reges & Principes Christianos tibi circumuicinos opprimeret atq[ue] prosterneret: quorum nullum alium præter te videbat, qui armis suis posset occurrere. Nunc verò postquam omnes alios sibi subiecit: omniaq[ue] ei ex sententia successerunt: rursus ad te conuertitur: in te arma intendit; quod te cum omnibus Epiroticis & regno tuo de medio tollat; & nos absorbeat: & rabiem suam barbarem expleat. Quid igitur amplius, Princeps optime, immorandum? quid vltierius expe&tandum? Iam in eo res est: vt Mahumetes iste aut hostis, aut dominus habendus sit. Sumamus nos quoq[ue] aduersus eum arma: vires viribus conferamus: exercitum adinuicem coniungamus. Bellum, quo nos prouocat, ei vltro inferamus; agrum eius: vt par est, incendamus, diripiamus, populemus: nec patiamur tandem nos arte atq[ue] insidijs eius circumueniri. Quippe nihil aliud molitur perfidus, nihil parat; quam seorsim nos opprimere: donec orba consilio auxilioq[ue] res Christiana, in manum eius sine vlla dimicacione tradatur (Dij meliora) & deploretur in perpetuum communis omnium libertas. Quos si vnà coniunctos esse, viderit; arma nostra formidabit: vires perhorrescat: vel si instare maluerit, omnino fortasse vicitus abibit. Sed si sciuntos animaduerterit, facili negotio obruet. Ita unus est hodie potentissimus. Proinde non permittamus hanc pestem, hanc contagionem, hunc morbum in Europa esse: cui nisi celerius occurramus; totam inficiet profecto atq[ue] contaminabit. Nostri enim iam Ottomanorum fraudes: nosti dolos & insidias: quibus omnia sua expediunt, & maxima quæq[ue] perficiunt. Quis vñquam, Princeps inuictissime, valeat huius truculentissimi Tyranni sceleris & flagitia commemorare? quibus vel omnes maiores suos longè superat: qui vel domestico ac familiarium suorum sanguine, quotidie non satiatur; qui etiam rem nostram Venetam aggredi totis viribus cupit: quæ (vt nosti) si-

Iti) fidei Christianæ semper columen & propugnaculum
fuit; vt eadem concusia fracta atque euerfa; non Epi-
rotas modò, sed alias etiam Christianorum nationes su-
pererat atque proculceret. Sed neque hoc solum ferus &
immanis tyrannus intendit: quamuis magna sit, & viris
non tolerandum; verum, vt fidem ipsam destruat; & quæ
sola via est salutis, hominibus interdicat. Errat enim,
si quis Mahumetem regiones magis Christianorum deua-
stare depopularique velle existimat; quam fidem ipsam
conterere, & ab hominum cordibus euellere credit. Quid
igitur? quid tandem (bone D e v s !) nos Christiani spe-
remus à bellua ista: qui & fide alieni, & omni viuendi ge-
nere ac ratione ab ea diuersi sumus? Itaque, Scanderbege
principum inuisitissime, Christi Athleta & miles, acce-
lera; festina, tolle moras; tolle abs te & ceruice tua &
nostra impendentia mala & pericula. Cae*t*ibi, caue
rei & imperio tuo, cùm possis (potes enim si vis) prius
quam mala & pericula te obruant & exertant. Nam
postquam tibi (quid absit) euenerint: voles protec*t*o, &
non poteris. Ideò, vt mihi videtur, longè tibi melius
& facilius erit; si antea prospexeris, quam post illatum
(vt aiunt) suscep*t*umque vulnus & i&cum, remedium &
medelam quærere velis. Consule igitur, consule mi
Princeps optime, quanto ocyus; ne Mahumetis Princi-
pis rabies, pestis, & contagio te inficiat, polluat atque
corrumpat: qui nihil certè aliud quærit, parat, atq*e* molitur:
nisi vt te pelle*t*um ad fidem & crudelitatem suam,
ad interitum & iinternacionem perducat: qui semper
Christiani nominis ac sanguinis insidiator & effusor: cui
Christianæ Orthodoxaque fides summopere exosa atque
inuisa fuit: quam totis viribus die noctuque profanare,
scindere atque perdere studet atq*e* conatur. Ad quam
turandam protegendaraque à furore crudelitateque rabi-
di traculentissimique tyranni, te, Princeps inuisitissime:
qui Athleta & C H R I S T I miles vocaris, immò sis:

O R A T I O N V M T V R C I C A R V M

Princeps noster, cum vniuerso senatu suo Veneto inuitat, inuocat: aurum tibi, argentum, milites & quicquid in huiuscemodi expeditionibus opus est, abunde pollicetur & offert. Te igitur, Princeps glorioſiſime, ſine mora præcinge: militem expedi: exercitum tuum & acies inſtru: ferrum acue: corripe telum: irru in Turcas,
Orthodoxæ fidei acerrimos hostes: quos facile vicisti
ſemper: & ad vicendum fatalis quædam & di-
uinitus tibi data eſt po-
ſtas. Dixi.



PAVL I

PAVLIA N GELI A R-
CHIEPISCOPI DYRRACHI-
ensis Pro bello aduersus Mahu-
metem suscipien-
do

AD GEORGIVM CA-
striotum Scanderbegum Princi-
pem Epirotarum,

ORATIO.

Elices & perbeatas fore Re-
publicas, regna & imperia, Princeps
inuictissime, diuinus exclamat Pla-
to; si eas ab optimis & sapietissimis
gubernari contigerit. Quod quidē
hac tempestate Albanis nostris eue-
nisse clara luce intuemur: qui à te v-
no Principe sapientissimo Impera-
tore optimo, duee inuictissimo reguntur. Propterea non
immerito omnes Reges & Principes proximi ac circum-
nicini, te vnum ducem strenuum, & Imperatorem singu-
larem, tanquam cœlitus missum sibi delegerunt; vt eo-
rum imperia & Regna ab Ottomanica rabie, Barbaraque
teritate protegeres: qui huc usque præclarè egregieque
armis prudentiaq[ue] tua, virtuteq[ue] ducum & militum tuorū,
semper turati sunt. Nunc vero cùm id Mahumetes omni-
um sagacissimus callidissimusq[ue] insidiator, & Christianæ
religio-

religionis persecutor acerrimus animaduerteret; appetens immanitate sua infandum odium in Christianum nomen conceptum explere: versutijs & calliditate sua Ottomanica egit; vt iacto tecum foedere cum eo compones, bellumque sedares: ne armis tuis, quæ summoperè timebat, infestaretur: qui quascunque pacis conditio-
 nes, quæ tibi placuerunt, per facile concessit. Sed (heu !) Princeps inuictissime, quis non videt Barbarum hæc o-
 mnia tecum barbarica fide gessisse, fraudulenterque pa-
 cem iniisse; vt primum alios Reges tibi vicinos & Chri-
 stianos principes de medio tolleret, dehinc arma sua in-
 te conuerteret, vt effecit ? Vbi vbi nunc sunt Rasciani
 Principes ? vbi Illyrici Reges ? Quò Trapezuntium Con-
 stantinopolitanumque migravit imperium ? Nunc nunc
 demum ad te conuersus rupto foedere, violata fide, agrum
 tuum longè lateque depopulatus est: confederatos tibi
 assiduis excursionibus perturbat atque exagitat; Quis e-
 nim Princeps nobilissime, queat explicare immanissimi
 huius Tyranni immensum aduersus te odium ? An ita mor-
 tem Amurathis patris, luctuosas exercituum suorum stra-
 ges, cædem ducum & Imperatorum suorum inultam o-
 missurum putas ? Confidis verbis ac promissis belluæ isti-
 us ? Accipitis excusationes eius ? Seruabitne tibi fidem ?
 seruabit, quam nunquam habuit, neque cuiquam ad hanc
 vsque diem seruauit ? Quis vnquam (bone Ds v s) flagi-
 tia huius truculentissimi Tyranni verbis posset recensere?
 quæ tamen silentio inuolvi nefas esse duxi. Quandoqui-
 dem voluptas quædam est in criminosum & improbum
 inachi : & autores vitiorum ac scelerum in lucem pro-
 ferre: illosque nominarim appellare; quò cæteri à flagi-
 tijs & vitijs deterriti sese abstineant. Igitur sicut nec
 virtus merito relinquenda est, quin laudetur: sic nec vi-
 tum, quin vituperetur. Ex vtroque enim idem percipi-
 tur fructus ; & ex bonis laudandis: & ex improbis vitu-
 perandis. Iustum est ergo, vt improbi omnes & flagi-
 tiosi

tiosim malè audiant: Verum Mahumetes hic Tyrannus ed magis: quò cæteros sua improbitate excellit superatque. Cuius quidem vitam, mores, & facinora, quò notiora sint tibi, illaque effugias, perstringendo quam breuissime percurram. Mahumetes infimo infelicique loco, humiliisque parentibus natus est, ea gente; quam Barbarorum pessima locis loca mutare semper consuevit. Nam cum Scythæ Mæotici Barbarorum pessimi sint: ipse adhuc turpiore infamioreque loco natus perhibetur. Scythja enim illius regio est: sed villa Otmanachi, ex qua Ottomanorum genus siue familia originem traxit. Cuius homines se seruos esse gaudent: nihil eius progenitoribus turpius, nil vilius. Amurathes igitur eius pater; cui ex genere imperium tenere minimè permisum erat: cùm ex Ottomanâ familia esset: quæ seruitio nata, atque semper addicta fuisset: imperia Asiae aliaque regna fraude sceleribusque occupauit; omnia auxit, atque propagauit: remque sordidis & sceleratis profectam initijs; eò prouexit: vt iam magnitudine laboret sua. Cætrum ut ad mores etiam eius descendam: Mahumetes magna vi animi & corporis: sed ingenio malo prauoque: humani generis hostis, & communis inimicus: sanguinis effusor: caput scelerum: Princeps omnium vitiorum: inuitator mortis: pater omnium malorum: insatiabilis homicida. Qui cùm talibus natus esset auctoriis: barbaram intemperantiam immanitatemque seruans: idem semper æquabili peruersitate per omnem æatem fuit. Huic ab adolescentia bella, cædes, rapinæ, discordiæ grata fuere; ibique iuuenturem exersuit suam: animus audax, subdolus, varius: cuiuslibet rei simulator: alieni appetens: ardens in cupiditatibus: in moderata, incredibilia, semper irmenla cupiens. Primo igitur pecunia, dehinc imperij cupido supra quam dici poscit, in eo crevit. Mens prauis artibus inbuta, libidinibus, non caruit: impudicus adulter: vitiorum inuentor: quæ

vel ipsa abhorret natura. Hic est Mahumetes ille; qui regnandi cupiditate fratrem ingulauit; Rascianos principes, Regem Bosnae perfidè obtruncavit; cognatos partim in servitutem & captiuitatem traxit; partim lumenib. priuavit; aut aliqua corporis parte mutilavit. Quid de alijs dicam? in quos omnia suppliciorū genera est expertus: inseipsum profecto videtur seruiturus, si alia adficiat: ira trux ingenium illud, ac præferuida ira nunquam ex saturari potest. Namq; animus erga Deos impurus, hominibus infestus; perniciem semper machinatur; amicitias, inimicitias nō ex re, sed ex coramodo vindicat: nusquam modum, nusquam modestiam seruat: fœda, crudelia in amicos subdirosq; committit: delubra publicē & priuatim spoliat; sacra profanat; omnia polluit: omnia rapit: omnia trahit: pudorem, pudicitiam, diuina humana promiscuè confundit. Nōnne omnes ferè cōtra fœderā subiugauit, interfecit, in seruitutem traxit? Propterea quidnam noui est, Princeps splendidissime; si fœdus fragus Mahumetes fidem tibi non seruat? cūm omni vitiorum genere contaminatus, scelera illa gentilitia ac perfidiam hæreditariam retineat. Proinde ne confidas Tyranno; ne verbis aut promissis eius statu: sed ab omni eius amicitia abstinens; pacem, quam ipse tibi prior sciit atq; dissoluit, solutam putato; neq; illius gratia bello eum prosequi supersedeto: Consule, consule iam tibi regnū tuo: ne barbarus insidijs atq; dolis te tuosq; opprimat. Nihil cogitat subdolus; nihil molitur perditus venerator, nisi quomodo fidem Christi expugnet atq; obruat: pro qua (vīscis) semper insudare atq; laborare proposuisti tibi: & iaramento affirmasti, tecq; sapienter dixisse memini: ad hanc turandem defendendāque te natum procreatumq; fuisse. Cur igitur (pace tua dixerim) arma depositisti? Cur militum tuorum animis ocio luxuriantibus, fidem Catholicam iam à Tyranno oppressam desertisti? bonum commune sepoluisti? militiæ renunciasti? tibi tantum soli viuere delegisti? An mediocre discriminē conditionis secuturam tibi ex hoc reputas? Veteranus dux,

dux, fortissimus bello, compressis manibus sedens? Videbit nunc quispiam (proh pudor!) videbit ocio luxuriare atq; euancere viuidum illud quondam tanti Principis ingenium? At Mahumetes amicus tuus non torpescit; non ocio tabescit: inuigilat, laborat, accelerat, ut Christi Euangelium profanet; Petri nauiculam subruat: vestem Christi discindat atq; dilaceret: secutus maiorum suorum vestigia, & Pseudoprophetæ sui traditiones: qui statuit, ut Christi nomen ranquam invulsum & profanum acerimè sui persequerentur: sanguisq; innoxius Christianorum effonderetur, absq; villa pietate. Ex quo Tyrannus ille fidem Christi semper præ cæteris acerrimè insecatatus est: in quem, Principium inuictissime, si tu nunc arma tua non exponas: vires non excites; illi bellum non inferas: omnes profecto te timidum, formidolosum & ocio datum censemebat. An nescis, quomodo omnes Christiani Reges & Principes, vñ à cum Sanctissimo Pontifice nostro Pio, summo orbis Antistite aduersus hunc Tyrannum conspirauère? quem, Deo adiuuante omnino persequi, & extra Europam expellere statuerunt. Iam à summō Pontifice exiit Edictum: & per omnia Christianorum ora propalatum est; quo omnes Reges & Principes Christiani veniam peccatorum suorum consecuti: aduersus Turcarum Regem cum ipso summo Pontifice quam primū exerceant & proficiantur. Ex quo Veneti tui cum Principe suo & omni Senatu, tam terrestri, quam maritimo apparatu, vñā cum Pontifice Maximo nostro, ad hanc expeditionem contra Mahumetem te inuitant & implorant; tecq; Principem, ducem, & totius Christiani exercitus generalē Imperatorem præficiunt. Et ubi primū Pontifex traiecerit & Dyrrachium intrauerit: in Regem Albanorum & Epirotarum declaraturū te constituir: dignum a primē, cui summa hujus belli deuandetur. Igitur, Scanderbege Princeps felicissime, quid facis? quid moraris? Aut in perpetuum bellum armag̃ obliuioni danda sunt, iugumq; accipiedum:

ORATIONVM TURCICARVM

dum: aut huic, cum quo de imperio & totius rei summa
 certetur, nec virtute, nec patientia cedendum? Excita a-
 nimum & vires tuas; conuoca duces tuos & Imperatores;
 contrahere vndiq; gentes & populos: inuita Reges & Prin-
 cipes vicinos tibi confederatos; instrue aciem & legiones;
 sequere omnium fidelium ceterum, & Christianorum col-
 legium: obtempera summo Pontifici: consequere veni-
 am peccatorum tuorum, cum omni exercitu tuo. Ecce Ve-
 neti mei tui miserunt: vt hæc tibi annuaciem: te exhorter:
 quod vires viribus, signa signis, copias copijs conferas. Sunt
 enim Veneti (vt nosti) principes Christianissimi, benignissimi,
 terra mariq; præpotentes: qui aurum & argentum ab-
 undè tibi pollicentur offeruntq;. Itaq;, Scanderbege, verè
 inquam Scanderbege: Tu tu prior, Principum decus, co-
 pijs tuis Barbaro bellum infer: agrum eius inuade: terro-
 rem & formidinem hosti incute: qui prior te prouocauit:
 rupto fædere; fide & pace violata. Nam leges & iura omni-
 um clamant, & permittunt, fidem non seruanti non esse
 seruandam. Audacter, audacter igitur Christianum præ
 exercitum; hostem prior aggredere; Barbaro bellum vni-
 uersale anauncia: & summo Pontifici iter præpara. Nam
 (ecce !) iam Pius, ecce ! Veneti tui, ecce ! Francigenæ, Hi-
 spani, Belgæ, Hungari, Boëmi, Poloni, Itali, & omne Chri-
 stianum nomen te sequitur: tibi adest. Ex quo fieri non po-
 test, Barbarus tot regib, & Principibus, tot copijs & exer-
 citib, vt resistere valeat; ideo fugam statim arripier; Europæ
 deseret. Non proderit superbia Ottomano: non doli, non
 insidiæ non fraudes solitæ eum leuabunt. Aduertendum est
 tamen & prudenti animo præcauendum: quod callidus
 Mahomedes hæc omnia præsentiens, statim nuncios & O-
 ratores suos ad te destinabit: quo alliciat te, vt arma depo-
 nas: & violatam ab illo pacem serues. Auertere animū
 à maleficia eius natura; obstrue aures illecebrib. Iam illius
 noscis ingenium: sat odoratus es hominem: & Ot-
 tomanæ gentis fraudes vel, si quisquam, opti-
 timè perspectas habes. Dixi.

RUDOLPHI

R V D O L P H I
II. ROM. IMP. AVG. LEGA-
T O R V M, D. STANISLA I EPI-
scopi Olomuneensis, & D. VVenceslai Senio-
ris Bercæ, Baronis, & Regni Boemiarum Au-
læ Mareschalli

A D S I G I S M V N D V M
III. REGEM POLONIÆ ET
Sueciae

O R A T I O

In Comitijs Generalibus Cracoviæ
habita 22. Februarij Anno

1595.


Elleme (Sereniss. Rex, vosq; in-
clyti Poloniarum Regni ordines) velle, in-
quam, tantam dicendi vim & facultatem
mihi nunc fore; quantum rerum, in qui-
bus pro celeberrimo hoc conuentu, ab
augustissimo Imperatore, ad vos, vna
cum collega meo Legatus venio, grauitas & amplitudo re-
quirit. Atq; ut ea in primis, quæ ad officios. S. Cæs. M. er-
ga Serenitatem V. Regiam animi, benevolæque erga vos
omnes voluntatis significationem pertinent, brevibus
expediam: pro eo, ac S. M. Cæs. suscepit à Serenitate V.

a a

in

in Sueciam profectionis necessitatem agnoscens, absentiā quidem S. Vestræ, florentiss. huic Poloniæ Regno non incommodam: Sueciæ vero illi inptimis utilem: stabiliendaque isthic internæ quieti & tranquillitatí maxime opportunam: euenire ex animo veteris cognationis, & recens contractæ affinitatis nexu coniunctissimo preccata fuit; ita posteaquam Serenitatem Vestram pacatis isthic, ac in ordinem redactis omnibus, superatq[ue] maris Baltici vltro citroq[ue] emensi difficultatibus & periculis, vna cum Serenissimotori & regnum consorte, vniuersoque comitatu, numinis auræq[ue] beneficio singulari feliciter reducem factam esse intellexit; quasi nuncupati pro incolumitate Serenit. V. voti compos; mirifica in animo oborta voluptate; nunc quoque Serenitatem V. in regnum hoc suum sospitem rediisse plurimum gaudet: simul & vobis, Ordines amplissimi, beneuole hoc ipso nomine gratulatur: atque ut pacatus & tranquillus florentissimi istius Regni status, absente Serenissimo Rege vestro, singulari vestra prudentia, raraq[ue] erga patriam charitate hactenus sustentatus; eodem prosperè iam ad vos reuerso, firmissime stabiliatur, perpetuoq[ue] conseruetur, vnicè exoptat. Sed prætermissa id temporis prolixiore declaratione officiorum; quæ amicis & socijs mutua esse debere, nemo non intelligit; legationis nostræ summam aggrediemur. Quæ cum in totius Reipublicæ Christianæ præsidijs per summam animorum ac voluntatum inter Christianos Principes confessionem, atque mutuam auxiliorum communionem firmandis versetur; bonam in spem euidem venio, Serenit. Vestram Regiam, vna cum ordinibus amplissimis mihi S. Cæsaræ M. eo in genere desideria exponenti, non minus & quis auribus, quam beneuola affectione adfuturam esse. Tristior totius orbis fato, quam crudela priscorum temporum simplicitas opinata fuisse videtur, perniciosem illad infelicitis Arabiæ monstrolo editum satu malum, impurus numinis diuini rectorque fidei contemptor Ma-

home-

homines, sub Heraclij Imperatoris tempora, ex infami
collectorum latrunculorum turba, funestum exercens ca-
put; non solum pestiferis legibus, in summam Reipu-
blicæ Christianæ perniciem, lequaces suos ad maximam
quorumlibet scelerum impunè patrandorum consensio-
nen obstrinxit: verum & Christianorum Principum, sub
ipsum tantæ pestis initium, socordia gliscente, adeò ma-
gnis non multò post rerum successibus, per vim & nefas,
Othomanicum Imperium auctius effecit; ut non Asiam
solum & Africam, sed magnam quoque totius mundi
reginæ, Europæ nimisrum communis genitricis altricis-
que nostræ partem, ferali detestandæ contagionis labo-
prostratam infecerit, vel potius (quod maximè dolen-
dum est) iniquissimè subingarit. Verum, si hæc, quæ
Asia, Libiæque Turcico subiectis imperio euenerunt, tan-
quam peregrina minimè ad nos pertinere fortassis pu-
tamus; Amuratæ id temporis Othomanicæ Tyranni-
dis gubernacula tenente; heu quantum florentissimo-
rum aliquot nominis Christiani regnum opulentissi-
marumque prouinciarum attritæ sunt vires! quam præ-
fens exitium parvis hisce Vngarorum reliquijs Turcicus
furor, perfida potius, quam callida terum huisque ge-
storum prosperitate mirifice tumescens, minatur! Ar-
bitrabatur Rudolphus, Imperator religiosissimus certi-
tis utrinque conditionibus initum, ad omnesque sibi
subiectas prouincias extensem fœdus, impium hunc Ty-
rannum, retento aliarum quarumuis nationum more, o-
mnibus ijsdem prouincijs illibatè seruaturum esse: verum
impotentem animum Barbari, ab omni humanitatis sen-
su, pietatisq; studio alieni, etea Christiani cultus exter-
minandi, libido, ac naturale in nostrum genns odium, ad
rem etiam profanis barbaricæ perfidiæ sacrifacientem,
Turcisq; ipsijs alijs detestabilem, ad fœdus, inquam
temerariè rumpendū, animauit. Primum itaq; Styria fini-
ta & penè contigua, imò ipsius Croatici regni loca,
non solum leuioribus incursionibus aut velitationi-

bus infestare; sed numerosi exercitus copijs, hostili planè modo (quod initi fœderis rationibus contrariū est) iauadere, concutere, depopulari, vastare, ac demū in potestatem suā redigere est conatus. Hinc Bihačiū, situs amoenitate, soli fertilitate, & incolatum opulentia celeberrimum Croatiae oppidum, vñā cum Arce & vniuerso loci illius territorio, crudeli ipsius iugo subiectum. Sic Sissekium, mascula Præpositi istic tunc degentis virtute memorabile, post varios dubij Martis euentus, sauitiae ipsius expostum fuit: sic alia passim loca in potestatem ipsius concessere. Sed nec ijs contentus Amurathes; quasi nepotis ex sorore, apud Sissekium vñā cum Hassan Bosnensi Bascha, Sauæ fluminis rapidissimo absorpti vortice, interitum vindicaturus: ducto ex Thracia milite, Vngariam ferro & igne depopulandam, summaq; potentia inuadendam, hostilem in animū induxit. Sic Vesprimiū captum: sic Palotta deditioñē fecit; sic Papa derelicta: sic Tata, sic S. Martini castellum, aliaq; Vngaricæ ditionis præsidia: sic demum Sinai Baschæ versutissimi ducis calliditate Iaurinū, direpta Vngaria vel potiū vniuersæ Christianæ Reip. præcipuū propugnaculum, profanis Turcarum sacrī ac dolis miseriè succubuit: quo in hostium potestatem redacto, parum absuit: quin etiam Comarinense præsidium obsidione cinctum, Turcicæ direptioni patuisset; nisi Christiani militis fides & vigilantia, vel potiū diuinæ prouidentiæ summa bonitas nefarium hostem ad soluendam obsidionem compulisset. Horresco referens, tam insignem Reip. Christianæ calamitatem, sanguinarij illius Tyranni partim audita potentia, partim fraudibus nobis recens illatam. Nec iminerit quidem: cùm tanta iactura, cuiusvis Christianam fidem profitenti, non secus quam si propria ipsius foret, serio expendenda, atq; etiam pro virili vlciscenda & vindicanda iure optimo videatur. Magna sunt equidem ea, quæ fœdus fragus Amurathes in Croatia, atq; præcipuis Vngariæ nobis conterminis locis perfecit; magna, inquam, sunt, vereq; talia, quæ iustum Christianis omnibus

bus non iniuriā incuriant metum. Verūm enim uero maior, & longè potentior est dextera Dei nostri: quæ arcum suum (ut cum regio Psalte loquar) parauit, & tenet illum; ex alto nobis auxilium affore benignissimè promittens: dummodò scelerum contagia, quæ plurimorum mentes obstrictas tenent, remedij ab ipso humani generis redemptore congregatis, expiemus: priuatorumq; commodorum rationibus postpositis, coniunctis virib; contra hunc religionis fideiç; nostræ contemptorem, magna vi & virtute oppugnandum incumbamus. Aderit haud dubie conatibus nostris ille, cuius solius causa suscipientur, Christus Opt. Max. impiumq; hunc Tyrannum, quem sicut Cedros Lybani in nostrorum aliquantulum passus est extolli pœnam delictorū, ope ac virtute sua diuina deprimet: humilibusq; adæquabit Miricis: nec non potentiam ipsius omnem acutissimo sui oris gladio concisam rerundet; giganteosq; conatus ex iracundia sua iustissima pharetra depromptis iaculis prosternet. Cuius quidem benignitatis diuinæ certissima fretus fiducia Imperator Rudolphus; tamq; graui laceritus iniuria: tandem aliquando Barbaricæ insolentiaz per opportunas Martis expediendi rationes comprimendæ, offerri occasionem ratus: id quod foederis initi sacramentum anteà prohibebat; modò non minore, quam perfidus ipse hostis, animo aggrediendum: uitæq; virtutis innatum vigorem contra fœdfragum Tyrannum intrepide constituit exerendum: Quia verò tanti hostis potentia sapientissimo Imperatori non usq; adeò contemnenda visa fuit: ut subiectorum dux taxat Imperio suo regnorum & prouinciarum vires eidem opponendas utò fore opinaretur: ita suum suorumq; robur æstimandum putauit; ne Imperiali potentiaz, accersendorum ex finitimis Christianæ Reip, regnis ac prouincijs auxiliorum, euidentissimam postponeret necessitatem. Domesticorum proinde Principum animis in præterito Ratisbonensi conuentu, summa iustissimi belli suscipiendi consensione deuinatis: nec contemnendis

nendis exercitui fouendo auxilijs comparatis'; externos quoque Christiani nominis Dynastas, ad ineundam communis periculi auertendā & propulsandi sanctissimam societatem, amicē requirendos & sollicitandos opera p̄tium est arbitratus. Quemadmodum itaque ab illis, sic quoque à Seren. V. tanquam cognato & Affine charissimo, simul & à potestissimo regni istius Republicæ velut amicitia veteris vicinitatisque iure coniunctissima, contra insolentissimos nominis Christiani hostes, & diuinissimæ Crucis inimicos, suppetias in tantis periculis constituto Vngariæ regno amicē petit ac requirit. Et quamuis de Serenitatis V. vti Regis Christiani nominis studioſissimi rara erga D E V M pietate, arque zelo singulare, nemo addubitat iuste queat: simul & de amplissimi regni istius ordinibus, optima quæque eo pietatis in genere, meritò sperare quisque possit: vt tamen omni cunctatione & mora exclusa, Serenitas V. vnâ cum Amplissimo Regni sui Senatu, iustissimis M. Cæs. desiderijs, ea qua & alij Christiani Dynastæ, facilitate ac promptitudine subscribat: rei petitæ honestas & æquitas, utilitas quoque summa, & ineuitabilis necessitas, efficaciter in primis suadere videntur. Si enim honestatem, quæ humanarum actionum omnium moderatrix, magistra, & scopus esse debet, in hac belli contra Turcas prosequendi societate ineunda spectare quisquam velit: quid obsecro honestati Christianæ magis esse potest consentaneum; quam pro diuini numinis summo contemptu vindicando, fidei oppressione reprimenda, religionis Orthodoxæ progressu amplificando, socijs ac fratribus iniquissimæ seruitutis pressis iugo in libertatem Christianam afferendis; contra fœdifragum datæque fidei desertorem, contra capitalem Christiani nominis hostem, pia & iustissima suscipere arma? Quid contraria inhonestius, quam nulla oppressorum fratum iniuria, nulla sociorum miseria, nulla vicinorum calamitate, cum & succurrere possis & debeas, humaniter

nec

nec affici, nec moueri? at quivel ipsa immortalis gloria
(quæ honestatem non securus ac umbra corpus sequitur)
hominibus innata cupiditas, eò præclaras omnium cui
virtute agentium mentes impellere potissimum consue-
uit; unde patriæ, quæ nostri sibi ortus non postremam
vendicat partem; unde socijs, amicis, vicinis, alijsque
necessitudine quapiam mutuò iunctis aliquid emolumen-
ti obuenturum speratur. Atque hinc tanè fit, ut ea ve-
ræ gloriæ comparandæ certissima sit ratio ac via, quæ
honestatis, & consequentur iustitiæ (sine qua honestas
ipsa consistere nullo modo potest) scopum præfixum
habet. Quid verò hoc ipso bello, quod M. Cæs. parat, iu-
stius excogitari posset: per quod non tantù illatam subdi-
cis iniuriam; sed Christo ipsi Opt. Max. irrogatam con-
tumeliam insignem, vindicandam, ac debita scelerato-
rum hostium pœna expiandam fore, summa iustitiæ
ratio in primis exposcit? Evidem, si à parentibus vel
amicis aduersa omnia iuste non minus, quam honeste,
propulsamus: si illatas ijsdem contumelias, honorem
nostrum proprium concernere & lacerare iuste arbitra-
mur; an non multò magis Christianæ iustitiæ ac honesta-
tis in eo summam versari censemus: quod ad supremi
illius cælorum & terræ domini (cuius notu ac munere
viuimus, mouemur, & sumus; cuius denique immensa
benignitate ac prouidentia sustentamur) cultum & ve-
nerationem amplificandam pertinere cum primis aguo-
scimus: na non pro summi Dei gloria, quam dirus hostis,
impijs in partes hasce nostras superstitionis suæ sacris in-
uetis, obscurare, & penitus euertere conatur: non ar-
ma duntaxat intrepide sumenda: verùmetiam fortunas,
sanguinem, ac vitam ad ultimum ipsam libentissime pro-
fundendam rebusur? an tali morte, per quam immarce-
scibilem in cœlesti patria, coronam, æternæq; illius vitæ
ac beatitatis gaudia sempiterna consequi possimus, ho-
nestius aut iustius quidquam dari putabimus? Certè, si
fortitu-

fortitudo, quæ à barbaris patriam bello tuerit, vel domi defendit infirmos, vel à latronibus socios conferuat, plena (ut diuus inquit Ambrosius) iustitia est; utique belli istius, contra diuini nominis oores nefarios suscipiendi, Christianam communionem & societatem ipsissima niti iustitia & honestate, nemo tam rudis est, qui non intelligit.

Innumera autem sunt commoda, quæ sanctam hanc animorum consensionem certò sequuntur, nemini Christiano dubium esse debet. Ut enim apud omnes etiam simpliciores est exploratissimum: potentiam Turcicam insignibus latrocinijs, in summa Christianorum Principum discordia haec tenus auctam, sola eorundem Principum concordia, facili negotio vinci, superari, & in ordinem redigi posse: ita si nacta hac fœderis rupti occasione ad Turcas mutuis viribus adoriendos, omnium coëant voluntates; vincantur ab omnibus necesse est, iij, qui singularum masculè sibi resistentium prouinciarum vires vniuersas nunquam sternere potuerunt; qui, ut nonnullis solius Vngariæ locis potirentur, non tantum collectam ex diuersis orientis partibus, selectissimorum Ducum & militum Turcicorum & Scythicorum manum admouere; sed etiam sapè Imperatorum suorum salutem, obsidionis per iplos inchoatae periculis turpiter expondere, sapè quoque obsidionem solutam, magna cum ignominia & indignatione dimittere sunt coacti; quos denique pro iusta iniquæ causæ diffidentia, nunquam nisi per suos bellicos magistratus coactos, extrusos, & compulsos aduersus Christianorum fortissimas phalanges, in aciem prodire solere: quiuis eorum timiditatis & impotentiaz modicè conscientis abundè attestari potest. Hoc porrò tam inquieto nostrū omnium malo, communib[us] auxilijs sublato; quantam nomini Christiano, tot celeberrimarum prouinciarum nobilissimorumq[ue] regnorum accessionem futuram? quantos in religionis Christianæ liberiore exercitio quasi postliminij iure in orientem reducendo progressus factum iri speramus? Omitto hic securam commercio-

merciorum libertatem: non commemoro tutissimam deinceps adeundæ terræ sanctæ facultatem: nihil dico de fratribus nostrorum miserrimæ seruitutis iniquo iugo oppressorum certissima liberatione; quorum omnium industria spes affulget, modò iuste istius unionis exoptatissima societas tandem ineatur, & firmissime coalescat. Atque hæc quidem, & plura sunt alia, belli istius iustissimi & honestissimi commoda. Quanta verò sit, ad hoc bellum suscipiendum, incundæ societatis inter Christianos Principes necessitas; vel ipsa hostis ad cœdem & excidium Christianorum conuersarabies abundè testatur. Secundis rei contra nos gestæ successibus, mirum in modum elatus Amurathes; inexplicabilis Christiani sanguinis æstuans siti; non solùm residuas Vngariæ reliquias, numeroso milite in Strigoniente territorium ex Asia recens missa vastandas; sed etiam in oras ipsius Austriae hostili irruptione facta, aliquot oppida & villas plurimas igne & ferro depopulandas ac delendas demandauit. Qui quidem funestus Asiani militis (post Tartaros per Pocutiam violenter in Vngariam irrumperentes) in partes hasce ingressus; nec non exquisita copiarum in oriente comparandatum sollicitudo; simul & comeatus aliunde in occupata loca inuehendi cura; quid malî pro appetente Vere nobis omnibus portendant; quas ærumnas, calamitates, angustias, quam præsens deniq; excidium minetur, nemo est qui non peruideat. Occupato iam & fortificato per Turcas Iaurino, facile Viennensem (quod omen Deus auerterat) ciuitatem callidus, potens, & expeditus hostis, nullo validiore intermediorum præsidiorum obstante impedimento, adorietur. Quod si eius urbis munitionem contibus suis validiorem foræ iudicauerit; facile aliò diverteret; ubi si res ex iniquæ mēris (quod absit) sententia cedant; quam tuto in statu Moravia nostra; quam secura finitima eidem Silesia; quam immune deniq; vestrum hoc regnum ab barbarico furore & dominatu foret; quam diuturnus fœderis vobiscum iniicieret apud vos status; ipsa res lo-

quirur: & summum, in quo una noscum communiter
 versamini, discrimen futurum calamitatum speciem ad
 viuum representat. Si enim iniquiore quam speramus
 fato, vel potius divini numinis iusta vindicta, Amura-
 thes, hoc anno Dei flagellum, residuam Vngariae partem
 occuparet: si Austriam depopulatus, Morauiam & Sile-
 siam perueraderet; quae tam valida erit Regni istius vestrarum
 munitio; ut hostiles admittere non cogatur insultus; vel
 tantum ipsius potentiae resistere diuisius queat? Occupavit
 is haec tenus munitissima Vngariae bellicolissimae praesidia
 non paucis fortissimis & quodammodo inaccessis arci-
 bus, castris, ciuitatibus, partim per viriam antarum po-
 tentiam, partim etiam per innatae calliditatis technas est
 potitus: Bizantium, Cyprum, Rhodum, Famagustam,
 Trapesuntem, aliasque florentissimas urbes & Insulas.
 Turcarum efferaata in Christianos dominandi libido supe-
 rauit, ac penè oppressit: Græciamque vniuersam subiu-
 gauit. Et quis, obsecro, tam supinus & credulus e-
 rit; ut persuadere sibi patiatur, subiugata per Turcas
 residua Vngariae parte, vicinarumque prouinciarum in-
 colis subactis; solum hoc Poloniæ Regnum, ab insolenti
 viatore securum, immune, ac tutum fore? An, qui
 Christiani Imperatoris augustissimum ferre non potest
 nomen & maiestatem, inferioris alterius cuiuspiam quan-
 tævis dignitati parcer? An, qui vnam totius Christiani
 populi cervicem fore exoptat, prostratorum Christico-
 larum occasum eorum qui supererant internecione soci-
 andum non putabit? An, qui fœdus sancte vtrinque iustum
 & firmatum ex barbarica leuitate ac perfidia violare iam
 non erubuit, fidem sola dissociandarum Christiani ex-
 ercitus viriū intentione ad tempus alijs datam, nacta
 per aliorum casum, & hos quoque vincendi occasione
 seruabit? An, qui se dominum dominantium & regem re-
 gum superbissime laetari præsumit, quempiam Maho-
 metanæ perfidiæ contrarium Principem aut Regem fe-
 ret? An non, ut omnem Christi Domini nostri aboleat
 cultura

cultum & memoriam, omnes virium potentiaeque suae intendet neruos? An dignitati cuiuspiam, an religioni, an sexui, an ætati parcer? Non latet Serenitatem V. vosque ordines amplissimi; quantum sit Turcarum in Christi sequaces odium; quam inexplicabilis eorumdem simul ac vicerint erga viatos crudelitas; quam improba dominatio; quam nefanda in templis violandis, sacrificique religionis nostræ impie profanandis temeritas. Evidem fædissimus hostis, publicum Christianæ fidei in subiectis sibi viribus & locis exercitium nulli permittit: eiusque ad suos qualitercunque delatum præconium ultore gladio vendicat. Mahometanæ superstitionis contemptum ultimo suppicio & cæde contemnit expiat: atmorum usum penitus omnem & facultatem Christianis adimit: pro nefariæ libidinis cœco furore innuparum filiarum castitatem in miserabilem matrum conspectu turpiter violandam non verecundatur: Coniugatarum constantem pudicitiam ante compeditorum oculos virotum fœdere prosternit: filios à parentibus dura separatione auulos, obsecenis Iudaicæ circumcisionis legibus impie obstringit: non Ducem, non Principem, non Comitem, non Baronem, non Nobilem fert ullum; sed vniuersos ab innata nobilitatis atque amplitudinis Christianæ claro deturbatos gradu, in agriculturarum vel opificum sordidum ordinem redigit: ex quibus adeò depresso, nec id, quod subtam diræ seruitutis immani iugo, barbarica rabies superesse patitur fortunarum, vel sibi vel liberis quisque suis tam secure vendicare audet; quin si Tyrannicæ id pareat libidini, dicto oxyus barbaro depositi concedere cogatur. Quod si sortè bellicæ expeditionis urgens ingrat necessitas: primi apud recutitum hunc Tyrannum Christiani tormentis & machinis bellicis opponuntur: primi barbaricas acies contra occurrentis hostis aduersa tela protegunt: primi in arcium & civitatum obfitione atq; expugnatione assilire præsidia: primi fossarū profunditatem cadaverum suorum certissima strage ex-

plerè: primi deniq; pericula quævis extrema sustinere atq; experiri coguntur. Ut igitur hoc imminens ceruicibus nostris malum auertamus; sola concordia fraternaq; animorum consensione opus est, Rex Serenissime: qua inter Christianos firmiter stabilita, quemadmodum tam potens aduersarius, per coniuncta auxilia facile poterit ab omnibus consociatis superari; ita ni validæ ipsius potentiaz, communis opponatur Christianorum potentia; ne conatus nefarios, ad nomen Christianum penitus delendum impie conuersos, sensim prouehat; neué ea qua pollere animaduertitur celeritate omnes nos vñæ opprimat, sumo perè est verendum. Age igitur Rex Sereniss. agite & vos vñæ Senatores ordinesq; incliti: & siquidem non de Augustiss, solùmmodo Imperatoris, regnorum prouinciarum; sed etiam de propria Regni huius vestri liberrate, securitate, ipsaq; salute æ qualiter agi; nec inæ quale, sed idem planè periculum, vobisq; patræ, coniugibus, liberis, fortunisq; vestris imminere luculenter agnoscitis: hanc ineundi contra imminentem barbarum prælij societatem atq; ineuitabilem necessitatem benevolis, alacribus, promptis, & incunctantibus animis complectimini: & quanto maius periculum est in mora; tanto celerius contra perniciustum Christiani nominis hostem, Augustissimo Imperatori, afflitaçq; Vngariæ auxiliatrices afferre manus ne dubitate. Conterminavobis iniuste per seeditragum Amurathem moto bello infestatur ac ardet Vngaria: vicinus flagrat paries: vicinorum ergo, vestrum quoq; ni inuigiletis, est malum. Vestra æquè hic res agitur: de vestro periculo auertendo consultatur: vicinorum calamitas & præsens afflictio futuræ quoq; vestræ calamitatis & afflictionis certissimum est argumentum: & proximum quasi ad futuræ tragœdiæ scenam præludium. Pro eo ac vicinorum salus, vestra etiam est tranquillitas & salus. Tanquam validissimo quodam muro vestrum hoc latepatens Regnum finitima Vngariæ residuis præsidijs, aliorumq; M. C. subiectorum regnum & prouinciarum securitate

curitate munitur. Si itaq; vobis vestra & patriæ chara est salus: ad defendendos hosce muros impigri accurrite: ne- ué per assilientis inimici potentiam concussi, vel omnino demoliti, ad inuadendos penates vestros, imbellemq; fœminarum & laetentium infantorum domi latentem turbam obruncandam & abripiendam, ad ditissima templa expilanda, ad fortunas deniq; vestras occupandas, facilem patefaciant aditum: Imperatorem non minus de vestra vii amicorum & vicinorum, quām sua subditorumq; suorum salute anxium & sollicitum, maturis auxilijs & subsidijs iuuare. Præstat equidem alienis in oris grassantem adoriri Tyrannum, quām posthabita vicinorum sociorumq; defensione, tam diu expectare; donec ille Martis feliciori adiutus euentur fines vestros hostiliter, vt solet, inuadat. Si quæ enim foris obuenit calamitas, facile emendari potest: at quæ domi eueniunt clades, raro non exitiales habentur. Sic olim Romani orbis domini, foris potius, quām domi, vt plurimum, non abs re pugnandum duxerunt. Sic fortissimum Hannibalem, Peñorum ducem Antiocho Syriæ Tyranno, aduersus Romanos bellum suadentem, non in Asia, sed in Italia bellandum censuisse ferunt. Sic dum pleriq; Christianorum Principum anteaq; seculis vicinorum succurrere contempserunt periculis, sua sibi vltro pericula accersiuere: Sic Græcia Turcis, sic opulentissimum Vngariæ Regnum, verè aureum olim pomum, maiore sui parte, non opitulantibus vicinorum Principum auxilijs, recutito huic Paridi, infernalis (vt opinor) Plutonis iudicio miserè cessit. In tantis prōinde periculis accingimini, viri bellatores, autæ fortitudinis & nobilitatis gloria præstantes: accingimini, & arma instissima contra icti foederis violatorem ac prævaricatorem temerarium; contra Christi Dei nostri contemptorem nefarium; contra Christiani nominis osorem teterimum; contra communem deniq; totius Christianitatis hostem; pro solita vestra in Deum pietate, pro patriæ vestræ futura securitate, pro sociorum, amicorum, vicinorumq; vestro-

rum in columitate & salute , tanquam amici pro amicis ;
 vicini pro vicinis , socij pro socijs , Christiani pro Christianis assumite . Non deest vobis innatus ad res domi forisq[ue] præclare gerendas animorum vigor : non desunt vi-
 res , non facultates ; non deest itaq[ue] debita erga unius o-
 mnium matris Ecclesie editos alio fratre charitas ; non
 deest vicinorum sociorumq[ue] calamitatis iusta commisera-
 tio . Aequalia sunt vobis cum Turcis arma ; at longe est
 superior & confidentior ingenitæ nobilitatis non imme-
 mor vester animus ; qui præclaris maiorum vestigijs insi-
 stens , pro Dei cultu ac fide Christianæ , strenue pugnan-
 dum ; nec vita ipsi parcendum meritò suaderet ; perq[ue] ho-
 nestissima hæc Christianæ virtutis exercitia , ad immorta-
 lem gloriam , ad ipsam deniq[ue] patriam cœlestem rectum
 vobis sternit iter , certissimamq[ue] præparat viam . Si Au-
 gustissimo Imperatori , alijsq[ue] Principibus Christianis
 coniancti viceritis ; si insolentissimum hostem profiga-
 ueritis ; si Reipub. Christianæ in tantis versanti periculis
 opitulatrices attuleritis manus : quantam laudis accessio-
 nem vestro nomini futuram fore ; tantam quoq[ue] calamita-
 tem , si per vos non adiuti desertique (si quod nemo
 sperat) socij & vicini superarentur vel superarent
 vobis etiam obuenturam esse certò expectare & sperare
 potestis . Sed quemadmodum M. Cæs. de vestra in Deum
 pietate , erga rem Christianam propensitate , nec non er-
 ga vicinos charitate , non nisi optabilia quaq[ue] indubie sibi
 pollicetur : ita Deus Opt. Max. cuius potissimum causa in
 bello hoc agitur , nobis una & vobis aderit benignissime :
 suamq[ue] ipse iniuriam , & contemptum per vos , ut antiquos
 domus Dei , & Christianæ fidei zelosos vindices , prostratis
 ac fusis immanissimis hostibus , iuste vesciscetur ; & in ser-
 uis suis magnam cum aduersariorum confusione faciens
 virtutem exaltabitur . Non deerunt quoq[ue] aliunde submis-
 sa Christianorum regum & Principum subsidia : non de-
 erunt postmodum & vobis , si necessitas postulauerit , se-
 cialia corundem auxilia . Hæc enim S. D. N. Clemens viij.

Ponti-

Pontifex Max. hæc potentiss. Rex Hispaniarum Philippus;
 hæc opulentissimi Italiae Duces & Principes; hæc Poten-
 tissimi Sac. Rom. Imperij Principes vniuersi, nec non li-
 beræ eiusdem Imperij ciuitates: hæc in comparabilis vir-
 tutis heros, Transsiluanæ Princeps; hæc deniq; Magnus
 Dux Moscovia, & alij plures) vltro ad tam necessarium
 bellum offerunt, atq; amicè pollicentur. Sacra verò M.
 Cæs. neq; se neq; suos quos habuerit fœderis socios ullam
 cum hoste pacem aut inducias, vobis inscijs, inconsultis,
 aut exclusis facturos; neque vos, si maior vis hostilis Po-
 loniæ ingruat, deserturos; sed tanquam res ipsorum pro-
 pria agatur, omni vobis ope præstò ad futuros esse pro-
 mittit: nosq; ad id solenniter stipulandum nomine M.
 Cæs. ampliss. in promptu mandatum habemus. Quo-
 rum omnium studia quantò sunt ad sanctam hanc au-
 xiliorum communionem promptiora; tantò vos quoque
 vt viciniores & veteris amicitiaz, nouaq; affinitatis ac con-
 federationis vinculo connexos, demum & fraterna ipsius
 Christianæ fidei tessera consociatos, ad id, quod M. Cæs.
 per me Collegamq; meum, à vobis iustissimè petit & re-
 quirit; propensiores, alacriores, & animosiores
 esse decet; summeq; id vnicum expedit
 vobis ipsis.

DE BELLO SOCIALI
TVRCICO*Brevis Commonitio*AD SIGISMUNDVM III. REGEM
Poloniæ, & Sueciæ, & inclytos regni Pro-
ceres ac ordines,Per Sacri Rom. Imperij Principum Electorum, Lega-
tos & Oratores.Ioannem à Kostitz, Præpositum & Præsidem Mar-
tisburgensem, Ioannem à Benekendorffin VVardin,
Nicolaum Reusnerum, & Christophorum Ben-
ekendorfium, Consiliarios Electorales
Saxonicos ac Brandenbur-
gicos:In publicis Regni Comitijs proposita XVII.
Martij anno M. D. XCV.

Erenissime ac Potentiss. Rex, Reuerendissimi Antistites, cæteriq; inclyti & magnifici Regni Poloniæ Proceres:
Quæ superioribus hisce diebus à Reuerendiss. & Illustriss. Principe, Stanislao, Episcopo Olomucen. Regalis Capellæ Boëmicæ Comite: & Illustri & Magnifico Dn. VVenceslao Seniore Berkæ, Barone de Daub & Lippa, Regni Boëmicæ Aulæ Marschallo, Sac. Cæs. Maiestatis Consiliarijs, & ad Serenit. V. Regiam, cætero sq;

terosq; Regni huius incliti Ordines Legatis & Oratori-
bus; de summo & maximo periculo à Turcica tyrannide
Reip. Christianæ vniuersæ impendente, deq; remedijs,
quibus hoc tam graue & intolerabile periculum à ceruici-
bus nostris amoliendum: & quomodo patriz libertas, &
dignitas, ab immani isto & horrendo seruitutis Barbari-
cæ iugo vindicanda sit, nomine Sac. Cæl. M. coram Re-
gia V. Seren. in hoc amplissimo Regni Ordinum conselio
publicè proposita fuere: ea omnia ranta & prudentia &
eloquentia deducta esse planè confidimus; vt vix quid-
quam amplius à nobis, qui Reuerendiss. & Illustrissimis
Collegij Electoralis legatione perfungimur, commode
addi posse videatur; quod non iam anteà in medium allat-
rum; & in amplissimo hoc Regni Senatu, pro exiūia, qua
pollet sapientia, & rei ipsius grauitate ac necessitate, pru-
denter accurateq; perpensum ac deiiberatum sit. Sed
quoniam tamen mandati fines diligenter custodire nos fas
est; sanè factu opus ac necessarium esse duximus; talitem
breuiter & summātē mentem & sententiam Reueren-
diss. & Illustriss. Collegij Electorum Sacri Rom. Imperij,
in hac splendissima corona, aperire atq; exponere: & ani-
mos tot ac tantorum herorum, quos coram intuemur, cu-
piditate quadam incredibili, & studio propugnandæ
Reipub. Christianæ per se iam anteà flagrantes, & nuper
admodum exhortatione tam pia & prudenti Sac. Cæl. M.
Oratorum mirificè inflammatos; hac breui commonitio-
ne quasi refonere, & quantum in nobis est, adhuc magis
confirmare atq; corroborare. Caput verò huius totius
causæ illud est: Quidam perfidiosè & consceleratè immanis-
simus Turcarum Tyrannus, & Christiani nemesis hostis
perpetuus, non ita pridem sœdere pacis publicæ nefariè
rupto, contra fidem datam, bellum atrox & crudele, Rei-
pub. Christianæ intulerit; in quo non solum castella ali-
quot munitissima in Croatia & Styria, sed etiam in Hun-
garia Iaurinum, totius orbis Christiani longè maximum
propugnaculum, vñā cum quibusdam alijs præsidijs, ma-

gno cum Republicæ Christianæ malo & incommodo, per
 eucem ex reitus sui Sinuum Baslam expugnauit, & sub
 barbarum suum iugum rededit; id omne S. Regiæ M. V. &
 amplissimi Regni huius Ordinibus plus quam satis no-
 tum est: quo ipso profecto in summum & longè maxi-
 mum discrimen ac periculum adductæ est tota Respubli-
 ca Christiana; vt valde metuendum sit (id quod D b v s
 clementer auertat) Pannonia vniuersa superata, hostem
 crudelissimum, alias quoque finitimas regiones, Austri-
 am, Boemiam, Morauiam, Silesiam, ipsam que adeò Ger-
 maniam nostram, cæterasque orbis Christiani provincias,
 acie hostili & barbarica invaserunt atque infestaturum.
 A quo sanè periculo tantum abest, vt Poloniæ Regnum
 securum ac tutum diu esse queat; vt multò etiam magis
 illud periclitetur; tunc quod Vngariæ maximè illud con-
 terminum & propinquum; tunc quod barbari illius ho-
 stis summam perfidiam & crudelitatem, iam anteà sapienti;
 & non ita pridem nefaria ista Tartarorum per Pocutiam
 facta irruptione, magno cum suo detrimento expertum
 sit. Ac proinde vt malo huic maturè occurritur, &
 periculum hoc ingens ab orbe Christiano auertatur: Sa-
 cratissima Cæsarea Maiestas, omnesque Sacri Romanorum
 Imperij Electores ac principes communibus omnium
 Ordinum suffragijs, concorditer & unanimiter in eo con-
 sensere, & sic decreuere; vt committire bellum, aduersus
 communem totius Republicæ Christianæ hostem, com-
 munibus viribus & opibus; quæ multò maiores, quam
 alijs, tam extraordinariæ, quam ordinariæ, à toto Imperio
 Romano non ita pridem contributæ, & in posterum
 contribuendæ sunt; tandem suscipiatur; ac præterea alijs
 quoque orbis Christiani Reges ac Principes, & in his præ-
 cipue Serenit. Regia V. cum amplissimis Regni Poloniæ
 Proceribus, tunc ob fidei Christianæ, tunc imminentis
 periculi communitatem, in bellum huius sacri societatem
 amicè studioseqne vocentur atq; sollicitentur: quod facili-
 ãs & commodius sacra hæc militia coniunctis viribus ex-
 pedi-

pediri, & commune istud periculum à Christiano obse-
propulsari queat. Neque verò de belli huius sacri & so-
cialis iustitia, summaque eius necessitate & communi vti-
litate, vlo modo dubitandum esse videtur. Nam pri-
mùm quidem bellum hoc pius est & omnino sacrum;
quod pro Dei gloria, pro Christi honore, pro religione
sacerorum, pro salute Ecclesie, pro totius Republicæ
Christianæ incolumitate, pro aris deinde & focis geri-
tur. Deinde bellum hoc quoque iustum est ac legitimum;
quod non tam offendendi, quam defendendi animo; neq;
cupiditate alieni Imperij affectandi; sed retinendi sui; aut
saltem recuperandi tot & tam amplas possessiones orbi
Christiano à Turcis iam olim & nuper admodum adem-
pras, suscipitur. Præterea suminè quoque necessarium
hoc bellum est; si modò nosmetipso, & coniuges, ac li-
beros, posterosque nostros, omnesque adeò possessiones
& fortunas, vna cum Republica & communī patria, saluas
& incolumes esse volumus; cūm commune omnibus Chri-
stianis ex equo immineat periculum, non solum à Turcis,
sed etiam à Tartaris: si præsertim id, quod semper ha-
cenus fecerunt, nec dum facere intermitunt, auxilia &
copias coniunxerint, & communis furoris veluti tempe-
state quadam orbem Christianum atflixerint. Quām ve-
rò publicè & priuatim vtilem bellum istud futurum sit,
quorsum attinet multa dicere? Vnum illud addere libet,
non nisi saluas & incolumbus finitimiis his regionibus,
salua & incoluia manere posse iura commerciorum,
societatum, contractuum, omnium denique negotio-
rum ciuilium: ex quibus infinita non solum ad Germani-
am nostram, sed in primis quoque ad Poloniam redit
commoditas. Nec sancte adeò difficile aut operosum
Serenitati Regiæ Vestrae bellum istud sociale futu-
rum est: non solum ob maximam Regni potentiam, &
militum Polonorum fortitudinem, & in bello ge-
rendo industriam eximiam; sed multò etiam magis ob
loci opportunitatem & accessum ad hostes minus impe-
ditum,

ditum, & facilem commeatus rerumq; necessariarum suppeditationem : quibus rebus omnis facile confiendo rum bellorum ratio continetur. Idq; eò magis, quod Transilvania & Moldavia, finitima Poloniæ regio, hoc ipso quoque bello sociali, vñâ cum sacro Romano Imperio, nuper admodum implicata; & quasi totius Christiani nominis potestas coniuncta est; vt nullo vñquam tempore sacri hu ius belli socij clarissimi defuturi sint: quorum profecto fides ac tutela meritò propria habetur salus & incolumentas. Sic nimur futurum est, vt si communī consensu atque consilio à Christianis bellum hoc suscipiantur, barbari hostis vires ita distrahantur; vt ille tot & tantis exercitibus diuersis in locis peritus, tandem debelletur: & tanta mole belli, & tamancipiti contentione obrutus, diuino numine supereatur. Deniq; toti orbi Christiano gloriosum, & Serenitati Regiæ V. & vniuerso Poloniæ Regno imprimis laudabile futurum est: si maiorum suorum, ac præsertim fortissimorum Regum Iagellonum exemplo, ex quibus Serenitas R. V. inclytæ familij ducit originem, Rempub. Christianam aduersus immanissimum Turcarum Tyrannum omniibus opibus atq; viribus propugnare, & patriam communem orbemq; Christianum tot & tantis periculis liberare in animum induxit; vnde laus, honos, gloria, & æterni nominis immortalitas perpetua exitura est, quæ nulla vñquam temporum iniuria aut obliuione obscurabitur.

N:q; verè hoc nouo exemplo fieri putandum est, quod bellum sociale à Sacro Rom. Imperio cum Regno Poloniæ suscipitur: cùm satis constet iam antea sèpius Reges Poloniæ apud Pontifices Maximos, & Imperatores Romanos, imprimis verò fortissimum & laudatissimum Regem Sigismundum I. Serenitatis V. R. Proanum maternum, à Maximiliano I. Cæsare in Comitijs Augustanis per Reuerendiss. Oratorem suum Erasmum Vitellium Episcopum Plocensem, subsidia belli communis aduersus Turcas congregandi, pro suo erga Remp. Christianam studio perpetuo, sollicitè implorasse; de quo plura dicere non est necesse.

necessitatem. Quamobrem, ut coniunctis viribus & communib[us] votis in hoc tam pium & sacrum bellum, & quod ad gloriam Dei, & multarum gentium salutem atq[ue] adeo rotius Reip. Christianaz incolumitatem pertinet, Regia V. Seren. vnā cum amplissimis Regni sui Proceribus incumbat: & aduersus communem totius Christianitatis hostem communia & socialia arma cum alijs Christianis Regibus & Principibus coniungat; adeoq[ue] Reipub. Christianaz in tanto periculo versanti suppeditas sponte ac vltro ferat; nomine Sacri Rom. Imperij Electorum Principum, studiosè, vt decet, officioseq[ue] rogamus atq[ue] obtestamur. Pro quo officio tam pio & Christiano, Serenitati R. V. & amplissimis Regni sui Proceribus, nomine eorundem Principum Imperij, non solum in hoc bello sacro & sociali fidem & constantiam debiram; verum etiam in omni alio officiorum genere summam animi promptitudinem & benevolentiam prolixè deferimus atq[ue] pollicemur: quos operam sedulò datus spondemus ac recipimus; ne quid ab ipsis intermitatur; quod Serenitati R. V. & toti amplissimo Poloniaz Regno, non modò gratum & optatum, sed omnino commodum & salutare futurum est. Deum Opt. Max. supremum Duce[m] & Dominum exercituum, cuius hoc bellum est, & templi sancti vltio, communibus votis suppliciter oramus atq[ue] comprecamur; vt, qui corda Regum in manu sua habet; idem quoq[ue] consilia omnia diuino numine ita dirigat, ita gubernet; quod mature ab his, dum occasio & tempus est, omne illud fiat, quod in hoc tam pio & sacro bello factu opus & necessarium est:
ne si tempus & occasio faciendi postea elabatur,
frustra constandem & nimis sero intermissi
officij p[ro]ceniteat.

AD SIGISMUNDVM
 III. REGEM POLONIAE
 & Sueciæ, Magnum Ducem
 Lituaniæ,

EPIGRAMMATA

Magna quidem vis est, & magna potentia Turca:
 Maximus hinc hostis tot sera bella ciet.
 Impetit haud unum furiali Marte dynastam:
 Cunctos at Reges, quum furit ira, premit.
 Sponteq; se Regem Regum, dominumq; professus.
 Afferit Imperium, ceu Deus omne sibi,
 Christicolum, Christiq; Dei simul effrus hostis
 Pro quo ceu numen se iubet ipse coli.
 Irruite o tandem, Christo duce & auspice Christo,
 Christicole, Christi quos iuuat arma sequi.
 Irruite, & secum communi Marte Tyrannum
 Tollite; si soli gloria lausq; Deo.
 Tuq; adeo, Rex magne, iuxta socialibus armis,
 (Namq; potes) Christi signifer ipse bonus,
 Comprime barbaricum magnâ virtute Tyrannum:
 En! inhibat regnis hic quoq; prado tuis.
 Sic felix Sigemundo: Dei victoria præstò est;
 Causa Dei, victrix causa futura, fauet.
 Quo maior vis hostis, eò victoria maior,
 Et laus, & laudis gloria fida comes,

A D

AD EVNDEM.

Tot sunt Regna tibi, tot Regum nomina magna,
 Sigmunde, o gentis lumen honoris tuae;
 Te Suecus Regem, te Sarmata, Liua, Polonus,
 Et cum Lithuano Russus honorat ouans.
 Te merito metuat dominantem barbarus hostis,
 Thrax, & Tartara trux feritate Scythes;
 Indignus cui pacta fides seruetur: amicam
 Fædis fragus toties fregit vterg, fidem.
 Fidere non tutum, fidei qui iura subinde
 Contemerat, quoties dira libido iubet.
 Sentia in uictas tandem Thrax impius iras;
 Te Regem metuat barbarus iste suum.

AD EVNDEM.

Magnus cum Rex sis, magnos tibi iungis amicos,
 Maxime Rex: magnos sic bene magna decent.
 Cesare quid maius magno super orbe? quid ipsis
 Principibus sacri dignius imperij?
 Totius imperij Romani en dextra fidesque,
 Rex Sigemunde, lubens accipe daq, fidem.
 Caesaris imperij sacri sit amica voluntas;
 Mutua perpetuo sit tibi chara fides:
 Cum trucibus colitur nunquam pax fida tyrannis;
 At Reges sanctos fædera sancta decent.

HVN G A R I A E P E R I-

clitantis Legatorum,

DE METRII NAPRAGI, ECCLES.
Agriensis & Orodensis Majoris Præpositi, Nico-
laï Zokoli de Kis Varda, & Michaëlis Kelleme-
si Vicecomitis Comitatus Sa-
ros,

*Ad Sigismundum Tertium, Poloniae
& Sueciæ Regem, & ordines
Regni*

O R A T I O,

In Comitijs Generalibus Cracoviæ habita, die
2. Mensis Martij, Anno Domini,
M. D. XCV.



A cratissimus Romanorum Imperator
Rudolphus II. Dominus & Rex noster
clementissimus, Comitia ad decimam
præteritam mensis Februarij diem omni-
bus Hungariæ statibus & ordinibus Po-
sonij celebranda indixit. Quò dum v-
niuersi proceres confluxissent, ante-
quam felicia auspicia comitorum regni nostri posuissent,
& antequam ad alium regni negotiorum tractatum venis-
sent:

sent : primò omnium nos ad vestram Serenitatem , atq; ad omnes huius incliti regni ordines , tanquam Dominos , amicos , & vicinos , propriæ salutis atq; incolumitatis & communis Reip. Christianæ permanzionis amatores , mit- tendos decreuerunt ; & quædam per nos communi omni- um voto & suffragio , huic amplissimo ordini dicenda in mandatis dederunt . Atq; in primis S. Regiæ M. de missa obsequia & obseruantiam : cum omnibus huius huius po- tentissimi ordinis proceribus , prompta & parata officia . omneq; bonæ vicinitatis studium deterentes ; in rebus a- gendis prosperitatem ac felicitatem , regno isti florentissi- mo pacem & tranquillitatem , fortunæ constantiam , de- niq; omnibus & singulis vitam diuturnam salutemq; pre- cantur : nosq; de rebus , periculis , extremoq; ferè excidio afflittissimi regai Hungariæ , in hoc pulcherrimo orna- tissimoq; vestro consellu , breuiter dicturos ut attentis & benignis aaribus exaudiat is , officiosè petant . Hungaria quondam regnum magnitudine , elegantia , vbertate flo- rentissimum : camporum omnia pecorum genera sponte producentium spacio latissimum ; fruges omnigenas , quas ad usum humani generis prouidentissimus Deus ex terræ visceribus saltem modicis laboribus educit , vnico aut al- tero aratro eam colentibus copiosissimè producit : & sæ- pè dum filiginem recipit , selectissimum triticum effundit ; & quidem tanta in abundantia ; ut cumulis & aceruis , non horti , non horrea , non pagus integer , imò vix campi ipsi sufficient : eadem terra , eodem anno in ijsdem pascuis greges pecorum pascit : scenum copiosissimè largitur : tandem aratro sulcata , diues fructibus , messores latos ex- cipit . Accedit tanta onium , boum , omnisq; generis pe- corum multitudo ; ut vnius tantummodo oppidi , non di- co sigillatim , sed greges numerandi frustrâ laborem fulci- pias . Et quamvis vicinas prouincias & regna singulis annis aliquot armentorum nullibus reficiat , suisq; etiam incolis sufficientem carnium copiam præbeat ; integros tamen campi & pastores habent greges : non decrevit

eorum numerus: nihil accolis defit: non conqueruntur lanij: ac velutisylva feris plena, & externis venatoribus, edito proprij possessoris publico prohibita, apris, certuis, damis, leporibus, & alijs quamplurimis feris, cum ad necessitatem, tum ad voluptatem hominum procreatris refertissima est; sic per totum fere regnum Hungariae pecorum innumerabilis copia diffunditur. Quid commorem sinuosos, profundos, latos, rapidosque fluios? quorum, ut plerique fide digni Historici tradunt, tertia pars varijs piscium generibus decurrit; Tibiscum, intellico, Danubium, Sazum, Drauum; quibus Hungaria, veluti platea quædam contra irruentes hostes ferreis catenis cincta, hostem tutior & securior speculabatur. Ita eeo montium, altissimorum admirabilem fertilitatem; qui quam præstantia claritate, odore, suavitate & fragrantia progenerent vina; testes sunt cum alijs vicinæ nationes; tum Poloni ipsi, qui singulis annis horum beneficio recreantur, ornantur, exhilarantur. Prætereo cum feris varijs generis, tum ære, cupro, stanno, argento, auro denique, alijsque preciosissimis metallis superbos montes. Quod enim aurum huic nostro, vel puritate, vel splendore, vel pondero comparandum? Regnum vero ipsum circumiacentibus undique provincijs, ut potest Transiluania, Moldauia, Valachia, Bulgaria, Rascia, Dalmatia, quasi fortissimis quibusdam propugnaculis munitum: arcibus magnifice extructis, civitatibus, oppidis, frequentibusque villis & maximis & populosis pulcherrimum: Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, Ecclesiasticorum denique omnium frequentibus ordinibus, honoribus, titulis, atque dignitatibus, tenulis, aris, sacerdotum collegijs, amplissimisque redditibus ditissimum: religionis integritate, pietate, divino cultu, ceremonijs, atque omnium virtutum cumulis ita splendidum, ita ornatum; ut totum fere orbem Christianum ad naturalem sui reverentiam & admirationem rapuerit: ad pietatis, fortitudinis, hospitalitatis, liberalitatis, pudicitie.

dicitiæque exemplum incitârit. Quæ enim gens vñquam
 in sua patria tam diues, tam opulenta, generisque splen-
 dore tam præclara extitit; quæ aliquando ad honores ti-
 tulosque Hungaricos non aspirauerit? Extant apud nos
 vsque ad hodiernum diem multorum illustrium virorum
 nomina; qui relictis paternis latibus, solo Hungarico
 contenti, eiusque opibus ac diuitijs illeæti, vitam poti-
 us, quam ut in propria redirent, amiserunt. Sed quo-
 modo, Proceres amplissimi, muratum est aurum? quo-
 modo obscuratus color noster? quomodo deiecia pul-
 cherrima capitis nostri corona? Eheu! in miserabilem lu-
 etum versa est cythara nostra: prostrata, conculcata, ac
 pene deformata palchritudo nostra. Eheu! quomodo
 pudicissima lectissimaque virgo inauribus, monilibus,
 corona speciosa, gemmis & vestibus preciosissimis olim
 exornata, iam penitus denudata! Nostrâne obsecro fo-
 cordia, vel Christianorum dissidijs discordibusque an-
 mis, vel certè Hungarorum peccatis id ita commerenti-
 bus, impuræ, fœdæ, barbaræque Turcorum & Scytha-
 rum genti violanda relinquitur? O tempora nunquam
 expectata! o fortunæ inconstantiam: o miserandam fe-
 licitatis nostræ mutationem nunquam antea præuisam,
 sed ne cogitatam quidem! O nostram simplicitatem,
 qui hosti multis cladibus, virtute maiorum nostrorum
 fracto credidimus! Audite quæso, nobilissimi ordines,
 in quantam quamvis miserabilem calamitatem & angu-
 stiam leuitas, inconstantia, perfidiaque Turcica nos præ-
 cipitauerit. Nobilissimæ Hungariæ regiones; vasta
 solitudine & situ fœdè horrent: ubi quot agros, quot
 vrbes, quot templa, quot aras, pietatis loca, profanæ &
 sacrilege teterrimi hostis manus, his tantum elapsis tem-
 poribus, euerterunt: nec euerterunt solum; sed in ab-
 omninandom Mahumetis superstitionem mutauerunt?
 Nulla domus in Hungaria lucu & mœrore vacat: li-
 beri ante parentum ora, parentes in conspectu libe-
 rorum, honestissimæ matronæ & pudicissimæ virgi-
 nes,

virgines, pars (dictu miserabile) atrocissimè cæduntur; pars ad explendam turpissiniam insolentissimi hostis libidinem, in miserandam funestamq; seruitutem rapiuntur: Sacerdotes Domini in ipsis diuinis sacrificiis operibus cæduntur, & impiè immanissimeq; trucidantur; eorumq; innocentis sanguine, & cerebris gladio hostili dispersis, templa, aræ, & sacræ vestes, quibus in tremendo sacrofanciū sacrificij opere vestiuntur, inaudita atrocitate commaculantur. Quot incendia, quot calamitates, quanta mala superiore quoq; anno acceperimus; utinam nobis audisse potius, quam spectasse, & (proh dolor !) pertulisse licuisset. Nunc etiam vniuersam Hungariam miserrima seruitus opprimit: neq; focos aut aras habemus: neq; patrijs bonis frui, neq; fungi honoribus in posterum fas erit; nisi benignissimum seruatoris Opt. Max. numen, & externa gentium, vicinorumq; regnorum indomita virtus præstò illi fuerit. Circumvallatum regnum Hungaricum munitissimis propugnaculis; vimirum vtracq; Misia, Dardania, Dalmatia, Illyrico, Rascia, Bulgaria fuerat: quibus omnibus per fraudem hostilem amissis, nunc iam squalida & mœsta Hungaria seipsam luget. Cùm ipse mecum reputo prouincias, quibus spoliati sumus; vix profectò iempore à lachrymis: cùm recordatione malorum quæ patimur: tūm verò ultimi exterminij; quod Iaurino naturā & arte munitissimo, tum alijs vicinioribus præsidijs occupatis, hand dubiè ceruicibus nostris imminebit. Ceteræ prouinciaræ nobis ademptæ, vestigalia & fines nostros minuerant, sedesq; regias occupauerant: at capto Iantino hostis immanissimus, non Pannonia tantum reliquias, sed (proh dolor !) omnium regnorum, vicinorum, & prouinciarum fines, audaciissimè penetrauit: atq; S. Romani Imperij claves manibus ferè conclusit. Duo tantum restant in Hungaria anguli, non ita ab hoste ruti, quam integri: alter meridiem versus: alter septentriones versus: quos hostis truculentissimus, dilatarandarum suæ tyrannidis finium audissimus, armis, opibus, & numeroso milite, afflitti-

fictissimis Hungarorum rebus, longè superior, vñica ex Thracia copiarum suarum expeditione; suo imperio & nefandæ crudelitati mancipabit. Sed quiesceret tandem hostis dirissimus: & Hungaria potitus, solaq; illa contentus, in Thraciam victor ad ocium redibit: neq; regnis & prouincijs, conterminis præsertim, in amicitiam suam semel receptis, bellum mouebit. Non quiesceret, mihi credite, non quiesceret cruenta bellua. Tanta enim ipsius est rabies; tanta impudens arrogantia: tanta auaritia, tantaq; temeritas; ut exigua felicitatis successu elatus, victoriæ terminum orbis terrarum finem statuat; & maiorem in sanguine Christianorum profundendo, quam in finibus amplificandis, voluptatem ponat. Speculabitur statim impasta rabidaq; fera, tanquam ex vicina specula, proximam & per primam occasionem oblatam prædam. Illinc Austriam, Carinthiam, Stiriam, Sclavoniam, Italiam; hinc Morauiam, Silesiam, Poloniā, & vicinas prouincias. Ac proinde, Rex Sereniss. Illustrissimicq; Principes, cæteraq; clarissima Poloniæ lumina, tria à vobis vti socijs, amicis, & viciniis, omnes omnino Hungariæ ordines, vestrâ pietate, amicitia, & vicinitate freti, amicè & officiosè petunt. Primum, velitis aliquot auxiliares copias vestris proprijs sumptibus conscriptas in subsidium periclitantis Hungariæ, statim primo vere expedire: Alterum, non tantum proprijs sumptibus conscripto milite nobis auxilio vos esse; sed & si quos milites ex amplissimo hoc regno, ac vicinis eius prouincijs aut nostris, aut aliorum Christianorum Principum expensis educere conati fuerimus; eis liberam in Hungariam proficisciendi facultatem concedere: Deniq; nouo perpetuocq; fœdere nobiscum sanctè patto, vestrâ in armis, in copijs, alijsq; contra manifestum Christiani nominis aduersarium belligrandi facultatibus societatem, virtutemq; heroicam, qua apud omnes gentes mirificè excellitis, cum nostra quamuis parua & exigua manu coniungere. Consideranda enim in primis vobis est nostra & patriæ nostræ conditio: extremum quod ex inte-

ritu nostro vobis immineat periculum: tum huius san&ze
 societatis nonique foederis summa necessitas: tum etiam
 hostis importunitas; tum etiam expeditæ copiæ perfidia,
 inconstantia, & in augustissimum Iasv CHRISTI no-
 men & gloriam insitum illi à natura odium. Nos Chri-
 stiani sumus, socij, vicini, & amici vestri. Perpendite,
 obsecro, & reuocate in memoriam, inter Hungaros &
 Polonos mutua ac alterna ex confederatione antiqua au-
 xilia & pacta sanctissima: & pro florentissimi quondam
 regni Hungariæ libertate & defensione maiores vestros,
 regesque huius incliti regni potentissimos sanguinem
 & vitam vtrò patrum memoria profudisse. Moneat
 vos, Serenissime Rex, saltem sancta, pia, penè djuinitus
 nuper instituta inter vestram Maiestatem & Principes no-
 stros affinitatis coniunctio; ex qua non tantum capitum
 seu principum, sed & regnorum & membrorum accessit
 compaginatio. Ponat ob oculos Maiestas V. curas,
 vigilias, expensas infinitas, quas in gratiam Reipublicæ
 Christianæ Imperator Christianissimus, V. Maiestatis
 atfinis, amicus & vicinus, dies & noctes facit. Nihil
 enim ipse, quod ad conseruationem & incolumentem
 nostram pertinet, prætermittit: nihil est, quod nostra
 causa strenue & invicto animo non subeat: non parcit la-
 boribus; non thesauro; non denique sanguini & vitæ.
 Neque vos Senatores amplissimi cæterique ordines in-
 cliti huius regni, paucitas nostra, vires attritæ, exiguae
 regni nostri iam iam labentis reliquiae, ab hac sanctissi-
 ma confederatione, mutuaque belli incundisocietate de-
 terreat. Pauci sunt Hungari, verum est; sed non deest il-
 lis præpotentissimus D & v s: cui tantum est in pau-
 cis, quibus benedixit, vincere; quam multos, quibus ma-
 ledixit, profligare. Non deest nobis vstata & quasi in-
 nata in campestribus prælijs exercitatio: non defuerunt
 annis quoque superioribus de atrocissimis hostibus, vi-
 tribus & numero armisque potentissimis gloriosissimè
 partæ victoria: Non, inquam, defuerunt, Quam fe-
 liciter

liciter enim in Sclauonia apud Siseccum cum Hazon Bassa pugnatum sit : quam turpiter Bassa Budensis apud Albam Regalem cum selectissimis prætorianorum militum cohortibus fusus, fugatusque sit, nonne audiisti? Quid commemorem memorabilem illam ac pulcherri-
mam victoriam apud arcem Hatuan, in campo Turano ex Beglerbego Graciæ & Bassis Budensi & Tœmeosua-
riensi, exigua manu reportatam? Nonne etiam apud ar-
tes Fileccum & Secziensem eiusdem Beglerbegi, Bassæ v-
triusque Budensis & Tœmeosuariensis auxiliares copias,
nostra castra eadem vel sequenti nocte hostiliter inuasu-
ras, primo statim impetu ad interencionem propemo-
dum omnes delevimus, extinximus? En majorum no-
strorum exempla in posteris quoque suis luce meridianæ
clariora! Hungari diu ab annis circiter septingentis pro-
fusa & communis Christianitatis quiete excubias continen-
ter agunt: fines Christianorum non sine cruentissimo
certamine turantur: seu tamen profecto mercede: quo-
niam in alendis copijs diuersis, & per tot hostium fre-
quentes eruptiones, spolia & cædes, tot iam annis laben-
tibus, omnes Hungarici regni ordines defecerunt. Iam
deuicta tota Hungaria, quæ gens tot annorum spatio op-
pressa? quæ natio tot cladibus vexata? quod regnum tot
incendijs, calamitatibus, ferro, carceribusq; afflitum,
tam potentem & inquietum hostem, infracto constantijsq;
animo, tam diu sustinebit? In hoc nobilissimo Poloniæ
regno virtutem in armis, magnanimitatem & toleranti-
am in aduersis, patientiam in laboribus, belli facultates,
opes ingentes, arma viætricia, innumeram variarum gen-
tium multitudinem, omnemque belli apparatus, quis
vel mediocri iudicio præditus non videt? Sed regnum hoc
non ita à natura, ut Hungariæ montibus vndeque, flumi-
nibus profundis, ciuitatibus & arcibus, præsidijsq; con-
tra hostem arte multisque laboribus munitum esse, quis
vel modicè Polonicarum & regionum & rerum peritus

non

non animaduertit? Quare si ex Hungaria in Poloniā accessum sibi nactus fuerit; non secus atq; accipitres, aues rapacissimæ, caueis inclusæ, & postmodum dimissæ, in spatioſo hoc aere libero volatu prædam exercent: per rotam Poloniā impunè per tot campos effusus vagabitur; per tot ciuitates & oppida, ex materie lignea ferè construata, incendio & depopulatione grassabitur. Ex his autem arcibus, non tam munitis, quām elegantibus, quas terras, quoſq; Poloniæ fines intra exiguum temporis interuallum non peruadet? Considerate itaq;, Proceres inclyti, qualis clypeus, qualisq; murus fuerit hactenus Hungaria Poloniæ; & quantum præstiterint arma Hungarorum cū Orthodoxyæ fidei, tūm maximè tranquillitati vestra; & quantum deinceps salua præstitura sint. Nolite floccifacere & quietem vestram, & fortunas, quæ totæ ex salute Hungariae pendent: nolite repellere sacrosanctam perpetui fœderis societatem, nunc vobis amanter oblatam. Et nos aliquando hac gloria, hac pulchritudine, hac admirabili confessus vestri elegantia, his templis his palatijs, hisq; superbis turribus fulsimus: Eadem vos fata, eadem fortune conditio & casus, nisi tantis in tempore occuratis malis, manebunt. Hungaria igitur vobis in primis curæ esse debet: Hungaria vobis copijs quām maximis; Hungaria, in quam, quām primum iuuanda est: ibi obstruendum hosti iter, si vos & vestra omnia salua esse vultis; ita regiones vestras integras facilius ex longinquuo tutari poteritis; quām postea ex propinquuo laceras reficere, tueri, defendere. Nunc iuuate socij: nunc arma capite; dum hostis potentia minor; dum longinquier fines vestros non pertingit. Nanc nunc vestra virtute bellica truculentissimo orbis Christiani inimico nobiscum occurrite: cū Hungarorum vites minus attritæ, nosq; superstites socia arma vobiscum capessere possumus. Nonnē glorioſius & laudabilius erit, si lætior simul ac certior nobis firmissimo societatis & vicinitatis vinculo confoederatis ex hoste triumphus, & vberiora spolia contigerint; quām vt afflitis nobis

nobis & perdita Hungaria inopinata vos solicitude de salute regionum fortunarumq; vestrarum incautos corripiat? Cauete, prudentissimi fortissimiq; heroës: ne idem & vobis eueniait: quod olim Græcis primò exiguum opem recusantibus, tandem non supellecilem modò; sed & vitam offerentibus amissa Constantinopoli accidit. Quid enim turpius, quid fœdius, quam non præuisis calamitatibus, quæ certissimæ sunt, excoecata mente, pertinaciter in manifestissimum periculum, seipsum præcipitem agere? Quid rursum pulchriùs, quid prouidentiùs, quid feliciùs, quam in alieno periculo doctum & cautum se exhibere? Videtis Christianum, aticum, & vicinum regnum, conceptio igni flagrare: videtis flammarum longè funestissimam penatibus vestris iam iam, nisi occurratis, imminere. Ab alijsne igitur, ut restringuatur, expe&abitis? Utinam Scythicum quoq; illud incendium in finibus Hungariæ nuper exortum per nostros comprimi & restringui potuisset. Non fines Austriaci ingenti terrore percussi acceptas iniurias, inflictaq; lamentarentur vulnera: non iam in Hungaria tanta solitudo, vastitas, cædes, tot infantulorum crudelissimns interitus, tot lachrymæ, tantiq; parentum pro liberis partim dire cæsis, partim in fœdissimam seruitutem abreptis fusi ciulatus: non tot oppida, tot curiæ nobilium pulcherrimæ ab incolis desertæ, palatiacq; illustrium magnifica, suppetias alienas expeterent: neq; Turcæ victoriam ex Christianis, qui ante Tartarorum in fines nostros excursionem copijs Sinan Bassæ, vel pares, vel superiores fuerunt, ullam superbis in Thraciam reportasset. Quid? imò nec Iaurinum cepisset. At postea tantæ hostis pernicitate, qua in depopulationibus, ranquam volatu quodam celerrimo vtitur, distracti & perturbati minus sufficienes extimus. Quas & nunc in regno stragæ Tartarus faciat, quam miseranda, & à Christiano homine meritò deploranda, suæ crudelitatis vestigia relinquit, quotidie cum suspirijs & lachrymis (ô afflicti) cernimus. Verum resarcire istud malum, fortissimi heroës,

poteritis: & hanc pestem, inter omnes gentes abominans-
dam, & execrandam tollere facile, innocentemque san-
guinem, quo impius hic hostis sacrilegas suas manus com-
maculauit, vindicare, si volueritis, valebitis: nisi placue-
rit fortasse, hostium perfidis blandimentis, adulationalibus,
fraudulentis inducijs, & iniussimo ipsorum foederi fi-
dem habere; dum florentissimo huic Poloniae regno, sub
specie amicitiae, & pacis inconstantissimae simulatione,
perpetuam pacem & tranquillitatem promittunt. Nolite,
ordines inclyti, nolite hosti nefario & perfido, qui dum
Christianos fide & amicitia sua decipit, iam certissimam
sibi salutem eamq[ue] interminabilem concessam esse credit,
aures animosq[ue] tam facile praebere. Parcit lupus oui; &
nonnunquam etiam simulata amicitia blanditur, adulatur;
quia præda abripendæ opportunitatem nondum ha-
bet: verum vbi occasionein vel exiguum nanciscitur, illi-
cò rabidam voracitatem in miseram ouiculam exercet.
Ita nos maiorem regni nostri partem amissimus: amicitiae
namq[ue] & fucatis pollicitationibus fideique Turcarum ni-
mium credentes, tuti, securi, sub inducijs in pace vixi-
mus: illi autem nulla à nostris injuria lacesisti, quibusuis
iniurijs leuiusculis falsò prætensis, opportunitateque ex
nostrorum otio capita, contra omnem amicitiae legem &
facrosanctam iacti foederis pacem, contra omne ius gen-
tium, in vindictam, vt hostes turbidi, inquieti, imma-
nesque exarserunt: regiones nostras incendio & ferro
vastarunt: arces admotis tormentis bellicis expagnâ-
runt: fines suos quam latissime potuere, cum maximo re-
gni nostri detrimento, dilatarunt; vel certè, vbi aperto
Marte inuadendi modus ipfis defuit, technis, machinis,
arte denique plusquam Pelasga, nostris ad unum truci-
datis, præsidia nostra, munitiones nostras in suam po-
testatem redegerunt. Deplorant hanc ipsorum perfidi-
am multa Hungariae castra, Simon Tornia, Dombo, Do-
brekeoz, Ozora, Kaposuyuar, Baboltsia, Korothna, Bu-
jak, Zonda, Dregeli, Filek, Zeczien, Zolnok, Hatuan,
Deuin,

Denuo, Kekkeo: deplorat Croatia vniuersa: deplorat Sclavonia pars maior: deplorant denique quamplurima humanissimi loca munitissima; quæ sub inducijs istorum infidelibus, astu & fraudulentia occupata sunt. Hos ipsos eorum calidq[ue] astus, & fraudes iam pridem tota luget Europa: neque Polonia omni ex parte istius calamitatis immunis est. Nonne tam vetera quām noua foedera sancte vobiscum pacta, non superiore saltē anno, per transiūm & depopulationem Tartarorum immanissimam, verumetiam tertio ab hinc anno egressu & potentia Beglerbegi impius & perfidus Turca rupit, violauit, confregit? Fanta est hostis istius nefarij leuitas & perfidia. Vindicate igitur hanc atrocitatem: & cum CHRISTI TESTIMONIIS Domini nostri hoste manus conserite. Doleat vobis iactura & pernicies Christianitatis: occurrant armata vestra tot malis & periculis. Vestram opem implorant pueri in campis vagientes: vestra auxilia experunt cadauera Christianorum per agros crudelissimè passim iacentia: vestras supperias viduæ letissimæ, & virginis pudicissimæ ad inauditam inexpletamque libidinem rapit: orant: vos socios & vicinos Hungarorum regio & terra afflictissima, sociorum & vicinorum vestrorum sanguine copiosissimo inebriata, vindices & iustissimos vltores exposcit: vos denique ad perpetuum foedus, ad armorum victoriaturaque, ac omnis fortunæ, tam aduersæ quām prosperæ societatem inuitat: à vobis praesidiui Hungaria extensis brachijs; quæ Poloniam tot annis, quasi clypeus & murus aheneus, animosè defendit: flagitat, orat, depositit: vobis ipsa, & posteris vestris constans immobilitaque foederis, vicinitatis, bellicosæque contra communem hostem societatis vinculum ultra amanterque defert. Quod si non pietatis studium, non zelus fidei, non amicitia & vicinitatis antiqua iura, neq[ue] nostra hæc iusta, amica, legitima, mutuaq[ue] consuetudo, in hanc summe necessariam sanctissimamque expeditionem vos induent & armant; moueat saltē te, Sereniss. Rex, volque ornatussi-

mi Proceres, gloria, sacrosancta belli societas, necessitas deniq^s, cui omnes sapientes parent. Regum namque & principium sceptra & diademata gloria bellicis virtutibus parta exornantur. Quid enim, vt Iulius Cæsar toto terrarum orbe ob res præclarè à se gestas celeberrimus, gloria suspiciendus esset, effecit? virtus bellica. Quid Pompeium, Scipionem, Hannibalem, Alexandrum Magnum ad imperium totius orbis aspirantes incitauit? virtus bellica. Quid Carolum Magnum, Carolum Quintum, Ioannem Corunum, regni Hungariæ quondam gubernatorem fidelissimum, Matthiam Regem inuictissimum, & alios complures præstantissimos regni nostri heroës, ad bella infra dicto inconsternatoq^s animo suscipienda pro Christianæ Reipublicæ salute & conseruatione, ad quævis pericula subeunda tantopere incendit? virtus bellica. Quid Casimiro^s, Vladislao^s, huius florentissimi regni gloria olim germina, per totum vastissimi orbis huius spatium, inter tot gentes celeberrimos laudatissimosq^s effecit? virtus eadem bellica. Quis vñquam magnanim^s heroicaq^s natura exornatus, pro gloria conditionis suæ proq^s nominis Christi celebritate, vitæ necisq^s periculum aliquando exhorruit? Quid rursus hac laudabilis societe, in qua religio, fides, æternaq^s Dei Opt. Max. symbola defendantur, pulchritùs? quid amabiliùs? quid suauius? Christus pientissimus Pelicanus sanguinem pro nobis nudus fudit: nudus pro communi salute, erector crucis trophæo, cum hoste truculentissimo congressus est: sanguinem suum vitamq^s pro vestra pacè & tranquillitate profudit: vos verò cum eiusq^s gloriam & honorem defendantibus, hostibusq^s illius bellum mouentibus, auxilio & societate vestra adesse non vultis? Ille inimicis & humani generis hostibus vltro bellum indixit: vos autem perfidis & teterrimis eius aduersarijs, sanctissimumq^s nomen & diuinitatem eius continuè blasphemantibus, armis occurtere recusatis? Sed quid hæc amplifico? dum preciosissima pulcherrimaq^s hæc munera cœlitus

& cœlitus vobis data , quibus exornati estis , sponte vos contra tam immanem truculentumq; Christi Dœmini hostem impellant & excitent ; atq; adeò necessitas ipsa etiam nolentes trahat . Malo enim vos considerare , quam fando ominari : qualis Poloniæ , periclitante Hungaria , fortuna maneat . Horret animus admonitione eorum , quæ ventura sunt : nisi huic incendio mature eatur obuiam : omnia mala , quæ nos passi sumus , & etiam in patimur , vestris capitibus , & fortunis imminent . A Turcis dirissimæ seruituti viri mancipabuntur : pueri , fœminæ , puellæq; promiscue ad stupra rapiuntur : ac cum parum proderunt lacrymæ ; tum dolebitis , dum licuit non iuisse huic incendio obuiam . Non crediderunt hæc olim futura Græci , non Macedones , non Dalmatae , non deniq; reliquæ nationes , quæ nunc omnes miserae seruiunt seruitutem . Rumpite igitur moras , Serenissime Rex , & vos ornatissimi proceres : & , cum iam vos necessitas ipsa cogat , arma contra infensissimum hunc hostem , vestrumq; sanguinem sientem capessite ; nostrumq; fœdus , oblatamq; amicitiam , quam hodierno die vobis nostri offerunt , sincero libentiq; animo acceprate , admittite , confirmate : & cum summa nominis vestri gloria annalibus vestris inserite . Quod si feceritis ; Hungariam longo iam situ squalidam pristino decori restituezis , ac immanissima seruitute tot annis oppressam in libertatem vindicabitis : immaculatam Christi præpotentis fidem pro execranda Mahometis tabe plantabitis : pacem pro bello , cultum diuinum pro armorum cura , iusticiam pro iniuria ; & cum diuini numinis certissimo auxilio , diu ex hostibus desideratam victoriam nobiscum reportabitis : Hungaricam gentem perpetuò vobis dœuinam , confederatam , & in omnibus vestris fortunæ & vitæ periculis auxiliarem habebitis : vestræ deniq; genti tot Illustrium historicorum commendationibus & scriptis celebratæ , decus , gloriam , nomenq; immortale , nulla unquam posteritatis memoria aut temporis

poris iniuria delendum, inter omnes orbis Christiani populos & nationes comparabitis.

A.D SERENISS. SIGISMVN-
dum Tertium, Poloniæ & Sueciæ
Regem.

Nicolai Zokolide Kis Varda.

EPIGRAMMA

HÆC sunt Pannonidos, patriæ tristissima
nostræ,

Iam iam labentis vota precessq; tibi:
Rex vicine malis, fer opem: nam flamma pre-
pinquat

Sarmatia, nostris, Rex pie, disce malis.
Flammas vicino conceptas igne moratur

Intacta arsurus qui sua recta cupit.

Perfuit Odrysius gladijs immanibus hostis,
Et quatit Ungarici mænia pulchra soli.

Barbaricis aras manibus funestat: honores

Diuorum sacros impietate premit:
Omnia succedit, vastat, debellat, inundat

Vulcano, telis, Marte, cruento, Geta.

Tolle decus regni, Regum fortissime sceptrum,
Et prosterne hostis colla superbatrucis.

Andreæ

Andreæ Volani.

AD EQVITES REGNI
POLONIAE MAGNIQVE
Ducatus Lithuaniae, in Comitijs Cra-
couiae, die 6. Febr. Anno 1595. con-
gregatos, de societate belli cum Rom-

Imperatore Rudolpho, contra

Turcam suscipien-
di,

O R A T I O.

*Illustrissimo Principi ac Domino, Doe-
mino Nicolao Christophoro Radiuilo,
Duci in Olica ac Niesuuiesz Palati-
no Trocensi &c.*

Domino suo obseruantissimo.

Multa sunt, Illustrissime Princeps, & præcla-
ra familiæ tux decora, magna maiorum tuo-
rum in te deriuata gloria; sed nihil est quod
magis te suspiciendum exhibeat, & in colis
hominum constituat; quam eximiæ istæ animi
ingenijque tui dotes: quibus ita excellis, ut multis, qui
eadem conditione tecum sunt, palmam præripuisse vi-
dearis. Nam, ut præterea inquietam animi tui ma-
gnitudinem, qua tu impulsus, & varias terras, & maria
emetiri, cum magno discrimine vita non dubitasti (ut,
quod

quod in Vlysse illo commendant Poëtæ, plurimis vrbibus & regnis conspectis, varijsq; gentium legibus ac institutis cognitis, summam illam, quæ magno rerum vnu colligitur, prudentiam acquireres) ea quoq; in omni vita tua cultu conspicitur dignitas: vt iustitiae, moderationis, sobrietatis, & summæ cuiusdam humanitatis, reliquarumq; virtutum omnium exactam exprimas ideam. Multi in priuata vita arrogantiores conspiuntur; quam tu, qui in amplissimo dignitatis locatus gradu, ne minimam quidem animi tumidi, & mentis elata significationem praebes; tamq; affabilem te omnibus efficis, vt nec tristi vultu quenquam ab aditu tuo deterreas; sed omnibus potius humanitatis amicitiaq; officijs cum quouis certare pulchrum tibi iudices. Itaq; in splendidissima Nefuisiana sede, quam stupendis & magnificis operibus exornasti, quam tanquam insigne quoddam clarissimi nominis tui monumentum erexisti, ita te Principem agnoscunt omnes; vt summam tuam benignitatem & singularem motu in suavitatem contemplantes, priuatum quendam hominem esse existiment: Porro in procuranda salute ac dignitate Republicæ tantam sedulitatem, fidem, ac diligentiam declaras omnibus; vt nec ullus unquam cupiditatis astus te transuersum abriperit; nec priuati alicuius commodi spes ab honesto officio auocauerit. In duris enim & asperis Reip. rebus, in magnaq; perturbatione rerum omnium, semper tua sic enituit prudentia; & in consilijs salutaribus dandis eluxit sinceritas; vt nulla aut ambitionis, aut prauæ cupiditatis in te caderet reprehensio. Nec alio nunc quoq; in graui hac deliberatione, & proposita consultatione, animo te affectum esse existimo; nisi vt omnes vires, omniaq; auxilia conferenda esse ad propulsandam hanc crudelissimi Tyranni iniuriam iudices; qua plurimas Christianas oppressit gentes; & ijs, quæ reliquæ superflunt, acerbissimum hoc seruitutis iugum imponere studet. Nam cum rerum Turcicarum nemo maiorem cognitionem te habeat, qui omnia illa loca, Christi olim vestigijs impressa, lustri,

strasti, & Ecclesiā, quas sancta sua Apostolorumq; suorum voce ille fundauit, impuri Pseudoprophetæ Mahometi impia superstitione nunc deformatas inspexisti; non dubito hoc te consilium daturum; vt omnes summo studio & conatu pro seruitute repellenda decerent; inustamq; nomini Christiano ignominiam, vel sanguine suo extinguere studeant. Itaq; oratiunculam hanc meam, eo argumento quamvis inconditè pro tenuitate ingenij mei conscriptam, tibi, Magnanime Princeps, offerendam potissimum duxi: v; si quem illius vsum in confessu Equitum fore existimes; eam communicari illis patiaris: sin minus, intra priuatōs parietes contineri statuas. Vale dia felix & fospes, Illustrissime Princeps; & solita illa atq; antiqua gratia tua me prosequi perge. Datum in prædio meo, ipso die Natali Christi Anno 1595. Quandoquidem Respub. vestra ita est constituta, Equites Nobilissimi: vt siue de bello, siue de pace Rex ad Senatum referat, nihil siue suffragijs & communi consensu vestro decerni queat; visum mihi est in hunc amplissimum confessum & conspectum prodire vestrum; vt quod nunc deliberandum vobis propositum est, meam quoq; sententiam aperirem; &, si iusta & æqua vobis visa fuerit, ad eam amplectendam voice mea vos cohortarer. Non sum quidem nescius, nihil à cuiusquam ingenio in medium proferri posse; quod non pro summa prudentia vestra, & magno mentis acumine melius à vobis ponderari, & exactius considerari possit: tamen quia in communi incendio nullius hominis opera respuitur; quocunq; modo ad restinguendum illud accurrat; nemibi quidem vitio vertendum esse existimo; si malum, quod vniuersitæ Reipub. nunc imminet, avertendi consilium vobis exposuero. Audiuitis, Eqnites nobilissimi, legationem Imperatoris Rudolphi, qua ille socia vestra arma flagitat, & ad repellendam crudelissimi hostis Turcici Tyrannidem auxilium à vobis exponit; quæq; mala in vniuersum orbem Christianum promanatura sint, nisi vos opem tuleritis, haud nolè ominatur. Et sanè nullis ad

lis ad eam rem comprobandi argumentis opus esse censemus, quando velexperientia ipsa abunde testatur, quanta iam calamitas Rē publicā Christianam peruerterit; & quād multas in ruinam ac exitium gentes praecepit auerit; dum alij alijs subsidium ferre detrēcant; & otio consulentes suo alieno periculo non permouentur. Non commemoro, quibus cladibus immanissimus hostis rem Christianam in Asia affixerit; & in locum religionis Christianæ impiam spurcissimi Mahometi sectam introduxerit: florentissimasq; olim Ecclesias Christi perpetua ferè obliuione deleuerit; vel ipsa Europa nostra locuples testis est, quanta seruitute potentissima orbis Christiani regna sint oppressa, vt augusta illa Imperij sedes ab Imperatoribus Christianis multis seculis postessa, nimirum Constantinopolis, barbarum & crudelem hostem Christi tolleret, indeq; in omne id quod reliquum est nominis Christiani, certam pestem & exitium diffundat. Nec vetera nimis sunt memoria nobis repetenda: cum vel Hungaria ipsa, toties opem nostrā exposcens & exitiali ardens bello, flammatamq; è propinquō, quæ breui tecta nostra esset corruptura, ostentans; huc vscq; nos permouere non potuit; vt in propulsanda eius pernicie, salutem nostrān curaremus: nec minus libertati illius retinendæ, quād nostræ, consuleremus. Ac fuerit olim aliqua spes, tanti mali contagium ad nos non peruenturum: nunc verò cum iam in visceribus nostris hæreat; nec differendum aliquod malum, sed præsens exitium minetur; odiosa profecto hæc tarditas & procrastinatio nostra est, nisi quād primum acerbū seruitutis iugum à ceruicibus nostris repellamus; & quia in communem salutis tutelam à principibus vicinis vocamur, vltro dextram nostram tendamus: eosq; simul ac nos ipsos ab interitu vindicemus. Persensimus enim super terrimē & crudelissimi hostis perfidiam; qui sub inianni fœderis & pacis larua, tam hostilem in nos gerit animū: vt ferro & igne nostram depopulatus terram, iter sibi in Hungariam patefecerit; & quād sancte fœderum rucatur religionem, horrendo sauitiz exemplo demonstrauerit.

Iraq pacis nomine bellum inuolutum cernentes; nimirum incogitantes sumus; si infidiosam hanc pacem minimè nobis violandam censemus; & hostem in cæde ac sanguine ciuitatum nostrorum hac chantem, amicum tamen & fidum fœderis custodem creditimus. At vel hostis ipse nos doceat, quando aut saluum aut violatum amicitiaz fœdus persuadere nobis debeamus. Non ignotum quidem hosti est, quod militares isti siue potius prædones vagabundi, quos deserta Borysthenis incolentes nostrate lingua Cosacos vocamus, adeò estrenem licentiam usurpent; ut non minus in hostico, quam in regionibus nostris prædas agant: nec ullum ferè Regis nostri Imperium agnoscant: tamen si quam incurssione in ditionem Turcicā isti faciunt, fidem fœderis violasse à Turca proclamantur; & subito bellum nobis denunciatur; nisi aut iusta excusatione, aut muneribus infensum hostis animum mitigemus. Contrà verò numerosissimus Scytharum exercitus, (qui iussa & nutum Turcarum Imperatoris sequitur,) et si liberè, quando cunctæ placent, flamma & ferro in ditionibus Regis nostri grassetur; agros & oppida extensæ; magnâq; vastitatē omnibus provincijs inferens; ac multa millia in miserâ captiuitatē abducens: instringere tamen pacem minimè nobis videtur: nec Turcarū Imperator violasse fœdus à nobis creditur. Quo usq; ergo tā infidam pacē, sine potius certā servitutis pactionē tolerabimus, & ludificari nos ab hoste scelestissimo pariemur? Non est ista Turcicæ gentis religio, non pietas, ut nō iustiūrandū libere perrumpat; & cum primum aliquā gentem opportunam iniuriæ suæ viderit, totam bellimolē subitò, immemor omnis fidei, in eā effundat. Hoc scelere omnes olim Turcici Tyranni se astringere non dubitarunt; & falsa spe pacis dementatos principes Christianos omnibus Regnis & provincijs spoliarunt. Commodo enim illi suo cuncta metiuntur, nec metuunt sacra omnia violare; dummodo potentiam acquirant, & quam latissime dominatum suum extendant. Neque enim immensa Tyranni cupiditas vlla unquam accessione regnorum satiatur: f f 2 quin

quin maiori siti semper exardescens, vniuersum hunc orbem avaritiae suae definiat. Credite ergo, si (quod Deus omen auertat) Austriacam gentem Imperio euerterit, eodem momento eum in vos innasuram: nec vel exiguum tempus quieti vestrae concessurum. Quia ergo isthac dementia est, cum possis presentem calamitatem iunctis communibus viribus auertere, eam sedendo compressis manibus securè expectare? Proponite ante oculos vestros horrendam illam & miserabilem rerum faciem; cum Turca victor (quod præpotens Deus prohibeat) ante ora patrum liberos iugulabit; cum honestas matronas, & pudicas virgines violabit; cum nulli dignitati & familiæ splendori parcens, omnes hominum ordines omni ludi-brio vexabit; nullumq; omnino in vobis affigendis crudelitatis genus præteribit. Quam ergo propriam genti vestrae libertatem, Poloni, ducitis; hanc potius vobis retinendam, quam miseram vitam existimabitis. Indigni profecto hac vita sunt iudicandi, & ex finibus humanæ naturæ exterminandi; qui oblii decoris & dignitatis suæ, seruitutem potius tolerare; quam cum dispendio sanguinis & vita libertatem retinere malunt. Cum autem omnis seruitus sit misera; nihil certè detestabilius, nihilq; est foedius; quam seruire hominibus impuris, & ex sola crudelitate ac libidine amentiaq; conflatis: apud quos nihil est ingenuum, nihil pudicum, nihil moderatum; nec quidquam omnino auersandum, quodcunq; tandem surror mentis facere illis persuadeat. Sola Turcica gens in natura rerum inuenta est, quaæ in crudelitate, & in macilans hominibus, pietatem sitam esse existimet: & quod plus Christiani sanguinis exhauserit; tanto facilius ad ficta illa Paradisi gaudia, belluinasq; corporis post mortem delicias, se aspiraturam credat. Cum itaq; hominibus ingenuis, & in summa libertate viuentibus, nihil sit turpis dedecore ac seruitute: an non præstat cum dignitate cadere; quam tam crudelem ac superbum impiæ gentis dominatum perferre? Quod si vana hæc & fallax opinio mentibus

mentibus vestris insideat; profligatis principibus Austriacis, eorumq; Regnis ac prouincijs potentia Turcica euersis, Regnum hoc Sarmatiæ nihil omnino saluum ac integrum vobis permansurum: turpe tamen & indecorum vobis est, si conniuētibus vobis, nec auxiliarem manum porrigentibus, nobilissima regna intereant; totque claræ gentes excindantur, quibus cum mutua religio vos coniunxit; multaq; amicitiae iura, affinitatis, ac necessitudinis officia sunt vobis constituta. Nec alio consilio mutua connubia inter principes Austriacos & Reges nostros obseruata à multo tempore fuerunt: quam ut hoc firmo amicitiae nexu & sanguinis vinculo colligati, mutuas sibi operas impenderent: & crudelem ac barbarem Turcam seruitatem à ceruicibus suis deicerent. Itaque pro regnis Austriacorum, æquè ac pro aris focisq; vestris, vobis & animis & armis decerrandum putabitis; vt tanquam communem patriam ab interitu & ruina vindicetis; & furentis ac scelestissimi hostis impetus virtute vestra cohibeatis: & quod seruile iugum imponere illis conatur; summis viribus & invicta animi magnitudine à corporibus eorum repellatis. Laudata est olim eximia populi Romani virtus: qui duce Flaminiio libertatem sibi Græciæ tuerendam duxit: & ne gens preclara seruiret, procul à patria bellum gerendum cum hoste eorum iudicauit. At quanto æquius est, vos non pro libertate sola vicinarum vobis gentium, sed pro summi Dei religione & Christians pietate depugnare; ne loca Deo Opt. Max. consecrata, fœdissima superstitione Mahometica contaminata, & omni impietate polluta conspiciantur! Quod vero maiorem meritò stimulum vobis addere debet, vt in hanc aleam belli descendatis: & communibus viribus teterimum hostem oppugnandum vobis censeatis; salutem vestram cum salute istatum gentium coniunctam credetis; vt perire illæ non possint, quin vos idem exitium inuoluat. Neq; enim vos hoc vano opinionis errore duci conuenit; firma amicitia fœdera Turcam vobis ita conseruaturum; vt non uno

Eodemq[ue] impletu, si vicinos vestros opprimat, n[on] interitum
 quoq[ue] vestrū arma sua subito sit cōversurus. Ardet enim
 animus impotentis Tyranni odio nominis Christiani: &
 quod magis sanguine Christianorum imbutus ac cruentus
 est; tanto acris ad extinguidam & abolendam omnem
 nominis Christiani memoriam inflammat. Quare cūm
 in communib[us] virib[us] & auxilijs, tota victoria spes sit vo-
 bis reposita: istam sanè occasionem ne negligatis; & nunc
 potius manus vestrās armetis; ne pro breui otio multiplex
 deinde bellum ad vos redeat; & cum tantæ potentiaz soli
 impares fueritis, in certam perniciem ac ruinam vos præ-
 cipitet. Agnoscit hoc ipse Tyrannus, quām incommoda
 rebus suis vestrā sit societas: itaq[ue] nihil magis molitur, quā
 vt vos distrahat: & mentione pacis ac fœderum iniecta, à
 communi ferendo auxilio deterreat. Sed interim in sinu ri-
 det: eaq[ue] deinentia vos capi exoptat; vt clade aliorū otio-
 si & inermes specteris; nec stragē hanc ad vos peruenientiam
 imprudenter existimetis. Sic omnes ille fecellit; & falsa spe
 pacis inescatos, crudeli suo Imperio subiecit. Habet enim
 facilem & expeditam infringendaz pacis rationem: cūm,
 quod suadet furor & libido, id pro norma iuris & iustitiae
 regula usurpet. Scio quidem non temere bella esse mouen-
 dā in quibus varij & ancipites casus existunt: nec in pote-
 state eius esse finire bellum, qui id incepit: tum communem
 Martis esse aleam non ignoro: addo, quod magnos sum-
 prus cum magno labore impendere necesse sit ei, qui felicē
 successum exoptet: sed eò res rediit vestrā, vt nullus iā
 otio & ignauiaz detur locus; sed si saluam omnino Remp-
 esse vultis, bellandi necessitas vos maneat. Quod si in cor-
 porē partem aliquā afflā vri ac secati patimur, vt salutē
 totius corporis curemus: num aut fortunis aut labori par-
 cemus, vt vitam ac libertatem redimamus; arq[ue] adeò totam
 Rempub. integrām consueimus? Mementote, Equites,
 vos ad decus & dignitatem natos esse: aut ergo summa h[oc]
 virtute iuri vobis retinenda, aut per ignauiam amittenda.
 Nec sunt rūsa bellum gerendum vobis deerunt; si le-

gem

gem sompnuariam, (id quodante quadriennium tentasti)
aliquando in Rem pub. vestram introduxeritis; & pesti-
ferum hunc luxum, qui sata vestra exarit, & omnes agros
depopulatur, cistisq; ac crumenas exhaustit, tam in vesti-
bus, quam in conuicijs amputaueritis. Quod si vero for-
midandam vobis potentiam Turcicam, nec bello minime
lacerendam, iudicaueritis; inquit ne multo formidabili-
or tunc futura vobis sit, cum vos solos aggreditur, omni-
busque auxilijs destitutos, tanquam praedam sibi obiectam
persentisces. Nunc autem si arma vestra cum princi-
pibus Austriacis iunxeritis; & una cum bellicosis Hun-
garorum, Boemorum, ac Germanorum cohortibus in-
aciem descenderitis; non est quod dubitetis de certa spe
victoriae, & scelesta ac impiæ Turcicæ gentis interacio-
ne: qua plus semper terroris, quam virium in bellum
afferre solet. Neque enim fortitudine bellica, sed nume-
rosa hominum multitudine formidabilem se efficit; & si
quam victoriam obtinet, ideo fit, quod defatigatis Chris-
tianorum corporibus, & lassis caede manibus, semper ali-
qui supersint, qui occidinon potuerint. Nec vero fando
auditum est, in pari congressu, & æquo militum numero,
Turcam superiorem aliquando fuisse. Hoc adeò proxima
hæc ætas abundè testatum effecit; cum in omnib. certami-
nibus & prælijs, ubi cunctis pari numero dimicaturi est, sem-
per cohortes Turcarum fusæ ac profligatae virtute militū
nostrorum fuerint. Nec Iaurinum munitissimum illud Hun-
gariz propugnaculum, tot milibus Turcarum interemtis,
aliter capi potuit; quam scelesta, ut aiunt, hominis perditæ
& auaritia excæcati, prodirione. Est enim gens Turca scel-
erum omnium sibi conscientia; delicijsq; omnibus & scœdis libi-
dinib. sic enervata; ut nec mente, nec corpore in acie co-
stere possit; furiasq; sibi seper ob oculos obuersari putet.
Nam per vim atque sceleram se aliena regna appetere nouit; nec
ullo conscientia testimonio subleuat; sed terrore men-
tis perculta, ob scelerum & flagitorum omnium magnitudi-
nam, animo semper consternatur. Vos autem quid est quo
perterre-

perterrelacere possit? dum pro Christiana religione & sincero omnipotentis Dei cultu dimicatis: dum à scelesto & nefando ciues vestros parricidio & crudeli latronum lanienam vindicatis: ac pudicitiam coniugum liberorumque vestrorum à perdita vi & libidine teterrimorum hominum defendatis. Huic vero tam iustæ causæ num auxilium Dei defuturum putatis? & si vel millies mors oppetenda esset, non prompti ac alacres in certamen adeò sanctum descendenteris? Iam tandem ad cumulum suum Turcarum peruenit impietas; vindicemq; omnipotentis Dei iram expectat: quæ procul dubio in perniciem ac interitum eorum se effundet; si modò vos Christiani concordes animis & lensibus communem hunc hostem, & pietatis Christianæ eversorem, oppugnandum vobis duxeritis; nec torpentes animis & corporibus auxilium vicinis vestris & Principibus Christianis periclitantibus ferre detrectaueritis. Atq; ut maiore spe obtinendæ victoriæ istud faciatis; habetis principem hunc Sigismundum, magno mentis & corporis robore præditum: in ipsoq; ætatis flore constitutum; qui durus omnes militiæ labores facile perferre; inspectoq; ipse virtutis omnium, ad subeunda quævis pericula, pro patria & communii libertate tuenda, inflammare vos possit: quem etiam, sicut indubia fama constat, Turcæ ipsi in perniciem suam natum autumant; cuiusq; potentiam vehementer extimescant. Utinam autem prudentissimi illius Regis & fortissimi Imperatoris Stephani vestigijs insistat; qui virtutis suæ admiratione ita totius orbis Christiani oculos in se conuerterat; ut votis omnium principum iam supremus belli dux contra Turcā esset designatus; & alter Scipio debellandum hunc ferum Hannibalem proclamatus. Habet enim Sarmatia fortissimum Equitatum, & ex flore nobilitatis colleatum; quem & auita majorum gloria, & innata cuiq; sua virtus nullum subterfugere discrimen pro salute Reipub. docet: ac ducem saltem præclarè tentandæ rei requirit. Sunt præterea vobis pertissimi belli duces, Ioannes ille in Regno Zamoscius: &

Sciis : & in magno Ducatu Christophorus Radiuilus : qui
 granibus ac difficultimis temporibus , multa iam fidei suæ
 in Rempub. ediderunt exempla ; eaq; in rebus bellicis in-
 dustria, labore ac perseverantia vñsi sunt ; vt & hosti terro-
 rem incusserint ; & apud suos magnam authoritatem con-
 secuti sint : Istis portò fortunæ muneribus ditati sunt , vt
 amplissimis suis , quas habent , facultatibus , Reipub. suc-
 currere , ab eamq; omni hostili impressione vindicare que-
 ant . His viris , qui & consilio vos regere , & virtute tue-
 ri , & constantia conseruare possint , ad omnes vestros ca-
 sus , antequam fati necessitas eos absumat , regete utemini .
 Equites : vt , quam naturæ debent mortem , eam pro patria ,
 si sic vñsus Reipub. exposcat , potissimum reddant . Non
 enim auri & argenti congesti cumuli , non amplæ posse-
 siones , & latifundia , sed præclara in Rempub. merita , &
 terum gestarum gloria , homines immortales efficiunt , ad
 perpetuamq; posteritatis memoriam nomen eorum trans-
 mittunt . Ut autem hæc societas vestra cum principibus
 Christianis inita , tanto firmiter existat , & omnibus belli-
 cæ rei præsidijs instructior ; omnem bellum memoriam , cum
 Duce Moschorum abolendam censete ; eumq; potius fir-
 mis amicitia & fœderum vinculis alligandum iudicate ; vt ,
 qua ille excellit potentia , hanc in communem profligan-
 dum hostem conferat ; & socia iungens arma immanem
 impurilatronis Tyrannidem & superbissimum domina-
 tum à Regnis Christianis auerrat . Ac fuerint olim vel ob
 repetendas res , vel ob iniurias vindicandas , aut iustæ , aut
 necessariæ hellandi cum Moscho causæ : nunc verò tanto
 externo & propinquo ab hoste potentissimo imminentे
 metu , omnes in perpetuum sunt sibi pericula inimicitiæ ; ne ,
 quod olim ranæ ac muri certantibus accidit , vultur hic de-
 spectans , & rabido ore prædæ inhians , vtrumq; cerrato-
 rem aggrediatur , tamq; vietum , quam vietorem , dilaniet ,
 Hæc quidem omnia acri & prudenti iudicio excedentes .
 Equites nobilissimi ; omnem curam & cogitationem ve-
 stram in salutem ac dignitatem Reipub. defigite ; & quod

ipsa vis honesti suader, magna rerum utilitas exposita, ipsaq; necessitas à vobis extorquet, id maxime sequendum vobis statuit; vt ne post hac, si hæc occasio auolauerit, pro breui & insidiosa pace, perpetuis gemitibus ac ploratibus, cùm nihil profuerint, vniuersam Rempub. compleatis. Deum æternum precor, vt omnia consilia vestra sic moderetur, præsentq; suo numine gubernet; quo cuncta ad salutem & publicam tranquillitatem studia vestra conferatis: & ne nefatio ac scelesto dandæ sint certuices hosti, erudeleq; eius acceptandum Imperium, omni cura prouideatis. Dixi.

LAEVINI BULOVII EQV. AD SIGISMUNDVM III. Regem Poloniæ & Sueciæ

ORATIO,

Erenissime Rex, potentissime Princeps ac Domine, Domine Clementissime, Annus nunc labitur: cùm tibi in Suecia Consilium de rebus reæ componendis ex veterum prudentum monitis offerrem. Nunc cùm Legatione ad S. Cas. Maiestatem, ad quam ex Suecia à te allegatus fueram, feli- citer perfunctus, in Alalem ad Comitia Cracoviensia redierim; tractari comperio hanc momentosam & diffici- lem, liberationem; utrum ad societatem belli Turcici cum tuis accedere debeas: Itaque non potui hoc tempore in- termittere, quin eadem intentione, & fidelitatis & Iudicij studio, sententiam tibi meam testimonio veterū munitionis in scriptis exhiberem: minime equidem dubitans quod amplissimorum Ordinum fidelis prudentia tibi semper in hoc casu præsto esset futura; sed vt illorum dicta & tacta authoritate vetustatis confirmarem. Tuum est, hæc

mea studia debita & exoptata Clementia prosequi, aut hæc
pronon scriptis habere. Intricata & tot nodis implicata
est hæc quæstio: ut cum Magno Oratore Romano dicere
possis: Omnitò cum miseriō re nūquā accidit, tum
nec deliberatio quidem difficultior. Nihil enim constitui
potest, quod non incurrat in magnam aliquam difficulta-
tem. Est enim res profecto maxima: quid rectum sit,appa-
ret quid expediat, obscurum est. [Idem in Ep: 75.] Ego ve-
rò paucis mē expediam: & quā puto faniorē & Reip. cōdu-
cibilē, partē affirmatiuā suis rationib. tenebo. Quia autē vi-
am ferro aperit, teste Baldo qui per cōteraria vadit: partim
negatiuā inēdi sc̄ederis firmat imprimis: Quod in omnib.
actionib. humanis id de Iure. et facto impossibile habeatur
quod per virtutē fieri nō possit. Quia cū sit cōmunis & om-
nib. innata & cōmendata gentib. erga omnes etiam gentes
sine exceptiōne religionis & fidei æqnabiliter est admini-
stranda. [Arist: in Eth:] Quia propriū & præcipuum homi-
nis bonū: [Tacit: 4. Hist:] quæ sola quieta, tura & in potesta-
te sua consistit: omnia præter cā sobiecta fortunæ dominā-
ti: [Cornif: ad Her:] Examinanda est igitur & diligenter
discutienda causa: an talis sit, vt per virtutē & integra mē-
te te possis ingerere: [Tacit:] Idq; an ciuiū bono fieri pos-
sit. Nā moderatori Reip. beata ciuiū vita proposita est: [Ci:
de Rep:] vt ea opibus firma, copijs locuples, gloria ampla,
virtute honesta sit. Nec Rex eligitur, vt se se moliter curet,
aut nō necessarium bellum moueat: sed vt per ipsum iij qui
elegerunt, in pace bēnē beātē agant. [Xenop: in mem: So-
cr: lib:] Ergo omnib. persuade, te dies & noctes nihil aliud
agere, nihil curare: nisi vt tui ciues salvi liberici sint. [Ci: in
ep: fam:] Hoc deniq; animo sis, vt si in hæc cura & admini-
stratione vita tibi ponenda esset, præclare te cū aētū pu-
rāres. Etenim hac vna in re abit ille à Tyranno: Quod Tyrann-
nus suū ipsius cōmodū spectat & querit: a Rex subditō-
rū. [Arist: 5: Pol: C: 1 o.] Scias igitur, Serenissimè Rex, Cini-
um non seruitur ē tibi traditam, sed libertatis tutelam: nec
Rēmp, tuam esse, sed te Reipub: [Sen: de Clen:] Vatē audi,

Cic. in ep.
fam, 110.

Cic. off. 3.

Tu ciuem patremq; geras: tu c consule cunctis. Non tibi: nec tua te moueant, sed publica damna. Et hoc etiam propter nominis tui famam: Omnia enim facta dictaque Principis rumor excipit. [Sen. de Clement.] Etiam Regni firmitas sic policit: Quia vbi non est cura virtutis & officij, instabile Regnum est. [Senec.] Præcipue vero Iustitia stabilitur thronus: nihilque optabilius, quam magnitudinem suam iusticia tueri. [Tacit de moribus Germ.] Et ille Reipub. status firmus est, in quo & priuatim sancte innocentie viuit: & publicè Iusticia viget. [Polyb. lib. 6.] Meminerit ergo Princeps non solum quantum sibi commissum, sed etiam quatenus pernissum sit. [Cic. in Orat pro Rab.] Idque coniunctum est cum maxima gloria Dominantis: Fundamentum enim perpetuae commendationis & famae Iusticia est: sine qua nihil potest esse laudabile. [Cic. 3. off.] In hac ergo deliberatione descendere ad hanc: Illate docebit quid facere debeas: & an iustum sit, cum, qui te non oppugnat, ad arma formidolosa prouocare. [Cic. 3. off.] Et simul ante oculos pone: quod in humanis nihil clariori luce praefulgeat, quam recta fides in Principe & populo: [Justinian. in Cod.] Quæ sanctissimum humani pectoris bonum est. [Senec. Ep.] Nec villares vehementius Rempub: continet, quam fides. [Cic. 3. off.] Quia infirmatis violatisq; pacis tollitur inter homines commerciorum vsus. [Arist: Rhet: ad Theod: c. 1. 5.] Planè igitur perfidiosum & nefarium est, fidem frangere, quæ continet vitam [Cic. pro Q. Ross: com:] Nec audiendi qui Principum aures venenant: & suadent, ut omnia recta & honesta negligant, dummodo potentiam consequantur [Iast: Lyps. lib: 3. Polit:] & vetus illud usurpant, lus regnandi caula &c. [Cic. 3. off.] quod falsum & impium est: Nam fides nulla necessitate ad fallendum cogitur; nullo corruptitur praemio. [Senec: Epist.] Et si de data fide captiunculas & fraudes admittere velis: perfidos nunquam causa deficiet, cur pauci non stent: semperque aliquam fraudi speciem Iuris imponent [Liu: lib: 9.] Quia nulla causa est, quæ non specioso

cioso quadam titulo commendetur: [Sleid:] & nulla causa tam mala, quæ non suum Patronum inueniat. [Cic: in Orat.] In te verò Serenissime! Rex non cadat inconstans illius suspicio & norā: sed semper tibi directum quidam placeat ac simplex [Manut: in Ep:] Et potius Consilium vetus apud te valeat: quod habet, ijs qui in dignitate sunt turpius esse, fraude honesta circumuenire ac lèdere: quamvis aperta [Tucidid. lib. 4:] Nam quod non nulli sibi sumunt, Nullani esse fidem, quæ infideli data sit [Cic. 3. off.] malitiosè errant, & querunt labram periurio. Nam fides & perfidis præstanta est: [Amb. 2. de off.] etiam inter arma: Nam

optimus ille,

Militia cui postremum est primum, tueri,

Inter bella fidem. (Silius lib. 14:)

Ad hoc ergo respicite vos terrarum Domini:

— — — Neu rumpite fædera pacis,

Nec Regnis postferre fidem: (Id lib. 2:)

Sed porro cogitate non peierare timentes & diuinam ultionem & humanam infamiam. [Arist: Rhet: ad Alexan: C. 18.] Nam etsi quis

— — — Primo periuria celet,

Serà tamen tacitis pœna venit gradibus. (Tibull.)

Respiciatur ad exempla non longinquæ sed penè domestica & vicina: quid patrum nostrorum memoria acciderit in Liuonia & Hungaria: quibus nihil aliud exitio fuit, quam irata rupra fædera pacis. Nam Iuramentum tale vinculum est: ex quo non solum homini sed etiam ipsi Deo obligatio queritur: [VVeseb: in Para.] Qui ut nunquam iniurias est: ita quantum potest, iustissimus [Plat. in The.] Nec inspecto solum, quid rerum apud mortales geratur, dicatur, cogitetur aut omittatur (quæ sunt species peccatorum omnium) [Decret:] Sed Iudex idem ac vindictor [Iust. Lips: Politi: lib: 1:] Nam Salustio pro vero constat omnium mortalium vitam digno numine incisi: necq; bo-

54 ORATIONVM TURCICARVM
num neq; malum facinus cuiusquam pro nihilo haberi, sed
ex natura diversa præmia bonos malosq; sequi. [Ad Cæs:]
Ea etiam foedera, quæ antiquitatem habent & in remotissi-
ma tempora durarunt, temere violanda non sunt: exemplio
Augusti Cæs: qui sic olim ad Senatum: Positas semel leges &
foedera constanter seruare: nec quicquam immutare. Nā quæ
in suo statu eademq; manent: et si deteriora sio[n]t, tamē uti-
liora sunt Reip. his quæ per innovationem vel meliora in-
troducuntur. Non enim cōualescit planta quæ sibi strā-
fertur. Et scito, super omnibus negotijs melius atq; rectius
olim prouisum esse: & quæ converuntur, in deteriorius ple-
rumq; mutari. Ideo in minimis quoq; reb. omnia antiquæ
consuetadinis momenta seruanda. [Valer: Max: lib: 2.] Ete-
nī vides quantā vis in Rep. temporum si: quantā varietas
rerum quam incerti exitus: quam flexibiles hominū volun-
tates: quid insidiarum quid vanitatis in vita sit non dubito.

Apud Di-
lib. 2.
Sen. Epist.
Tacit. 15.
An.

Cic. in ep.
sam.
Curt. lib. 4.
Publ.
Bru. ad An-
ton.
Cic. in Phi-
lip.

Erasm. in
Colloq.
Curt lib. 7.
Iust. Lipl.
Euripid.
Salust. Lu-
gur.
Ibidem.
Thucidid.
Liu. lib. 3. 6.

quid cogites. Facilius enim est quædam invincere, quam tene-
re. Et fortunam citius reperias, quam reneas. Quare etiam
atq; etiam vide quid suscipias, quid sustinere possis. Cum
prauos conatus pravi plerūq; effetus sequi soleantur. Et sci-
as testudinem, ubi collecta in suum tegmen est, tutam ad
omnes iactus esse: At ubi exserit partes aliquas: quodcunq;
nudauit, obnoxium atq; infirmū habere. [Liu: lib. 3. 4.] Neq;
cupiditas & libido in malum in Rep. præcep[er] ac calamitosū
aliquid Iuris in hac re sibi vendicet. Nam quod cupiditati
placer, temporarium est: quod re & ratione geritur, per-
petuo durat. Stulti, qui concupiscunt, quod non capiunt.
Ex quibus efficitur, quod Princeps se nunquam implicare
debeat bello, nisi iusto & necessario. Etenim iniqua bellās
bella, saluus haud redit. Et veritate compertum est, omne
bellum sumi facile: ceterum agerrimè desinere: nec in eius-
dē potestate initium & finem esse. Quod incipere, cuius
etiam ignavo licet: deponi, cum victores velint. Itaq; si sa-
pis, quicquid præter opinionem evenire in bello potest,
priusquam ingrediaris, considera: Cum tuas fortunas, tum
viam fortunæ Martenq; communem propone animo. Quia
nisi quam minus, quam in bello, euentus responderet: & for-
tuna

tuna belli semper incipiti in loco est. Itaque quantumvis tu-
is opibus confidas, non debes certa pro incertis mutare. Salast. 115
Simul enim parca & sperata decora ynius horæ fortuna e-
uertere potest. Adde ad hæc mala, quæ necessaria in omni
bello, cuius non aduentus solum, sed etiam metus adfert
calamitatem. Quæ talia si rectè consideras: cogeris fa-
teri bellum etiam iustum detestandum esse. Ergo in hoc
casu locum habeat tutissima vox: Nec prouoces bella, nec
timeas. Quare si quid apud te charitas tuorum ciuium va-
let; eorum fortunas non debes velle conturbare. Nam ve-
rum Principis officium expressit, qui dixit: Malle se vnum
ciuem seruare quam mille hostes occidere. Eandem cu-
ram tibi commendatam habe: ut cum M. Tullio Patriam,
parentes, patriosq; Deos obtestari & de re gloriari possis:
te illorū cædum templorumq; causa, propter salutem tuo-
rum ciuium, quæ tibi semper fuit tua vita charior, dimica-
tionem cædemq; fugisse: & illud summoperè præcauisse,
ne te sciens prudensq; cōdimitteres, vnde exitum videris
nullum esse. Idq; beatius, quam suas alienasq; fortunas in
spem ac quietum reponere. Extat Asinij Pollio dictum
& factum memorabile: Nam rogante Cæsare ut secum ad
bellum Arianum proficisceretur; Ego (inquit) discrimi-
ni vestro me subtraham: & ero præda victoris. Quocirca &
illud attendendum, si præsenti periculo & te, & salutē tuo-
rum obijceres: tibi si ita oppressus esses, Remiq; publ: tecum
perderes, mortuo non solum honorem, sed misericordiam
quæq; defuturā. Circumspice ergo omnia mala, & non mo-
dò quod ante pedes est, sed etiā quid in futurū possit con-
tingere. Imprimis autem hoc fixū sit: Tantū contendere in
Rep. quantū probare tuis ciuibus possis: Vim neq; Paren-
tiq; patræ afferre oportere. Persona enim Principis non
solum animis sed etiā oculis seruire debet ciuium. Hic porro
non approbare solum, quæ pro hac parte dicta sunt, sed etiā
tibi si in contrariū inclinares, hoc modo magna ex parte ob-
lo qui videri possent. Gerut Germani bellū cū Turcā: faci-
ānt hoc suo Marte: min⁹ hæc ad nos: min⁹ ad vitæ nostræ di-
scrimen: min⁹ ad fortunarū nostrarū periculū ptingi. Illud
illud est capitale, illud formidolosū, illud optimo cuiq; me-

gur.

Aug. c. 252
Liu.Cic. Orati
Pro L. Mag-
nil.Aug. 19.
de Ciuit.
Plin. Pana-
ag.Sce. ad Ci.
Ad dicte-
rium An-
tonini.Pij Cæs.
Cic. pro
Lig.Seru. ad Ci.
Tacit. de
meribus
Germ.
Velleius.Lep. ad Ci.
Terent.Plato.
Ci. Philip. 8.Cic. aut in
Verr.

tuendum: [Port. Latr:] vt cum non satis præsidij ad pu-
 guandum cum valentioribus hostibus habere videantur:
 [Cic: in ep.] ne nos pessundent, & in eandē perniciem & rui-
 nam secum trahant. [Aul. Gell:] Cauendum ergo ne in nos
 id accidat quod dicitur: quærunt cum qua gente cadant.
 Quare si lapis Fatis accede Dijsq; & cole felices. [Lucan.]
 Nam quantum ad Hungariam, iamdudum res videtur esse
 desperata. Ergo in caducum parietem ne inclina. [Adrian:
 dicer:] Facile enim propellitur plaustrum, quod sua sponte
 tendit ad ruinam. [Erasm: in Colloq:] Et cum omnium
 oculis expositum sit: quam segniter & infelicitate hoc bel-
 lum superiori & state administratum sit: summæ dementiæ
 & temeritatis videri ab excitata & benè constituta fortuna
 ad inclinatam & propè iacentam desciscere: & in constantiæ
 collectam florentissimi ac potentissimi Principis gratiam
 leuiter profundere: [Cic: in ep. fam:] & ad causam desperatæ
 accedere: [Idem.] Sed etiam quod ad omnes casus subi-
 torum periculorum Regnum Poloniæ magis, quam cæteræ
 gentes, obiectum sit: [Cic: in epist.] Cum paucasint Mu-
 nimenta, quæ hostem ab ingressu possint arcere. [Veget:]
 Et si qui forte ab hac sententia discrepent: clamabunt non
 audiendos: nec facile in hoc casu cuivis consilio assenti-
 endum. Nam consilium à multis dari periculum paucos
 somere. [Tacit: 3. Historic:] Et uno aduerso iactu langue-
 fieri omnium studia: qui primò alacres fidem atq; animum
 ostentabant: [Id: 1. Historic:] Esse etiam in illo scèdere
 quasi quandam notam seruituris: [Cic: in Orat:] Popu-
 lum Polonicum à multis nunc seculis suis legibus vixisse:
 & hac libertatis prærogativa (retuta); vt nullis gentibus
 obligatus fuerit: eiusq; eiusmodi esse fortunas, vt suis viri-
 bus dignitatem suam possint defendere: vt nullum aduen-
 titium requiratur auxilium. [Cic: Orat: in Verr:] Nec quod
 Tartari subinde damna dederint, non ideo repente ad ar-
 ma deueniendum esse. Nam explorandum prius, an a-
 lijs rationibus damnum datum consequi possis: quia in
 cum qui satisfacere paratus est nefas bellum sumere. [Tu-
 cidiid.]

cidid.lib. 1.] Hæc etsi speciosa pro hac parte adducta sint: in contrarium tamen veritatem esse puto: eamq; partem à Deo Opt. Max. de cuius gloria agitur, incipiendam arbitror: siquidem

Nullius est felix conatus & utilis vnguam:

Consilium si non detg, iuuetg, Dous. (Erot. Dial. P.

Nihil enim ritè nihilq; prudenter homines sine Deorum immortalium ope, consilio, honore auspicari. [Plin : Panag:] Is porrò condidit hominem ad sui imaginem, & Religionis causa, & etiam hominis: [Cic. off. 2.] vt esset alteri per alterum occasio, & incitamentum virtutis & pietatis: [Trismog. Mercur:] Atq; eidem talem affectionem & charitatem ergasum conditorem impressit: vt reatum de Deo sensum & cultum semper etiam cum periculo vitæ & fortunarum studiosissimè defenderet. [Ambros:] Nam patrios ritus migrare aut violare, vbiq; gentium nefarium habetur. [Arist. Rhetic: ab Alex.] Et maiorum instituta tueri, sacris ceremonijsq; retinendis, sapientis est. [Cic. 2. de diuin.] Nam Iure ille à Dijs proximus habetur, per quæ Deorum Maiestas vendicatur. [Iustin. lib. 8.] Nihil enim esse in rebus humanis Religione præstantius: eamq; opertere summa vi defendi. [Lactant: lib. 5. Instit: C. 20.] Et vt nulla gens tam tera & barbara, quam non imbuerit Deorum opinio: [Cic: de Natiuit. Deor:] Sic nulla gens, quæ non semper suæ Religionis defensionem etiā cū periculo capit & fortunarum suscipiendam puret. [Plato.] Nam quod in Religionem committitur, in omnium fertur iniuriā. [Iustin. C. de hæret:] Hæc porrò Religionis causa communis & individua, & ab omnibus hominibus pari studio & fide defendenda & propaganda est: [Plin. Panag.) adeò, vt quod de toto, idem de qualibet eius parte iudiciū esse debeat. [Cic: in Top.] Et quamvis homo planè inertis & multis calamitatibus affectus præ cæteris animantibus, quæ Natura cum vngulis & dentibus ad sui defensionem muniuit, in lucem prodijr [Plin: hist. Natural:] duabus tamen rebus hunc defectum resarcuit & compleuit:

Ratione scilicet & hominum societate: [Cicer. Academ. quæstion.] quarum prima certas regulas, ac metus & ar-
ma ex ipsis Naturæ principijs inuenit: ut si vita nostra
in insidias, si in vim, si in retra latronum aut inimicorum
incidisset, omnis semper honesta ratio esset expedienda
salutis. [Cicero. Orat. pro Mil.] Altera, ut infirmus
& ad defendendum non satis instructus, alterius au-
xilio & defensione nützetur. [Cic. Tusc. quæstion.
3.] Hinc bella & societatis Iura ortum habuere: hinc
etiam istæ regulæ & circuli defensionis: quatenus
quis alterum ab impetu alterius defendere ac iuvare re-
natur: de quo in foto Romano multa extant disputa-
ta [L. C. in lege ut vim de Iust. & Iure.] & conclusa;
vt ille circulus defensionis in nullo catu verius, quam in
Religionis socio, locum habeat: qui cum sit voluntate
divina proximus: eum teneris diligere, sicut te ipsum: &
ab omni periculo defendere: idq; proper Deum & con-
scientiam. Caue ergo, ne quid contra Deum prætermittas.
Omnia enim prospera eveniunt colentibus Deos: ad-
uersa, spernentibus. [Liq. lib. 5.] Et viro bono hoc per-
petuo infixum esse debet, ne quidem transuersam vnguem
à recta conscientia discedere. [Cic. ad Att.] At subie-
ctum ergo quod attinet, constat Turcicum lacrocinium
ad deletionem Religionis, ad exitium Christianorum
populorum ac libertatum, destinatum: & ad eandem in-
tentionem præsens bellum crudeliter ab ipso suscepit
esse: Cui non solum resistere, sed etiam offensionis titulo
arma inferre liceat: Quippe cum homines in nullos magis
injurgere soleant: quam in eos, quos imperium in se affe-
ctate sentiscunt. [Xenoph. 1. Pædag.] Nam illud est non
solum iustum sed necessarium bellum: eum vi vis illata de-
sideratur. [Cicero. Orat. pro Mil.] Hoc enim ratio doctis,
& necessitas barbaris, & nos gentibus, & feris Naturæ i-
psa præscripsit: ut omnem semper vim, quacunque ope
possent, à corpore, à capite, à vita sua propulsarent:
[Cic.

[Cicer. ibid:] & non solum pro seipsis arma capere, sed etiam socijs ac viciniis iniuriam paſſis auxiliari. [Aristot. Rhet: ad Alexand:] Qui enim nec obſlit, ſi potest, iniuriæ: tam eſt in vitio, quam si parentes, aut Patriam, aut ſocios deferat: [Cic. i. off.] Quin etiam, hoc pium & Christianum eſt. Nam fortitudo quæ per bella tuetur à Barbaris Patriam, vel defendit infirmos, vel à latronibus ſocios: plena Iuſticia eſt. [Ambros. de off:] Quid enim eſt, quod conera vim ſine vi fieri poſſit? [Cic:] Et iuſtum bellum, quibus neceſſarium: & pia arma, quibus nulla niſi in armis relinquitur ipes: [Linius libro 9.] & grauiſſimi ſunt morsus irritiæ neceſſitatis. [Port. Latr:] Ergo vir bonus, quemcunque foſs tulerit caſum, ſubibit poriū cum ijs, qui dicentur eſſe boni: quam videatur à bonis diſſentire. [Cic: ad Att:] Et hoc in genere faciendum qſod pecudes: quæ diſpulæ, ſui generis ſequuntur gregem. [Cicer. ad Att.] Et hoc non tan-
tum ad deſenſionem, ſed etiam ad offenſionem: Nam ciuilitentia iniquitatis eripitur, viriliter vincitur. [Au-
gustinus Epistol. 5.] Et apud veros D E I cultores etiam illa bella peccata non ſunt: quæ non cupiditate aut crudelitate, ſed pacis studio geruntur: ut mali co-
érceantur, & boni ſubleuentur. [Augustinus libro de verb. Domini] Non potest ergo bellum non eſſe Iuſtissimum & neceſſarium in quo nihil aliud, quam pax, quæſitum videtur. [Cicer. offic. 1.] Nam ſapien-
tes pacis cauſa bellum gerunt: & laborem ſpe otij ſuſtent. [Salu. ad Cæſ.] Quocirca partes tuas ad hanc conſiderationem reuoca: quod duo iſti potentes ar-
mis nunc dimicaturi, nec vincere, nec vinci poſſint ſi-
ne tuo periculo. [Salu. in Epistol. Mitrid:] Et quod vix effugere queas, quin alterum aut ſocium habiturus ſis, aut hostem: & quod diſſicile ſit in hoc bello diſcerne-
re, cuius exitus oſtendit ab altera parte cædem, ab alte-
ra partē ſeruitutem. [Cic: in ep: fam:] Nam quod non

h h z nemo

nemo eam medium & tutissimam consilij viam, ut quiescas
 abstineasq; armis, ostendit: ea verò non media, sed nulla
 est. [Liu. lib. 32.] Quid enim aliud, quam nusquam gra-
 tia stabili, velut qui euentum expectanteris, ut fortunæ ap-
 plicares consilia tua, prædavictoris eris. [Ibid.] Vidimus
 & videbimus eos, quos ignavia aut praua calliditas, ut a-
 lienis laboribus tuti essent, armis abstinuit, acerbissimas
 peñias soluisse. [Sal. ep. Mitrid:] Periculosa est ergo in
 hoc casu securitas. Nemo enim celerius opprimitur,
 quam qui nihil timet: [Velleius lib. 2.] Et frequentissi-
 mum initium calamitatis securitas: [Ibid.] Quia sæpè in
 bello paruis momentis magni casus intercedunt: [Cæs. I.
 bellor; Clujl.] Et nihil tam leue est, quod non magnæ in-
 terdum rei momentum faciat. [Liu: 25.] Ex quibus effici-
 tur communis hæc regula: Nihil in bello oportere con-
 temni: [Æmil: Prob. in Thras:] Sicut nimia fiducia ma-
 gnæ calamitati esse solet. [Idem in Pelop.] Statuendum er-
 gò in communi periculo nos omnes versari: [Cic. in ep.
 fam.] huic occurrentum est fano consilio: quod ego cer-
 tè nullum aliud inuenio: quam ut te cum defensione liber-
 tatis Christianorum populorum, & cum autoritate Ro-
 mani Imperij coniungas. [Cic. Ibid.] Et si in eam partem
 propendes: consequens est, quod duo contraria in eodem
 subiecto non possint subsistere: [Arist.] Sed ut te seiun-
 gas ab ijs, cum quibus te & antecessores tuos, non tam
 iudicium quam necessitas Reipub. & temporum vincula
 coniunxerunt. [Cic. in epist.] Hoc verò tempore alia est
 rerum facies, & talis occasio: ut rem potiorem orationem
 ducere; nihilq; si sentis expedire, rectè fieri credere de-
 beas: nullam communionem cum improbis esse posse.
 [Cic. in Verr.] Sed ita habe: communis est causa: commu-
 ne periculum: communi præsidio talis improbitas tan-
 quā aliquod incendium restinguenda est. [Port. lat. in Ca-
 til.] Quare proponite vobis ante oculos & meditatione
 crebra reuolute diem istum nefarium & funestum: si quan-
 do salus omnium ciuium uestrorum peritura esset: [Port:
 lat: in

lat: in Cat:] Si nunc deseratis Christianitatem , quid hoc rerumeuentu vobis exspectandum sit: Nempe ut neminem alium , si res in eum casum ceciderit , quam fortunas vestras accusare possitis. [Cic: Orat:in Verr.] Itaque non debetis aut propriam fortunam & praecipuam postulare , aut communem recusare : [Cic: in ep: fam.] vestriga adeo auxilijs est huic expeditioni , quasi in aliqua pernicioſiſſima flamina & in communi incendio , subuenire [Port: Latr:] Conſcendite ergo , & quidem ad puppim : una uavis est bonorum omnium: quam quidem omnes alij Principes Christiani dant operam ut retam teneant (utinam proſpero cursu.) [Cic:] Cogitetisque quot miseri homines Christiani sub Turcico iugo degentes , ardentissimis votis & querelis a Deo Opt. Max. auxiliū vestrū iuxta alios Principes implorant : quas illorum querimonias & preces per Deos immortales nolite aspernari: nolite negligere: aguntur iniuriae ſociorum : agitur de religione : agitur de poſſeſſione perpetuæ libertatis. [Cic.] Quæ res cogit huic tanto incendio succurrere omnes , qui imperium aut no- men libertatis ſaluum eſſe velint. [Cic:] Adde quod æterna gloria ab hac via : nec uilla re propius homines ad Deum accedunt , quam ſalutem hominibus dando. [Cic: pro Ligar:] Et ad perpetuam ſui nominis gloriam Principes potiſſimum debent laborare : Cæteris quidem mortalium in eo ſtare conſilia , quid ſibi conducere arbitrentur : at Principum diuersam eſſe ſortem : quibus praecipua rerum ſtudia ad famam dirigenda ; [Tacit: 4. Annal.] iſſeq; vnum hoc infatiabiliter parandum : ut proſperam ſui nominis memoria in posteritat̄ commendent . Nam contempiu famæ contemni virtutes certum eſt. [Tacit: ibid:] Vnus autem eſt hoc praefertim tempore per tot annos Reipub: Christianæ deuexatae bene gerendæ curſus ad gloriam. [Cic:] Itaque te non hortor ſolum , ſed planè oro : ut tota mente omnique animi impetu in Reipub. incumbas. Nihil enim eſt quod tibi maiori fructui gloriaque eſſe poſſit. Nee quicquam ex omnibus rebus humanis eſt praclarius aut

præstantius: quam in præsenti occasione de Repub. bene
 mereri. Adhuc enim patitur sua summa Clementia & sa-
 pientia me, quid sentiam, libere dicere: Fortuna suffra-
 gante videris res maximas cōsecutus: quod quanquam si-
 ne virtutis spe non potuisses: tamen ex maxima parte ea,
 quæ es adeptus, fortunæ temporibusq; tribuntur: His
 temporibus difficultimis Rep: quicquid subvenieris: id erit
 tuum ac proprium tuum. [Cic: in ep.] Necq; hoc tibi mai-
 ius onus aut periculosius videri debet, quam ut tuto ag-
 gredi possis. Nam veritate & veritate tritum est: ad o-
 mnes rerum euentus periculo iustum causam non exposi-
 tam esse: [Iust:] & quicquid recta conscientia geritur, in
 tuto consistere. [Cyprian:] Ergo si partes tui officijs ex-
 aminaueris: fortunam debes contemnere: [Liu: 1.] quæ
 et si magnam potestatem in rebus humanis habeat: [Sa-
 lust:] Tamen aduersus virtutem hoc potest, quod aduersus
 Solem Nebula potest. [Senec: Ep:] Quia bene sentire re-
 que facere satis est ad bene beateq; viuendum. [Plato.] Idē
 in bellis, quamvis multi sub iusto clypeo pereant: [Guilel:
 in Specul:] plerumq; tamen euentus belli, velut & quae In-
 dex, unde Ius stabat, ei victoriam dedit: [Liu: 21.] & id
 quod summa ratione gestum est, fortuna sequitur. [Liu:
 2.] Et Turicum Imperium quod ad ruinam tendat mo-
 neor quod 290. annis transierunt: ex quo Ottomannus
 filius Zschi tenui conditio[n]e hominis potentia & viribus
 excellere cœpit tempore Cæsaris Alberti Austraci: qui
 Cæsaris Rudolphi filius erat: quod tempus propemodum
 dimidium est de quingentorum annorum periodo: qua
 se ferè Regnum limites & metas circumscriptas esse histo-
 riæ testantur. [Peue, in Chron:] Constat vero ex histo-
 riæ notatis, in ijs Regnis, quæ successionem habent
 hereditariam, paternas aut dignitates aut felicitates ta-
 rto ultra quintum eadem prosperitate perdurare. [Peue:
 ibid:] Cui & adstipulatur id, quod Imperium scelere quæ-
 situm non possit esse diuturnum. [Curtius.] Nam à pri-
 mordio

mordio tituli posterior formature cventus. [Topic:lex.] Notum est autem, quod circa Annū Christi 1300. Turci ab Imperatoribus Constantinopolitanis euocati & reducti sunt in Europam, ad cumultantes Bulgarios compescendos: eosq; captos fertilitate & amonitatem Thracia, consecro bello, possessionem eiusterræ per vim ac crudelitatem occupasse. Sicut nec illud, quod motu & odio geritur stabile ac diuturnum est. [Cic. 2. off.] Nam in eiusmodi casu captatur occasio: & qui non tantum opibus valent: nescio quam rāmen fortunam ac tempus expedient: [Cic: Ora: de Arusp:] & inclusum & depressum illud odium repente appetit: [Cic. ad Lent. in ep. fam:] etiam cum rabie, si supra modum odia creuerunt: [Sen. de Clement.] adeò ut multorū odijs nullæ opes resistere possint. [Cic. 2. off.] Tam multis enim periculis pteris, quām multis ipse periculum es: [Sen. 1. de Clen:] Idēo magis, si vires aliquantum labascere cœperint: Nam prosperis tuis rebus certaturi ad obsequium, fortunam ex aduerso omnes derrebant. [Tacit. . . historic.] Tantus dolor animos hominū occupauit desiderio libertatis, odioq; diutinae seruitutis: [Cic. in ep. fam,] vt aliquando otiosa libertate fruantur. [Ibide.] Proinde Turcica potentia respectu gentis, & origine sua non est (si Tarratos amoveas) vscq; adeò latè diffusa, vt eam timere debeas: cùm reliquæ gentes, quæ patent eius Imperio, maxima ex parte communem Christianæ Religionis professionem retineant: & sua vota nobiscum coniungant. Non ergo temoneat fortuna quæ caduca & fragilis est: quia quos diu est prosecuta, repente velut defatigata destituit. [Velleius] solumq; quos plusimis beneficijs ornauit, ad duriorem casum reseruare. [Cæs. 3. Bell.] Nam quas

— — — Pater optimus extulit iras,

Has tandem renovans dira grauitate rependit. (Tycho.)

Nec moveat te multitudo & numeros militum: Sed scito non vires eum habere, sed pondus: [Sen. de benef. 3. . .]

Et

Et esse impedimentum maius, quam auxilium. [Liu. 9.]
 Nam manibus opus est in bello, non multis nominibus:
 [Synes: ep. 79.] quoniam in omni conflictu non tam pro-
 dest multitudo, quam virtus. [Veget: l. c. 8.] Etiam in
 multis Legionibus pauci sunt, qui prælia profligant [Ta-
 cit: 14. An:] & si fata nolent, opes & exercitus nihil iuuant.
 An nescis magnas arbores diu crescere, vna hora extirpari. [Curt: lib: 7.] Et nihil tam firmum est, cui periculum
 non sit ab inualido. [Ibidem.] Taceo vaticinia de interi-
 tu Turcici Imperij passim ab ipsa antiquitate edita, & ad
 nostram ætatem perducta: ut est Monachi Constantino-
 politani Laurentij Minitatensis Astrologi, Chron. Magd.
 Abbatis Ioachimi, & si quæ sunt alia, quibus ego tamen
 non tantoperè confido: Scio enim quod otiosi homines
 nonnunquam soleant eiusmodi commentis ludere stultici-
 am populi. Ex alijs autem hoc vnum liber recitat, quod
 habet: Excitabitur Cæsar, perinde ac homo dulci sopore
 correptus è somno: hic reputabitur ab hominibus velut
 mortuus: & ascendet super mare magnū: & inuadet Turcas
 & vincet eos: vxores & liberos eorum ducet captiuos: In-
 gens metus & terror magnus obruet Turcas. Mulieres &
 pueri eorum lamentabuntur, & querelas effundent &c. de
 cuius existimatione & fide iudicent alij. Hoc saltem postre-
 mò me mouet: quod ex vero vaticinio Danielis, qui in
 rerum euentis nunquā sefellit, quiq; omni exceptione ma-
 ior est, ultima Romanorum Monarchia ad finem mundi
 durare debeat: [Dan. c. 8.] Vnde necessariò consequitur,
 quod Turca vincere ac subiugare non possit. Siquidem
 teste Manilio,

Fata regunt orbem, certa stant omnia lege.

Cum autem nihilominus vnaersa quasi Imperij summa in
 propinquum adducta discrimen est: [Cic. in ep.] Creden-
 dum tamen quod Deus Opt. Max. contra prædestinatam
 rerum seriem non sit permitturus, vt ulterius progredia-
 tur: Sed pro consuetudine veteri, cum abesse putatur lon-
 gius, & destituisse nos in medijs calamitatibus: aderit pro-
 ximus

ximus laborantibus: & reprobos ex miserrimo statu collo-
cabit in Solio Regum: [Manut:] & istum latronem ex suo
cursu deiciet: [Sen. Ep. 1.] idq; propter sui nominis glo-
riam & Christianæ Reipub. salutem. Sed hic subsiste pa-
rum & attende,

Dat bona cuncta Deus, sed non per cornua taurum.

Non enim votis neq; supplicijs muliebrisbus auxilia Deo-
rum parantur: vigilando, agendo prosperè omnia cedunt.
[Salust. Catil.] Neq; putandum nihil agenti in sinum de-
cœlo deuolaturam victoriam esse. [Liu: 7.] Etenim Dij
bona laboribus vendunt. [Vt est Græc. adag.] Et hac men-
te verum Deum fortioribus adesse: [Tacit. 4. Hist.] Qui
etiam propter te non descendenter de cœlo: sed tibi dent
mentem, oportet ut prohibeas. [Liu. 6.] Atq; hæc omnis
eò pertinet oratio: ne ad auxilium Christianitatis nudus
cum bona voluntate, sed cum facultatibus accedas. [C. i.
in Ep.] Proinde fac: tantum animum habeas, tantumque
apparatum: quanto opus est ad vniuersam Rempub. de-
fendendam. [Cic. ibid.] Idq; tibi tanto facilius fuerit si
ista consilia superioribus temporibus ad eandem intentio-
nem contra Turcam tractata, & recepta ad præsentem
statum accommodaueris. De vtili & bono quæ hinc indè
ad ornamenta & commodo tua propria Regniq; mana-
bunt, facilis est resolutio: si pro certo statueris, benefa-
ciendum esse sine spe præmij. [August:] quæ tamen non
potest amplior & fructuosior dici: quam ipsa gloria tui
nominis memoria: quam omnis posteritas excipiet & ce-
lebrabit. [Cic. in Orat: pro M. Marcello.] Dehinc societa-
te foederis Regnum teq; firmabis: quia præcipuum Princi-
pis opus est, amicos parare. [Plin: Panag:] Nullum enim
maius boni Imperij instrumentū, quam boni amici. [Ibid.]
Regibus Rex hoc crede illi Africano: Non exercitus neq;
thesauri præsidia Regni sunt, verum amici. [Aug. apud Sal-
lust. Iugur:] Itemq; huic Medo: Non aureum istud sceptru
est, quod Regnum custodit, sed copia amicorum: ea Regi-
bus sceptrum est verissimum tutissimumq;. [Cyrus apud

Xenophon. lib. 8.] Sed tamen quia plerisque Regibus una
 & ea verus causa bellandi est, profunda cupido Imperij, &
 diuinitarum: [Salust. in frag.] & maximam gloriam in ma-
 ximo Imperio putant: [Idem in Catil.] atque id in magnis
 animis plerumque contingit. [Cic. off. 1.] Etenim sua reti-
 nere, priuatæ domus; de alienis certare, Regiam laudem
 esse; [Tacit. 15. An.] & ut Cæsar Augustus dixit, Prælium
 aut bellum nunquam suscipiendum: nisi cum maior emo-
 lumenti spes, quam damni metus ostendatur. [Suet. c. 25.]
 Idque inualuit quasi apud omnes: Quoniam secundum Poë-
 tam,

Vulgus amicitias utilitate probat.

Tantò minus in hoc studio reprehendendus: Nec spes te-
 fallet, cum ipsa causa emolumentum & augmentum Re-
 gni in præmium victoriae amplissimum contineat: quod
 per hanc societatem quasi manibus attingis: paulum si te
 incitaueris, apprehendes. Nam offertur per hoc bellum
 occupanti in prædam dominium ab ea parte incipiendo:
 ubi Danubius sese in mare exonerat: & omnis iste trajectus,
 qui est ad Pontum Euxinum: Taurica etiam (ubi adhuc di-
 cuntur esse reliquæ Goticæ gentis). & omnis æger, qui est
 inter Pontum Euxinum & Mare Caipium, usq; ad fines A-
 siae: A Mari Caspio etiam ad magnum istum fluvium Vol-
 eka, qui olim Rha dictus est: & inde usq; ad fines Moscho-
 niae. Hunc districum, quem Natura certis limitibus & per-
 petuis aquarum diuortijs distinxit ac circumscriptis: atque
 nunc quadam ex parte huic tuo Regno finitimum feci-
 tutibi per pactum cum ea conditione vindicare poteris:
 ut si contingerer Hungariam, Bulgariam, Thraciam, Græ-
 ciam tuo auxilio liberari: vicissim Christiani Principes
 tenerentur, communi præsidio Tartaros & Cosacos ex
 ipsis suis sedibus ejscere: eaque terram tibi Regnoque
 tuo in præmium belli applicare, & securam reddere: &
 sic quod iure belli acquisitum esset, quodque proprijs
 copijs

copijs & opibus tenere vix possitis : id sociorum fidelitate & auxilio tenere ac conservare possitis [Cicero in Epistol.] Taceo de dominio Maris in Ponto ; idque si rebus tuis expedire cognoveris , per presentem occasionem tibi posses referuare & appropriare . Addo etiam illud , quod si ex Mari Mediterraneano secura nauigatio in Pontum Euxinum detur : illa ipsa classis nauticalis , & omne instrumentum Nauticum , quod in tuo Regno Sueciz paratum habes , possit tibi ad pacandum , & acquirendum , & obtinendum illud mare usui esse : Siquidem nostra memoria ex Mari Baltico per Oceanum in mediterraneum & usq[ue] adeo in Mare Adriaticum solennis nauigatio recepta & inuenta : eadem etiam facilitate per Archipelagum in Pontum Euxinum traiici potest . Quae omnia si tecum consideras , & si id quod ratione perspicuum est , evenire potest : cogeris fateri hanc rem cum tua maxima gloria & emolumento publico tuae Dominationis , quae ex Septentrione per tot terrarum spacia in meridiem ad fines Asiae extenditur , & possessionem Mari Baltici & Ponti continet , coniunctam esse . Sed tantum summa hic circumspectio & prudentia opus est : ne precipitanter quid agas & incipias . Nam est ad omnem temeritatis vituperationem repentinus impetus : ad veritatis & officij metam lenta progressio . [Sturm.] Et scias , Consilia calida & audacia , prima specie late , tractatu dura , euentu tristia esse [Tucid. libro primo] & cautis , quam actionibus Consilijs potentiam tutius haberi . [Tacit. 11. Ann] Et id summo pericula causas ne dum ad culmen venire contendis , una cum ipsis ramis , quos comprehendisti , decidas : [Curtius lib. 7.] Quia in tali casu oportet Principem respicere magis , quam prospicere . [Plutarchus] Bellorum enim dilecta emendationem non recipiunt . [Cat. apud Veger.] Et suam quisq[ue] fortunam in consilio habeat , qui de aliena deliberat . [Curt. lib. 4.] Non autem ego , ut nihil agatur ,

agatur, moneo: Sed ut agentem te ratio ducat, non fortuna. [Liu: 22.] Consilio ergo opus est: quia omnium temporum euentus docebit, & docuit: plura in summa fortuna auspicijs & consilijs, quam telis & manibus geri: [Tacit: 8. An:] & multa quæ natura impedita sunt, consilio expediri. [Liu: 40.] Quod ego tibi in hac causa fideli-
ter suggero: & pro regula pono, quod omnia prius tentare, quam armis experiri sapientem decet. [Terent:] Et o-
mnes qui de bello deliberant, id attendere debent, liceat
tum ne pacem agere: [Salust:] cum sit melius, quavis tu-
ta conditione pacem accipere: quam viribus cum valen-
tiore certare. [Cic: lib: 5. ep. 21.] Cauendumque ne pacem
contemnens, & gloriam appetens, pacem perdas & glori-
am. [Bernh. in epistola] Et melior tutiorque est certa pax,
quam sperata victoria: Illa quippe in tua, haec in Deorum
manu est. [Liu. 30.] Talem ergo te etiam ostende: ut o-
mnes intelligent, ex his miserijs nihil aliud te querere,
quam pacem: ea desperata, nihil tam fugisse, quam ar-
ma ciuilia: [Cic. in ep. fam:] & ut de te cum eodem M.
Tullio prædicare possis: Cum causa belli suborta est: quid
ego prætermisi aut monitorum, aut querelarum: cum
vel iniquissimam pacem iustissimo bello anteferrem? [Ibid.
in Epistol.] Legatos ergo in Hungariam (Nam in Turci-
cam ditionem mittere, & sub illius potestate transigere
periculosum esse iudico) primo quoque tempore mitten-
dos censeo: qui authoritate tua de pace agant: simul da-
mma data à Tartaris repeatant: & per hanc occasionem Po-
dolianam & totum Regnum à crebris istis incursionibus li-
berent, atque in tuto constituant: quique desperata pace bel-
lum denuncient. Interim valeat haec Lampridiij Regula:
Qui desperat pacem, præparet bellum: [In Alex: 2.] Quod
Deus Opr. Max: velit fortunare: quietiam faxit, ut consi-
lia haec Reip. salutaria sint, ac tibi: sin minus: ut salua-
tis honesta Republica tibi quam minimum
noceant. [Cic. in Epist.]

DE TRANSITV TAR=
TARORVM PER POCVTIAM
Anni M. D. XCIII. Episto-
la:

*Ad Illustriss. & Reuerendiss. Dominum
Cynthium, S. R. E. Tit. S. Georgij
Cardinalem Aldobrandinum, ab Illustr.
Domino Ioan. de Zamoscio, Regni Po-
loniae supremo Cancellario, & exer-
cituum Doctore Generali
missa.*

Illustrissime & Reuerendissime
Domine,

PO EO loco, quo apud S. D. N. Illustrissima
D. V. est, proq[ue] eius in me benevolentia, nul-
la res maior hic est, quam ad rem Christianam
pertinere putem: de qua non meis literis cer-
tiorē Illustriss. D. V. faciendam mihi statuam. Atq[ue] optarē
sanèlætiore aliquo nuntio impertiri me Illustriss. D. V.
posse; sed cùm omnia, quæ ab aliena seu diuina potius
voluntate pendent, optare quidem, & pro virili, vt quām
optimè cadant, elaborare possimus; non raro autem ali-
ter cadant, quām vel optamus, vel speramus: eius nunc
rei nuntium perscribere Illustriss. D. V. cogor: quæ, quem

alijs dolorem afferat nescio; mihi certe vitam acerbam facit. Tartari igitur, cum omnium ferè animis ab expectatione eorum auersis, nauigijs à Turcarum Tyranno numerosissimis eis subministratis, solito traiectu relicto, in ipso ostio properè Botyshenem traieciissent; mox Nestro etiam ad Thehinam supra Moncastrum Turcicæ ditionis transmisso; inde superiore via, qna Solymanniano bello vñ fuerant, versus Taurinum rectâ ituros, & ipsi præse tulissent, & ex Valachia nunciaretur; subito per Valachiam itinere conuerso, primū per oram quandam finium regai, deinde Transyluanicæ ditionis in Vngariam penetrarunt: ita autem perruperunt; ut quamvis paruæ omnino vires parataæ essent; quibus numerofissimus barbarorum exercitus remorari posset; magis tamen ferè fuga, aut similis fugæ præfectio eorum; quam paucitas nostra, summo pugnandi ardore incensa, præliam eximeret. Ad quam quidem totam rem, nihil in commodius ferè accidisse mihi videtur: quam quod ante discessum regium, seu ante proxima potius Comitia, de periculo, quod à paganis expeñandum esset, nihil cum Mai. Regiæ communicatum fuerit; atq; ita in tempore & periculo illi obuiam iri; & quo illud propulsaretur, iustus exercitus comparari non potuerit. Cūm enim de communicatione belli huius primū post discessum regium, rebus Siseccano prælio iam exasperatis, & spe pacis præcisa, aliqui ex Senatoribus appellati fuisserent; accidit, ut neque à Regia Maiestate mature rebus ijs occurri potuerit; de quibus ante discessum saum nesciuisset, & illa absente, ne vel omnium ordinum conuentus turò haberet, vel ut maximè habitus fuisse, quicquam de huiusmodi rebus statui posset, veteremur. Quod quidem vel apud ipsum nuntium Cæsarez Maiestatis iam hyeme non dissimilui: responsumq; quod illi tum dederam, cūm ad Sereniss. Regem in Sueciam, tum ad Sereniss. Reginam viduam Varsouiam, ad Illustriss. etiam Cardinalem Radivilum, aliquique nonnullos Senatores, ijsdem verbis, quibus

bus id dederam, mox perscripti. Cum enim ut alios Se-
natores, ita me quoq; nomine Cæsarea Maiestatis appel-
lasset; & difficultatem conuentum indicendorum, & ad
huiusmodi res sciscendas, ipsa Regia Maiestate præsente
opus esse, multis ei iam tum demonstravi: Ad Tartaros
vero, quod pertineret, respondi; posse eos ea via, qua So-
lymanno Sigelum obsidente, vii tuissent, itinere à regni
finibus diuerso & remoto, in Vngariam peruenire: quam
ob causam cum Mosco potius communicandum Cæsareæ
Maiestati me putare; ut in Tartaros intentus esset: cum
præsertim nobis etiam, si auxiliij quid Christianis ferre de-
beremus, ita domo proficendum esset; ut à Tartaris
securi essemus. Si per nostros fines nihilominus per-
rumpere vellent; cum id sine damno & iniuria nostra fu-
turm non esset; rem ipsam, prohibendi eos, vitiumque
possemus, necessitatem nobis imposituram ostendi: mi-
lititem tamen exiguum admodum iam esse: cum omnis ra-
tio grauioris periculi propulsandi, ad publicam ferè ex-
peditionem in Comitijs relata esset: quæ contra tantā ho-
stis eius celeritatem non satis certè expedita est; Verisi-
milius tamen viderimihi dixi, si in Vngariam ituri essent,
per Turcicam ditionem ituros; quò recentiores ad bel-
lum venirent; cum omnis bellandi eorum ratio in celeri-
tate ferè consistat. In omnem certè euentum non ma-
ior ordinario numerus equitum scriptos fuerat; qui pro
more contra subitas hostium excusiones excubarent.
Hisce partim viæ, quæ diuersæ sunt, obsidenda; partim
debellandus hostis fuerat; qui celeritate sineulla contro-
uersia facile omnibus gentibus præstat; numero autem
non multis; audacia & robore corporis, nulli impar est.
Dux omnino rationes excludendi eius erant: una, ut vel
in parentibus campis illi occurreretur: altera, ut viæ o-
mnes, quæ per montes ducunt, insiderentur. Prælio nulla
parte hosti paret, cum tantis hostium copijs, q[ua]ntæ Tar-
taricæ sunt, ex quo in loco decernere, cuius rationis sit,
quilibet facile iudicare potest. Reliquum erat, ut vel
vnius

vnius viæ, qua iturus putabatur; aut cùm plures sint, omnium angustiæ occuparentur: quorum illud, si in aliam viam deinde se conuertisset, eludere in ipsius omnino potestate esset; hoc autem non modò sine ullo fructu, verum præsentissimo etiam cum periculo futurum, cùm copiæ per se exiguae in plures minoresq; partes distractæ, ne unum quidem impetum tanti exercitus sustinere potuissent. Non minus ad hæc incommodum accedebat, quod cùm superiorum, tūm proximorum etiam Comitiorum constitutione, certus locus versus Borysthenem designatus fuerat: in quo copiæ in statuis haberentur: hostis autem diuersa & breuiore longè via per Valachiam in fines regni irruperit. Cùm tamē iam sub initium ferè quadragesimæ de consilio hostium aliquid inaudiuisse: mox cùm ad alios passim, tūm maximè ad Senatores literis datis certiores de eo illos feci; cùm sigillatim plerosq; tūm coniunctim eos, qui Varsaviæ ad audiendum Czausium conuenerant: verum omnibus ferè, ut non negligendum periculum videbatur; ita omnium ordinum, absente Rege, conuentus habendi difficultas obstabat: Interim verò hoste morante, vt fieri solet, ab alijs contemni periculum cœpit: ab alijs ne credi quidem: quidam etiam aliter diligentiam meam interpretari. Quæ securitas non parum deinde, cùm à Valacho, in animis hominum confirmata fuit; tūm ab ipso Tyranno Turcarum, quorum ille, cùm aduentum Tartarorum ipse antea denunciasset; posteä literis Turcæ quibus in Taurinensi viam commatum pro Tartaro illi imperabat, inductus: Camenetiā dimissis, alia via, qua superioribus bellis in Vngariam iuerant, Tartaros ituros nunciabat: & tanquam omnia pacata iam essent, ad nundinas oppidorum suorum ex vicina Podolia & Russia homines inuitabat. Ad Turcam verò cùm sub discessum regium nuntius missus esset, qui, quid absente rege expectandum nobis ab illo esset, exploraret; simulq; de Tartarorum iniurijs quereretur: ita eum dimiserat; vt nihil omnino vel a se, vel à Tartaris hostile

nos

nos exspectare debere prolixè promitteret. Ego tamen, cùm priuatum militem, quem meis stipendijs alio, instrumentumq; bellicum, iam primis quadragesimæ temporibus nihilominus in vicinis locis reliqui; vt, cùm primum certi aliquid de aduentu hostium cognouissem, ipse ad eos aduolare; tum publicum militem, quò ad potui, ijsdem in locis moratus fui. Sub exitum Iunij, cùm hostis morantis aduentus iam frustrè expectari putaretur: Castellanus Leopoliensis, campestris militæ præfetus: partim conuitijs nobilitatis eorum locorum, grauem sibi militem querentis, partim sciti comitalis autoritate adactus: versus Borysthenem, quemadmodum in comitijs constitutum fuerat, mandatis ea de re à me non exspectatis, militem promovit. Interim Tartarum Valachiam iam ingressum, ac maximis itineribus ad fines regni contendere diuersis nuntijs ad me perfertur. Magnam spem habebam, fore, vt partim in Valachia mox aliquid ei obijceretur; partim arboribus deiecis, vijsq; per quas iturus esset, obstructis, impetus eius nonnihil retardaretur: qua de re iam multò & antè, & postea hoste aduentante non solum cum nostris, verum vicinis etiam, literis ea de re ad illos datis, partim ipse, partim per alios communicaueram; atque ita non modò adipisci nos hostem posse sperabam: verum paruis etiam copijs inter montes & viarum angustias rem contra eum gerere. Itaq; literis ad exercitum & nobilitatem, quibus ad arma eam conuocabam, mox dimissis; ipse priuatis tantum copiolis meis, quas (quemadmodum supra demonstravi) in vicinioribus Vngaria locis, per quas iturus hostis putabatur, reliqueram; tormentisq; bellicis campetri usq; aptis ibidem versus hostes apprehens contendi: qui interim nullo in Valachia impedimento obiecto; ab ingessu in Valachiam tertio die in fines regni percurrit indeq; prioribus uno aq; altero diebus, leterioribus aliquanto itineribus contendit; quò & per incendijs terrore circumdato ancipites animos hominum dispergat; & equos recreare; vt postquam ad mon-

tes peruenisset, tanto magis celeritatem illorum incitare posset. Præ cæteris in meorum necessariorum possessiones maximè sevire instituit. Præter alios iaprimis Haliciam, Palatini Belzensis, affinis mei, præfecturam, oppidum immunitum, non modò exussit: verùm, cùm eodem in loco ipsum Palatinum in arce lignea esse cognouisset, qui eam expugnarent incenderentque, summisit: quibus strenue reiectis, nulla vltiore mora interposita, vltorius progressus, simili odio Kalussam Præfecti Campestris, consanguinei mei, territoriumq; eius ferè omne, ex instituto exussit. Erat in exercitu eius turma equitum Turcicorum, quibus Czausius præterat, quasi custos inspectorque illi additus. Cùm superiore bello Solymanniano in Vngariam Tartarus iret: à Thehina oppido, per oram Moldauæ recta versus Albam Græcam, seu Taurinum, quæ Turcici imperij in Vngaria est, contendit. Cùm tamen per regni huius fines eum icurum perlatum ad me esset; propterea hoc itinere illum euocatum suspicari cœperam; vt cùm hyeme iam obfessuri Christiani Hatuanum dicerentur; qui autem frigus & incommoda hyemis ferre possent, præter Tartaros, ex alijs gentibus nullos ferè Turca habeant; illis immissis, Christianorum copias distineret: eandemq; ob causam, postea & state etiam non sine cura transitus eius esse desinham; quod id consilium Turcæ esse verebar; vt omni parte Vngariæ, qui intra fines nostros & Danubium est, per Tartarum vastata; cùm hanc incendijs & populationibus deleisset; eò fæcilius Transdanubianos etiam in potestatem redigeret. Nunc cùm hoc solum ferè itinere hoc assequutus esse videatur, vt ad exercitum Turcicum perueniret; quid consilij fecutus sit, vt illa relicta per Poloniæ & Transylvaniæ fines non sine periculo, certo autem cum detrimento, & vexatione exercitus, ire maluerit, non satis assequor. Illius enim commodum, seu Christianitatis incommodum si spectemus; et si Tauriensis via longior sit; quod tamen per pacata vbiq; iter illi sit; hoc cæteris ei præstat; vt partim sine periculo villo; partim

tim quod nullo periculo urgente, pro arbitrio suo moderari id possit; integris equis, in quibus omne robur eius est, ad locum perueniat. Nunc cum summa celeritate, viaq; impeditiore, perrumpendum illi fuerit; attritis defatigatisq; aut certe non satis integris equis illum evasisse, vel id argumento esse potest: quod ut primū in plana Vngaria ex montibus penetrasset; neq; agmina villa ad populationes faciendas, quoquo versu longius more suo dimiserit; & recta ferè ad exercitu Turcicū, quanta maxima potuit, celeritate uno agmine contendit. Paulò ante aduentū ipsius, manu aliqua in finibus saecula, villas aliquot Turcicas Cosaci exuellerant. An igitur hac re irritatus, ad vindicandas quasi iniurias hasce illotum iter hoc conuerterit: siue etiā à Sinnen Bassa in odium amuli eius Ferat Bassa, qui natiū Regium cū eo, quod suprà demonstratum est, responso ex porta dimiserat; vel ob Hatuani obsidionem soluendam, quæ tamen, cū Vngariā peruenit, soluta sā fuerat, hoc itinere ire iussus fuerit, coniçere non possum. Per Polonię quidē fines perrupturo, et si plures viæ propositæ sint; propinquiores tamē tres ferè. Una latior aliquātō, quā cæteræ, atq; ob id cōmodior; quod verò frequentissimis pagis maximè culta sit, ob prædā etiā maximè hosti expetenda, per Saboriā altera iuxta Striū flumē; quæ vtracq; Mukaciā Cæstitionis Vngaria oppidū rectā ducunt: tertia remotior, secundū Oporum alterum flumen, versus Hustum Transylvanicæ ditionis præfeturam; territorium Hustense iam cæteris ferè angustior. Quod Samboriensis via, & prima mihi versus hostes contendenti occurreret; & ut omnium commodissima, prædæq; quam sequi ille solet, faciendæ maximè opporuna; ea etiam Tartarus iturus pro certo nunciaretur; ea occurrere illi institui; à qua nimirum ut maximè alia via iret, ipsa tamen itineris ratio & series ulterius deinde versus eum me duceret. Iam in conspectum ignium hostilium peruenoram; non longoq; interuallo hostē abesse sentiens; mox leuiores equites aliquot, qui aduentum hostis explorarent, misi: alios paratos ha-

bebam, qui velitationibus in locum mihi commodum hostem pertraherent; ita animo paratus; ut dum exercitus reliquus aduentaret; vel honesta morte, si sustinere impetum eius non possem, saltem morarer. Interim hostis in Hustensem viam se conuertit: quod ex eo, quod nulos ignes iam amplius videbam, mox suspicatus; ne expectato quidem reditu exploratorum, mox moni. In itinere deinde ut progrediebar; voluntarij aliqui se mihi adiunxerunt; tum Præfectus campestris cum stipendiario militi; qui tanta celeritate aduenerat; ut cum magno interuallo longius iter à statuis, quam Tartari per Valachiam habuisset; fama tamen aduentus eorum excitus, vix non cursum eorum adæquârit. Impedimentis omnibus relictis, campestribusq; tormentis solis assumptis; quanta adhiberi à nobis potuit, maxima festinatione; non minore autem spe secuti hostem sumus; fore, ut si alicubi obstaculi aliquid obiectum ei fuisset, intra montes assidue qui eum possemus. Interim hostis tanta contentione progredivt; ut vnius diei itinere, per plana quatuor, in montibus quinq; atq; ita coniunctim nouem miliaria nostra via peruolare; vnoq; isto itinere ad radices iugi, quod transuersum per montes eos protenditur, pertingeret: Beskieth vulgo accolæ vocant, finesq; ditionis Polonicæ & Transylvanianæ distinguit. Ab eo deinde ad septimum circiter miliare, Præfectus Hustensis, qui & à me ea de re admonitus fuerat; & ab ipso etiam principe Transylvanianæ ternis literis, de aduentu per fines nostros hostis, sibi nunciatum iam, priusquam in Hustensem viam hostis se conuertisset, tertio rem me fecerat: atboribus deiecit, ipse ei in angustijs, per quas ad Hustum itur; se obiecerat. Verum hostes summa audacia & perniciitate à lateribus per cacumina montium se præcipitantes, à tergo illum circumuenere; ut maiore parte cæsa Præfectus cum paucis aliquot ægrè fuga euaderet. Post nullo obstante, versus Hustum promovit: montibusq; superatis in patentes Vngariæ campos evasit. Secutus illum sum Kieletzanum vsq; Transylvanianæ ditionis pagum:

pagum: ubi consilio de persequendo hoste habito; cum per montes in plana eum iam evasisse constaret; ut sine villa ferè spe hostem pernicissimum, qui præsertim planiciem iam teneret, & nullo in loco moraretur, cum exercitu, & exiguo, & tantis itineribus non mediocriter defatigato adipiscendi: in alienam ditionem non accersiti inuitatiue; quod verò caput esset; iniussu regis aut ordinum, hostem vteritus persequeremur: nulli eorum, qui in consilio mihi aderant, visum fuit. Itaque, cum in loco à Tartaris iam antè vastato, vel propter famem diutius subsistere non possemus: quamvis dolens & mœrens, quid aliud tamen facerem, quam ut intra fines exercitum reducerem, non reperi. Habeo autem nunc cum propinquis in locis. Interim, cum Regiæ Maiestatis, quæ sub hoc ipsum tempus, quo hæc scribo, in regnum iam regressa nunciatur, tūm ordinum mandatum expeccio. Apud quos, quantum vel cohortatione, vel precibus valuebro, omnibus certè rebus in id incumbere non intermittam; ut quam fluxa barbarorum fides sit; vel ex actionibus hisce eius, qui non modò fœderatam pacem nobiscum habet; sed nouissimè etiam per nuntium regium omnia pacata publicè nobis renunciārit, astiment; præsensque Christianitatis periculum commune sibicum reliqua Christianitate ducant. Ex itinere equestris ordinis quendam à se captum, & iuramento de mandatis suis ad me preferendis priùs adactum denudatumque; & scutis; quod firmior mandatorum ipsius memoria in illo hæreret, cæsum dimisit: Summa hæc fuit, vnum me potissimum obstat, quo minus donatiuum illi solueretur. Itaque nisi superiorum annorum donatiua, quam primum soluenda ei curarem; breui se apud nos fore, ipsumque me pro donatio ligatum Turcæ ducturum. D E V M Optimum Maximum precari non desino, ut iuanda Christianitatis, hostisque vlciscendi voluntatem quidem eandem; quam semper habui, facultatem eius testandæ maiorem post hac mihi tribuat. Quod reliquum

est gratia Illustriss. D. V. me commendo; omniaq[ue] fau-
sta ac felicia à Deo Opt. Max. illi precor. Datum Zamo-
scij die xij. Mensis Augusti. Anno Domini. M. D.
X C I I I.



APPENDIX

*Serius aliquanto nacti supplementum aliquot O-
rationum, ne īs lectori carendum esset,
hoc loco annexere voluimus.*

**PELAGII REGIS CAN-
TABRIAEC ET ASTVRVM DE
bello contrā Sarracenos persequendo anno Sa-
lutis DCCXVII.**

Ad principes & Magistratus sui Regni.

ORATIO,

*Ex Cal. Augusti, Curionis Hist. Sarracen.
lib. i.*



Quidem horūm temporū calamita-
tem, Principes & Optimates, non summoperē
deplorare non possum: & nisi id impium foret,
fata accusarem: quæ ortum incum in ea tempo-
ra di-

ra distulerunt : quibus tot gentis meæ strages , & (quod maius est) tantam ignominiam , tantumq; Dei contentum viderem , Nam à quibus nunc magis Dei honor & gloria contemnatur , non facile possum dijudicare : à Barbarisné qui in tenebris , quas mentibus illorum dæmon ille Mūmedicus offudit , degentes ; & verum Deum eiusq; cultum ignorantes : templo , in quibus Deo immortali honores haberis solebant , eiusq; cultui dicata profanant : infantes , quos Christus ad se duci iussit , in prima ætate impijs ritibus & religione imbuunt , nefandisq; sacris initiant : virgines ac mulieres veram religionem agnoscentes decipiunt , rapiunt , & concubitu suo non fecus ac dæmones fœdant : mortalesq; cunctos , quos semel in potestate habuerint , dira seruitute premunt : nec solùm fortunis , coniugibus ac liberis captiuos spoliant : corpora duro seruitio affligentes : verùm etiam omnem cultum adimunt : & deniq; impia religione Dei gloriam obscurant : & animas in Tartara detrudunt : An verò à vobis , qui de benignitate ac potentia Dei ; quem nouistis pro salute vestra sanguinem profundisse ; à quo salutem æternam vobis datam esse scitis : ac cuius beneficio tot adiumenta habetis , certissimam vobis de hostibus victoriam promittentia , desperantes , vtrò impijssimum iugum ceruicibus vestris impone-re vultis ? Quasi nulla amplius spes salutis esset : quasi Deum nullum haberetis , à quo auxilium sperari posset : vel quasi nulla munimenta possideretis : & quasi non longè satius esset , fortiter pugnando breuem hanc fragilemque vitam cum sempiterna , cui ingens quoq; gloria adjuncta sit , commutare : quam ea , quæ supra enumeraui , perperi . Et ramen qui Romanis orbis terrarum domitoribus obstitistis : qui ab omnium mortalium fortissimis vitis , quibus Germania , Britannia , Gallia : Hispania , Græcia , & omnium terrarum regina Italia , Europa vniuersa totaque Africa & Asia parebant , debellari non potuisse : qui optimè instituti imperij leges potestatemq; detre-gastis : qui deniq; aduersus Goths , eiusdem imperij va-statoz

statores ferocissimos soli inuidi mansistis: vos (inquam) nunctotius Europæ viribus integris; Hispaniaæ tantum aperitis locis, partim proditione, partim Roderici Regis (Gothorum) imprudentia occupatis: qui fato eum ad tot nefarijs facinoribus debitum excidium trahente; ijs viribus, quibus patræ proditorum acies frangi poterat, non exspectatis: temere cum hostibus congressus: & insidijs suorum circumuentus; temeritatis ac flagitorum suorum pœnas dedit: quæ tamen à capite, ut necesse erat, in reliqua etiam membra redundarunt, vltro vilissimæ, & ignauissimæ, simulq; impijissimæ gentis intolerandum iugum subire & accipere vultis. Si Deus ob nostra flagitia ita auersus à nobis esset; vt nullas nostras preces admitteteret (quod tamen nunquam crediderim: cum pœnitentes & auxiliū suum implorantes deserere non soleat) & reliquus terrarum orbis Sarracenis pareret: nullaq; munita loca nobis superessent; præstaret tamen fortiter mortem oppetere: quam illa videre & pari, quæ ab his nobis erunt perferenda. Bruta animantia & siluestres feræ, si cœuli ipsis rapiantur, summo furore raptore persequuntur: quasi si inuenierint; stritorum gladiorū acies, mortemq; pro suorum vindicta contemnentes: se in extrema pericula coniiciunt: Et vos qui viri estis, quibus natura librorum educationem dedit: non solum vt alijs animantibus procreationem, & nutriendi curam: quiq; eos in vero Dei cultu, vt vitamine sempiternam consequantur, instituere debetis: eos sponte accerteris: qui post liberos vestros à vobis & simul à Dei cultu abstrahant. Vbi nunc est illa antiqua fides, pietas & religio: cùm pueri nondum pubertatis annos ingressi, & sanctæ virgines dira omnia perpeti, quam deos illos colere: quos quamvis falsos fortissimæ & sapientissimæ gentes passim colebant ac venerabantur, maluerunt? vbi illi, qui pro libertate tot bella gesserunt? Fornaces, eculei, gladij, secures, omnia suppliciorum genera olim pueros ad idolorum cultus fletere non poterant: & nunc viri adulti, & viri omnium gentium fortissimi, &

mi; & ciuitatum Principes, quibus sacrosancti Euangeli lux affulxit, Sarracenorum nomen horrent supplices illos, nullis armis visis vel auditis, adeunt? At fortasse speratis, mirius vobiscum, si sponte vos dedideritis, atque iri: religionem iutaquam omnia integra fore: coniuges ac liberos inuiolatos? Huiusmodi enim promissis decipere solent miseros populos nefarij illi & scelesti patria proditores. Quasi fides nulla in ijs esse posset: qui dominos, qui patriam, qui amicos & propinquos, qui Deum ipsum proddiderunt. Scilicet Valentiam urbem maritimam munitissimam & clarissimam ditione acceperunt, eadem promittentes: & tamen statim, ubi ingressi sunt, omnes aut extercent, aut rucidarunt, aut in suam seclam coegerunt. Toleti idem factum: idemque Sibilia, & tot alijs claris urbibus: quae hac spe & his beneficijs orationibus deceptae, sese illis dediderunt. Haec exempla vos docere possunt: longè satius esse fortiter mori: quod quanto magis faciendum est rebus nouidum ita desperatis? Habetis montes arduos, & in ijs multa in accessa loca, & munitissima oppida: quibus freti pauci ingentes saepe exercitus fuderunt: & vos viri estis, quos cœli ac terra natura fortes fecit laboribus assuetos & hactenus inuictos. Multi etiam sub Saracenis degunt: qui, si vos caput extollere viderint, accurrent vndiq. Est à tergo Gallia, hodie armis & viris florentissima: unde haud dubie auxilia praestò erunt. Neque enim ferrent Calli hanc ignauam gentem, quae iam ad mediterraneum mare ultra Pyrenæos montes transgressa est, tam liberè in regni sui fines debacchari: & Deus ipse (si modo ad eum conuersi vitam corrigamus) nobis aderit: quo adiuuante, vel centum impiorum millia singulis non sunt timenda.

AD ALPHONSVM ARRAGO^V
 niæ regem , Aneæ Syluñ Episcopi Se-
 nensis

ORATIO.

Nostri fortasse fuerit, Rex maxime ac piissime, auditio Ioanne Solerio Apostolico Legato patre optimo & doctissimo, diuina re diutius protracta, fugiente iam die, nos racre quām loqui: Sed cogimur accepti beneficij magnitudine: ne omnino silentes huius diei solennitatem prætereamus: In qua pacē sapienti ac diuino cōsilio tuo perfectam vulgari iussisti. Quare nō urbi nostræ solum, verū Hetruriæ ac toti Italiaz immō verò vniuersa Reip. Christianæ salutem hodie partam videmus. Etenim quamuis hoc bello, quod modò extinctum est, solus ager Senensis vastarideretur; eius tamen veneni labes longè lateq; totā Italiam inficiebat. Neq; Laudensi pace, neq; alia corani te habita, in hac vrbe Christiano populo satis consultū erat: Cū sedato uno tumultu, mox alter exoriretur, atq; in morem serpentis Hydræ noua iadies belli capita succrescerent. At cōcordia, quæ nunc dictante te composita est, omnē contentionis nostræ radicem prorsus extirpat. Nullam Italiaz prouinciam aut inquieram aut insecuram relinquit: nullū ius suum aufert; nullū lēdit; nullū excludit. Hæc igitur vera pax est: & quæ prioribus illis de pace tractatib; solidū signū, siue (vt aiunt) sigillū apponit. Hæc concordia Christianis quidē vera quies; Turcis autē (vt mihi persuadeo) exitiū erit. Nam quantū discordia nostra extulit illos; tantū consensus noster deprimet atq; deiiciet. Quippe vt audiēt Vngari, Rasciani, Valachi, Albani, Græciq; omnes, pacata atq; concordē Italiam esse; inuidis animis Turcarū arma sustinebūt. Exin Fridericus Imperator Augustus inuidissimus, quietiā te ad hanc concordiā adhortatus est, cū suis Teutonibus Martialisq; gente: Galli quoque ferocees, & alijs trans

trans Alpes fideles populi, iamjā tēpus adesse fatebuntur; quo se bello contra Turcas accīngāt. Nā quāuis anno superiore Sancta sedes Apostolica Legatos mitteret; decimas exigeret, indulgentias elargiretur, naues construeret, Tua quoq; Maiestas cruce signata, multa & magna in hostes fidei minaretur: nemo tamē credidit expeditioni locū fore; cū vicina Romanæ curiæ, atq; in ipsis penē vrbis foribus bellū tēpestas grassaretur. At nūc extirpatis funditus dissensio-nib. Italia è radicibus, quid aliud expēdemus, quā te classe maxima & potētissima (vt dicere soles) quingētis velis instruēta, Orientē petere, & ignominia Deo & Salvatori no-stro illatā vindicare omnib. modis desiderare. Rem video et fortasse difficulti atq; impossibili simile polliceri: Verū qui te hīscē cōparant: quiq; tuas vites, & quæ tibi duo magnani-mi reges, alter Castellæ, alter Portugalliae, ministrale pro-mittent, auxiliā metiūt; nihil me supra modū sperare fatē-tur. Age igitur, Rex inclyte, tibi Calixto q̄sumo Pōtifici hāc laus seruata est; qua religionē Christianā vndiq; conculeatā ac fermē deletam in pristinā gloriā restituatis. Nā vetus il-le Oriens, qui nobis olim veræ fidei lumen infudit, nunc ab Occidēte lucem ac salutem expectat. Legimus Christianos Imperatores ac Pōtifices maximos ab Hispania missos, se-pe Catholicæ fidei magnificè ac salubriter cōsuluisē. Theodo-sios, Damasos, atq; alios sub Calixto nostro tertio diui-nit̄ dato Pōtifice; ac sub Alphōso rege sapientissimo atq; incōparabili, vtroq; Hispano, Oriētalia regna rursū ad verū & singularē Deū redditura esse confidit. Cui rex pulcerrimū hodie tua sublimitas initium dedit; quæ cūctas Italæ lites vnico pacis arbitramento sedavit. Cui faūt̄ i grātia non est oratio nostra; quæ beatissimi patris tui Calixti susceptram cōsolationē ac lāticīa explicare possit; aut in mediū pro-ferre, quib. te honorib. sua pietas & omnis Ecclesia cumu-lare decrevit. Sēnēses verò à te saluberrima pace donati, ac magnificè cōseruati; nullo vñquā tēpore hui⁹ diei memorīā obliterabūt. Gratissima enim est nostra Resp. quæ quāuis aliquādo pro sua tenuitate ijs, q̄ sibi benefaciūt, vicē redde-

animum tamen semper obnoxium ac retribuendi cupidum retinet. Videntur adhuc in templo nostro maiori equites eorumq[ue] statuæ; qui ante aliquot secula ciuitati nostra bene consuluerunt. Manfredi, qui ex hoc regno laboranti populo nostro opem tulit, æterna memoria apud nos est. Bonifacius nonus, huius vrbis alumnus, qui vrbis nostræ non defuit, magaa in necessitate, quasi numen aliquod apud nos habetur. Galeatij ac Philippi Mariarum Longobardorum ducum, qui maiores nostros in maximis sape discriminibus iuverunt, nomina in ciuitate nostra immortalia perseverant. Ob memoriam Sanctissimi Calixti nostri, qui ut nobis periculum demeret, periculum ipse subire non recusauit, ædem construere magistratus nostri decreuerunt: in qua sibi quotannis sacrificetur. Et tibi ergo, Alphonse avi nostri gloria, & nato tuo inlyto, Calabriæ duci Ferdinando & liberis eius, & omni tuæ posteritat[is] Senenses vniuersi; dum stabunt vrbis mœnia, hanc hodiernam pacem, id est, salutem & libertatem suam gratissimis animis imputabunt; tuumq[ue] erit apud nos indeleibile nomen: Mercedem verò tam pij, tam necessarij, tam fructuosi operis reddat tibi diuina miseration.

In orationem Alphonsi Regis profusci- piendo in Turcas bello.

O Ratio magnanimo rege atq[ue] ipso Alphonso digna; digitus Dei hic est. Neq[ue] enim hæc verba, hos sensus, hanc deniq[ue] mentem, nisi sanctus Spiritus ministrauit. Exiit hæc oratio; exiit, & ad nos usq[ue] in Germaniam delata est. Non potest di&um indicium esse. Belli Rex tria in se magni beneficia Dei commemorat; quinon belua, sed homo rationis capax ab eo sit creatus: nec qualiscunq[ue] homo, sed Christianus homo; nec qualiscunq[ue] Christianus, sed Christianus Rex; addere illud modestia vetuit,

vetuit, quod non qualiscunq; rex a Deo creatus est, sed regum, quos habet Europa, & potentissimus & sapientissimus; & quod nostro seculo inauditum est, Rex atq; Philosophus. Verum quoniam honestum & laudabile est, hoc promisisse, si perficiatur: ita & turpe & vituperabile fuerit si negligantur. Ad tantam verò rem exequendam necessaria est Hetruriæ pax: quæ cùm perturbata sit, totam Italiæ suspensam tenet. Huius pacandæ potestas atq; arbitrium penes Alphonsum esse nemo dubitat. Suadet igitur Antoni; Suadete omnes, quibus apertæ sunt regis aures, ut reliquo Picinino pacem Tusciæ restituat. Sic enim assuntis in Turcas armis, Christianum nomen, ut est ab eo vulgatum, & tueri & amplificare poterit.

In triumphum Alphonsi Regis.

CVM redierit Alphonsus subactis Turcis, liberata Græcia & spolia illa cruenta, nefandiq; Mahometi caput retulerit; O qualem ei currum apparabit Italia, quales gratias ager Ecclesia! quæ festa omnis Christiana societas agitabit! Conuenient Romam Septenttrionis & occidentis reges, redeuntemq; magnum Imperatorem Christianæ Reipub. salutabunt. Cardinales cunctiq; præfules Ecclesiarum, & magistratus vrbis, longo extra mœnia interuallo sacra ferentes obuiam ibunt. Niuei stabunt ad frenâ Quiritos; sternetur purpura & ostro, quæcunq; ab eo terra calcanda fuerit. Matronæ nobiles, virginesq; rosas & lilia èteatis in eū spargent; & variorū ferta florum sacro capiti anneuent. Ipse currus sublimis aureo in plebe nūmos iaciet: quo cuncti in foro quo cuncti in triuio substiterit, nouas ludorum facies offendet; acclamabiliq; omnis populus, Victori vitam & gloriam. Atq; ita triumphans non in Capitolium falsiq; Iouis ædom, sed in Apostolorum Principis Beati Petri Basilicam deducetur: Ibiq; maximum sacerdotem Galixtum, III. verum Christi vicarium, &

rium, & regni aeterni claves tenentem inueniens; largam ab eo benedictionem accipiens; amplexus atq; deosculatus grandium patrem, secum in penitorem Palatij partem secedet; vbi & de recenti victoria & de rebus Hispanicis longos inter se sermones habebunt. Tunc autem, Antoni, Musa, quasi ab inferis resurget; & tu quidem Poëmata compones; Bartholomeus Faëtius historias scribit; mortalemq; Regem immortalitati donabis. Nos quoq;, si quid strepere inter cygnos coruis licet, aliquid scorsim inueniemus, quod de tanto rege posteris referamus. Hæc habuimus, Antoni, quæ per ocium Neapolitanum ad ditteria tua adjiceremus. Tu vale & boni consule. Ex Neapoli X. Calend. Maias. Anno ab incarnatione saluatoris Christi MCCCC. LVI.



IOAN. ANTONII CAM: PANI DE BELLO SOCIALI Turcico ad Ferdinandum Regem Ara- gonum

O R A T I O.

NON ita paruam accepimus plagam, Inlyte Rex, ut tibi qui proximus es periculo, esse possit occulto; nec sinit ferus hostis iniurias dissimulare; quas inculcat angere que indies, & confectos vulneribus ferire non cessat. Audiisti irruptionem Turcorum nuper factam; qua Illyrios inuaserunt; inuasos diripuerunt: atq; omni

omni pubertate cæsa , in seruitutem mulieres , pueros , infantes asportauerunt . Continuerat le domi aliquan- diu illorum rabies ; sanguine nostrorum toties repleta , nuaquam satiata : timebant nostri , & , quod factum est , futurum intuebantur ; ut occupata Græcia , subactis Ponticis nationibus , atq; omni ora Euxina redacta in potesta- tem , aut Pannouij aut Illyrij , qui essent debiliores minus- que parati , inuaderentur . Sciebatur paralle Turcas exer- citum ingentem : sed quo moturi essent , explorari non satis poterat . Quippe ita dubio in loco se collocaue- rant : vt vtram in partem malleant proficiisci , subiò pos- sent : altera spectabant Illyrios ; altera Pantonij immi- nebant . Vtrisque , quantum in se fuit , Romanorum Pontifex auxiliatus est : vtrisque pecunia est missa . Fe- ra bestia non tam ubi pugnare cum viris , quam ubi occi- dere imbellem multitudinem posset , vertit impetum : dimisit Pannonios , qui erant parati ad resistendum ; in- uasit Illyrios , qui satis parari non poterant : facta est cæ- des , quantum audiuiti : faciet mox maiorem , nisi resi- statur : resisti sine te haud quaquam potest . Caput est religionis Christianæ suminus Pontifex : habet oculos , vnde videat nostrorum clades : habet aures , vnde gemi- tus audiat Christiani populi : robur in membris est : inter membra præcipuum es tu ; tam illi vicinus ad defenden- dum : quam ad ostendendum Turcæ finitus . In te ma- gna ex parte sitæ sunt illius vires . Sine te audire & videre potest Christianas calamitates : auxiliari sine te & subue- nire non potest ; tecum omnia poterit . Quæ illius sine vires , cognitum est tibi : caret exercitibus magnis : in am- plissima umbra nominis exiguum corpus latitat ; caret ex- exercitibus magnis ; classè & nauigia non habet : pecuniarum , quantum obuenit ; quarum magnam partem custodiens arcibus & ceremonijs necessarijs consumit : partem iam ad Hungaros , saxe ad Illyrios misit : partem para- tus est mittere . Ad hoc illius pecunia expositæ sunt : nec vñquam ille alia de causa concupivit ; nisi vt Turcarum im- petum

petum posset reprimere. Sed non sunt tanti illius thesauri, ut queant sufficere: perdere est exiguum olei: ingenti flumine tantum obiectandum est, quantum possit extinguere. Nec est amplius consulendi tempus: nullus verbis relietus est locus; factio opus est. Atque utinam sufficiente facta! utinam non sera sint remediana nostra. Perniciem euramus, non vulnera: ad cor ipsum penetravit ferrum. Non agitur iam de Orientis Imperio: Septentrionem magna ex parte amissimus: imminent Occidenti ruina. Nam quicquid morae, in periculum crescit: quantum de nostris viribus detrahitur; tantum inimicorum accedit robori: & dum singuli carpimur, universi concidimus. Maiores nostri a foeda Sarracenorum servitute Hierosolymam vendicarunt: Nos in Italiam fauibus habemus Turcas: quotidiè fiunt propinquiores: nulla dies, in qua Christi greges non imminuantur: Audaciorem facit lupum canis, qui latrat & fugit: dum multa nequaquam loquimur; dum concilia, conventusque celebramus; crescunt hostium animi; contemnunt ignauiam nostram: & tanquam rapaces aues fuga & errore nostro ad imperium maiorem extirantur. Nec soli timendum est Italiam: quanquam huic maxime; sed omni genti Christiana metuendum; atque ita metuendum, ut iam metus in dolore sit: pati iam cœpimus, quæ timebamus; durum & miserabile est tot provincias amisisse: Pontum, Cappadociam, Galatiam, Bithyniam, Pamphiliam, Phrygiam, Mysiam, & quæ græco nomine continentur, nationes alias. Hoc postremum est vulnus; nisi accurratur statim; ferale & mortiferum: dum non est qui resistat, debiliores inuadunt; ad robustissimum ventum est; ad iugulum petiti sumus. Et Pannoniam, & Italiam conterminum est Illyrium montibus: Illos vero & mari attingit & litore: tum, quod perniciosius est, nerui Italiam attriti sunt: Illyrio deperdito, ad hunc diem re nauali a Turcis non sumus superati. Sepe Veneti soli obstiterunt illorum audaciae; & ne in Italiam transirent, imperium omnem represserunt; freti Illyrijs; qui & callerent rem nauti-

nauticam: & conduci exigua m ercede consueverunt. Nunc illis amissis, parebit hosti lonicum pelagus; in sinum Hadriaticum, cùm volat, penetrabit; quòd remiges nostri ad illius classem transierunt: &, quibus rubeamur nos ipsos, nunc ab eisdem oppugnabimur. Terra Hungari defatigati sunt: mari Venetus non apdet occurrere: in angusto miseri premimur: aut Hellespontum penetrabit hostium classis; aut in Illyrijs compatiabitur; vtrum volent, in arbitrio erit: Peninsula est Italia: omni ex parte non à Piratis & Cilicis prædonibus, vt olim, infellabitur: sed à maximis copijs inuadetur vndequaq; obsidebitur, diripietur; & nec his contentis hostibus, conflammabitut: & si aliquandiu abstinebitur Italia: quod sit in armis, & potens habetur: exposita est Sicilia sine classe, sine armis, sine præsidio: nullo labore vegiet in hostium potestatem. Sæpe à Sarracenis occupata, fuit ea Insula; cùm & staret Græcia, & Italia flotteret. Quid nunc timendum est, profligata & iam deleta Græcia, Italia propè obsessa? Non est Sicilia contemnenda: nihil magis ad hunc diem visum est defendisse Illyrios, quam sterilitas agrorum: vbi, quod saxa & montes incolant, haberí magai exercitus nequierunt. Sicilia omnium, quæ Christiani obtineant, post unam Græciam, feracissima, quasuis maximas copias potest alete: portubus abundat commodissimis; ita posita est, vt Ionicum pelagus sinumq; Hadriaticum æquè aq; in Tyrrhem & Gallicum & Gaditanum possit excurrere: poterunt in ea Insula Turcarum & Sarracenorū, qui sunt in Lybia, fieri commercia: coniungi classes; & cōmuni bello res genti: quorum eadem est secta; & par in Christianos exercent odium: quæ si accidant, actum: vñā Christiani omnes interimus. Quanquam scimus fluctuare nos posse: demergi, nisi nos inter ipsos demergamus non posse: ad hanc diem nulli, qui recte senserunt, oppressi sunt: Fons erroren omnium Gracia ipsa prima exhausta est; Bossinenses Manichæorum infecti, labe, nuper conciderunt: Vtiam Illyria non attius plectantur, quam peccauere! Multis

tis ex ea gente vicinitas obfuit, dum aut cum Bossinensis-
bus haberent commercia, aut Græcis assentiuntur. Dece-
pti sunt, sed non semper tuti sunt; etiam qui optimi, &
sepe negligentia pro culpa est. Nec finem habent propo-
situm Turcæ; quatenus correpturi sint omnia; parant
incendere: nunquam incendio daturi modum; donec su-
persint Christiani, quos igni & ferro prosequantur. Nec
Imperium querunt nostrum; sed excidium meditantur
neminem putant viceisse; nisi cum aut occiderint, aut, quod
et quæ miserum est, viderint, quem vicerunt: & tamen neque
occidere sine acerbissimis cruciatibus; neque vendere si-
ne summa ignominia contenti sunt. Aperioculos, inten-
de aures, Optime Rex: accede in partem sollicitudinis
cum Patre tuo Summo Pontifice: iuua illius consilia: ulci-
scere fratres tuos, qui perierunt: subueni alijs: qui nisi tu
succurras, statim sunt perituri: aut cædes facta ad vindic-
tam, aut fuga ad misericordiam te excitet. Tora Apulia
Illyriorum fuga referta est; Cateruatim se in scaphas pi-
scatorias & nauigia coniecerunt: parati potius pelago
immergi; quam viui in hostium manus incidere: te ap-
pellant ad auxilium sui ad vindicatam suorum. Si si te
non tangant: moueant hberi, vxoresq; tuorum; quibus
idem propositum est periculum, nisi resistant. A qua
opus est, non clamore: Ardet res Christiana; præcipuus
est tu; qui si celeriter occurras, incendium tantum possis
extinguere: per stipulas aridas hæc haec tenus vagata est
flamma: debiles fuerunt nostri, qui ceciderunt. Nulla
adhuc cum fortibus conferuit arma Turcus nisi cum Hun-
garis: quos ad hunc diem fretri numero oppugnare sa-
potuerunt; nec minus acceperunt detrimeni, quam in-
tulerunt. Sed nec expectandus, dum virgulta rescindat
hostis: quo truncum possit excindere: ne vires, quas nunc
habet dispersas, paulò post colligat rotis viribus in Pan-
noniam; si modò prius abstinebit Italia; cui rotus immi-
net. Nunc nunc, quanquam serò, tamen pro reliqua spe in-
surgendum est tibi; ne, si spatium detur Turcis sese recre-
andi

āndi ex ijs laboribus, quos nuper suceperunt; integris vi-
ribus & recenti victoria auctis nos adoriantur. Nec est,
quod propter illorum multitudinem desperes; non tu so-
lus molieris bellum: gloria prima erit tua, qui primus ar-
maberis; labores communes cum multis. Te Hispani, te
Galli, te Germani subsequentur: alios pudor, alios amula
gloria, multos religionis studium excitabit: nemo patie-
tur se vnum cessare in hoc bello tanto: Maximum erit inci-
pere; cætera sua sponte consciuntur. Nondum Anconam
pervenerat Pius, traectatus in Asiam: & iam hominum,
qui arma ferrent, plus quam triginta millium conuenie-
rant; parati omnes suo ære, nullius stipendio pro fide mili-
tare: & tamen omnis Gallia atq; Germania, Hispania quoq;
omnis esse in armis & accingere se ad hoc bellum, fereban-
tur. Quid futurum fuisse censeas, si traieceris? nec statim
migrasset è vita? Maius est studium religionis, quam arbit-
rare; nemo, nisi qui sint ignavissimi, aut pietatem exue-
runt omnem, non modò pugnabunt pro defensione re-
ligionis; sed etiam mori recusabunt. Dicas fortasse, quid
ad me hoc bellum? num caput ego religionis? num Imper-
ator Christiani exercitus designatus? num publicum col-
latum æs? num ætate maiore? num armis, viris, pecunijs
plus cæteris possum? Quot sunt qui me his rebus omnibus
antecedunt? Est Pontifex maximus; est Imperator; est Gal-
lorum Rex: sunt & alij, quorum opes pares, auctoritas non
minor habeatur. Ego vero, præstabilitissime Rex, non te cæ-
teris maiorem esse dico, sed cæteris gloriostorem fieri cu-
pio: nec pertinere ad te potissimum expeditionem hanc
censeo, sed te primùm hanc præclaram prouinciam susci-
pere affecto. Gloriam, opes & fortuna non faciunt; nec
gloriosior est, qui plus possit, quam cæteri, sed qui magni-
ficentius studet præstare, quod possit; Nemo Regum
Christianorum, qui vivant, regnum aut peperit, aut deien-
dit partum maiore virtute, quam tu: in aperto est glo-
ria tua; multum hæc tuis, multum externis pollicetur; at
que hoc maior est omnium de te concepta spes; quo con-

stantius imperium fortuna superasti. Tum peculiare fuit Regibus nostris, in Graecia, in Macedonia, in Asia pro religione dimicare. Guiscardus, qui fertur primus ex iis, quorum extat memoria, regnasse in Calabris, paruis copijs, maxima aggressus; Saracenos Apulia deiecit: Nicephorum Graecorum Imperatorem, quod eis fueret, cum septuaginta millibus hominum fugavit: Michaelem Imperij consortem interfecit: Alexium alium Imperatorem, quamquam Venetorum classe adiutum, profligauit, subegit Dyrrachium: Henricum Imperatorem Pontifici infestum, Roma deturbavit: & nisi apud Ioppem insulam morbo tuisset extensus; imperium in Italia statuere posse videbatur. Pari gloria Boëmundus filius; qui primum paternis, mox suis ipse auspicij bellum gesserat in Graecia. Cum Rogerio fratre in Apulia conficiatus; & subito veluti furore percitus: serica veste in medium afferri iussa; & sibi, & suis crucem, quam pectore assueret, conficit: vexilla identidem cruce distincta erigit; atque ita profectus in Asiam; primo impetu Nicæam urbem recuperat; inde prælio, quod contra Persas atque Arabes commissum est; Lævum obtinens cornu: ex quadringentis sexaginta milibus Saracenorum centum milia ad interencionem profligauit: Cæteri longissima fuga dissipati, in intimam Persidem refugere; mox ipso fratre cum paucis amissi Antiochiam obsidione, Ptolemaidem prælio subegit: Tandem maximis gestis rebus; recuperata per duces Hierosolyma; in Italiam gloria plenus reuertitur. Eius nepos Tancredus, qui Boëmundum ipsum Antiochiae captum per fraudem liberauerat, seruauit Antiochiam: Laodiceam præliu expugnauit: facinora pro religione maxima & præclarissima fecit. Rogerius & ipse Guiscardi nepos: is qui Gallutij obsessus a Pontifice, mox ab eodem coronatus est; magna classe atque manu aggressus Aphricum Lybiae regem in pugna superatum; pendere tributum coegerit; quod annis circiter triginta persoluit: Manuela Graecorum Imperatori, quod prohiberet Christianis copijs transi-

etansitum, & ad Sarracenos esset propensior, Corcyram
 insulam & Corinthum vi atq; armis eripuit: Ludouicum
 Gallorum Regem à Sarracenis captum, superata illorum
 classe, liberauit; Cùm in Palæstinam contendens, fortè in
 hostes incidisset, mox Constantinopolim amoris signis,
 suburbia incendisse traditur; & Iponia ex regijs ortis sua
 tianu decerpssisse: spectante, nec opem ferente Emanue-
 le. Quid Guillelmus Rogerij filius ultinus è familia Gui-
 scardi, quo animo, quanta pro religione motitus est? non-
 ne Tanaos Ægyptiorum populosissimam urbem prælio
 captam spoliauit, etiam Græcis aduersantibus. Andro-
 nico Imperatori, qui tutor relictus à Patre Alexium pu-
 pillum præcipitauerat in pelagus, regnumq; occupauerat,
 & Latinos atroci persecutus odio, Thessalonicam e-
 ripuit: vrbes alias in Thracia atq; Græcia, partim afflixit,
 partim deleuit: Classem aduersus Saladinum Saraceno-
 rum Regem quadraginta triremium misit: Cyprum con-
 sensu Christianorum suæ custodiaz traditam conseruavit:
 Saladinum maximis affectam incommodis, reiecit in Sy-
 riam: Friderico Primo cæterisq; traiectibus in Asiam,
 & nauigationem tutam præstítit; & annonæ ex Sicilia atq;
 Apulia, quantum opus fuit, subministravit. Iis accessit
 ex eadem natione, non ex eadem familia, Carolus: qui &
 ipse natalibus copijs adoratus Aphricam: & tributum à
 Tunisinorum Rege: & vt libera esset nostris hominibus per
 Aphricam prædicandi facultas; simulq; vt vellent impunè
 Christiani efficerentur, extorxit. Vide quām proprium
 Regum nostrorum; vt foris dimicent; vt religionem
 latè tueantur: quorum tu exempla meminisse debes: & eos
 tibi præponere imitandos, qui fuere præstantissimi. In
 familia Arragonum, vnde tibi origo est, quām multi fue-
 re summi Reges, qui Religionem dñfenderunt; defensam
 extenderunt atq; amplificauerunt! Ferdinandus genti-
 lis tuus; à quo tu non modò nomen & stirpem accepisti;
 annis iam hinc ducentis quadraginta, cùm alia permulta
 gessit religionis gratia: cùm in primis Valentiam urbem &

Baleares insulas ereptas Sarracenis, primus ad Christianum ritum convertit. Et, ut raccam tuum sumum Regem, aliosque qui illum antecesserant; Alphonsus pater; quod Rege, nihil ætas nostra parentumq; nostrorum vidit aut audiuimus maius: quot bella cum Mauris gessit? quot inde reportauit trium phos? quæ tributa inde exegit? quanta impensa Tyrrhenum pelagos tutatus est? Quoties ille classem, quam in Asia mitteret, comparavit? Quas Illyrijs subsidiarias manus quotannis misit? quas arces media prope Asia, quæ nostris essent saluti, ædificauit, & quoties Helleponsum penetrarunt illius extremes? Prænidit ille tempestatem hanc nostri temporis: Nicolaum Pontificem ad expeditionem Asiae suscipiendam crebris legationibus hortatus est; Calixtum habuit suspectum; sed tamen & iuuit commeatibus exercitum; & classem, quam vna mitteret, ædificauit: mors tantis rebus & tam necessarijs eripuit nobiscum. Eius vestigia tenenda sunt tibi: atque eò diligentius; quod meritis astrictior; ille Ecclesiam aduersam; tu secundam habuisti. Multæ & præclaræ virtutes tuæ sunt; sed nulla præstantior; quam quod accepta beneficia non modò non dissimulas aut inficiaris; sed extollis & prædictas. Eugenium à ciuib; Roma depulsum, Alphonsus pater, quanquam ab eo bello lacepsitus, restituit; Picenumque illi sua pecunia, suo exercitu recuperauit; modis omnibus rem Ecclesiæ auxit. Tu destitutus à tuis & planè proditus; cùm regni maximam partem amisisses; & Optimates ferè omnes ad hostem defecissent; à Bio sic es aiutus; vt omnis tua calamitas stimulus illi fuerit atque incitamentum ad te defendendum. Reddere iam debes, florentibus rebus tuis, quod attritis accepisti: fer opem fluctuanti Ecclesiæ, in qua tu operi tuis tempestatis inuenisti: etsi communis res agitur: vt neque tunc illius iactura; neque illa sine tua pernicie cadere posse videamini. Nec est Turca, cùm quo societatem aut fœdus inire possis: fœdera apud perfidum fidem non habent;

bent; & iampridem iuratū ferunt; nullum se Christianis ius, nullam fidem seruaturum. Quare ne existimaretur nomen tuum posse; si ceteri defecerint; vna labes involueret omnia bona diræ tua corpora seruituti; vxores & filii libidini dabantur; si ferro non dentur: ut paulo ante Græcorum & Boſsinensium Reges dati sunt; & nunc in Illyrio, si qui sunt, dantur. Nec ullum adhuc indicium apparuit in Turca clementia: cruore nostrorum effteratus, humanitatem abiecit omnem; etiam in suos crudelis; ut sperate non possiat alieni: innata perfidia, ut credi illi non possit salutem pollicenti: innata crudelitas, ut nihil apud eum pro sit, misericordiam implorant: omnia eius consilia in sanguinem & prædam vergunt: sauitia in spectaculo & libidine est: nec sacris parcit auaritia; nec crudelitas infantia: & cum nunquam auditum sit, ut in mulieres & infantes, etiam atrocissima de causa sauvetur: Turcae primi conditionem belli, pacta humanitatis, ius gentium violauerunt. Quod si est in armis, quod æquum sit, valeat; & illi victoria cedat, qui pugnet honestius: iam palma in manu tua est; qui pro capite tuorum, pro vita tua, pro nomine Christiano, non modo iustum bellum, sed maximè necessarium sumpseris.

IOHAN.

IOHANNIS CORVINI
 HVNNIADAE PRO REGIS
 Hungariæ, & summi exercituum duxoris
 sub Rege Vladislao contra Amurathem
 Turcarum Tyrannum

Ad Milites suos

O R A T I O

*Ex Anton. Bonfin. Rerum Vngar. Dec. 3.
 lib. 5.*

Vlla (mihi credite) audacia, Sa-
 cij, tantæ multitudini hostium me occur-
 rere per pulisset: nisi ipsa necessitas ade-
 gisset: & vestra fides ac virtus hortaretur:
 quam dudum exploratam habui: & inpri-
 mis Iesu Christi numen clementissimum
 inspirasset: qui nos in sacram militiam suam optauit: su-
 umq; nomen vestra dextra vindicari voluit. In hac præ-
 stantis militiæ euocatione, quantum vos dilexerit, consi-
 derandum est: & immensa hinc benignitas Saluatoris pen-
 sitanda. Tria nobis hodie commoda; si viri, qui olim
 fuistis, ijdem hodie esse volueritis; Deus ipse proposuit:
 quibus nihil maius appeti posset: Primo liberorum, con-
 iungum patriæq; salutem, cum fortuarum incolumentate
 coniunctam: deinde perpetuam huiusc seculi gloriam:
 tum æternam felicitatem vobis nunc expositam esse scito-
 te. Quot à Turcis olim incendia, calamitates & mala ac-
 ceperti-

ceperimus: utinam vobis audiuisse potius, quam spe & fasse
& pertulisse licuisset. Iamdiu liberis & vxoribus carere-
tis: quos misera seruitus ebruisset: neq; focos, neq; aras
haberetis; vbi habitare & sacris operari valeretis: nisi pi-
entissimum Salvatoris numen, & vestra indomita virtus,
præstò adfuisset. Necq; patria bonisq; frui, neq; fungi ho-
noribus, neq; libertatem retinere videremini: nisi sanctissima
fides & animi vestri magnitudo, ac robur spe diuina
firmatum hæc quæ diximus, omnia vobis integra conser-
uassent. Iam immanis Turcarum furor in suam potesta-
tem omnia redegisset: nisi vestris hæc armis vindicata
forent: & tot ille cladibus repressus esset. Is nec vbi coér-
ceri potuit: non Græci non Macedones, utriq; quondam re-
rū potiti: non Thracum audacia, non Mysonū robur, non
Epirus & Illyricum, horum vires retundere potuere: A-
thenienses, Thebani, Lacedæmones, qui priscæ militæ au-
ctores habentur, his vltro cæssere. Nobis diuinitus hæc
laus, & ingens victoriæ gloria delegata est: qui parua sæpe
manu, & quandoq; incauti ab his circumuenti, toties in-
signi strage consecimus, sudimus, fugauimusq;. Atq; nul-
lam ibi genus hominum in terris magis expuant & per-
horrescant, quam vos: quoq; ex assiduis cladibus paucos,
non minus ac frequentes, formidare didicerunt: Nunc
etiam, ut extremas vires experiantur, cum innumeris le-
gionibus adfuere. Atqui vobis nequaquam plus quam
antea timendum est: quando sub diuino duatu & auspicijs
arma gerimus: & quid nobis andendum sit, assidua victo-
ria, frequens experientia, explorata virtus iam diu vos e-
docuit. Accedit, quod eorum miles, aut gregarius, aut
seruus, aut auxiliaris, aut vi coactus & paganus est: præter
milites Prætorianos, nil aliud hostili militiæ superest: vi-
adæti ac iniuti cæteri militantes: & illi quidem pusillanimi-
tate ad seruitia redacti sunt. Quicunq; autem Græci, Ma-
cedones, Illyrici auxiliorum gratia missi sunt: cum à Chri-
stiana fide non recesserint: non proillis, sed nobis dimica-
tuos esse reputate: nos vindices, nos victores exspectant:

in hoc illo bello Turcis nomina, nobis vires animosq; de-
dere: pro victoria nostra vota suscipiunt. Quare tanto
vobis animosius fortiusq; pugnandum est: quanto maiore
rem victoriam, prædam, laudemq; nunc vestris oculis ob-
uersantem habetis. Non pro alienis locis & aris, sed pro-
prijs dimicare opus est: Ita hodierna necessitas nostratu-
lit: ut, nisi nos ipsi nobis vindicare velimus: & solita spe
ac virtute nitamur: maxima quaq; malorum omnium ho-
diæ subire cogamur: In primis iacturam fortunarum: libe-
ratorum seruitutem: incestationes virginum: coniugum pro-
stitutiones: cædes parentum: ædium ac templorum in-
cendia: &, quod his omnibus multò grauius est, Salaa-
toris nostri & deorum omnium Iudibria. Frangentur di-
uorum simulacra; aut vno trahentur: argentea aureaque
confabuntur: & in profanos usus conuertentur: religio-
nis cultus omnis abrogabitur: & Deus à pectoribus no-
stris, præ dissidentia negligentia nostra, nisi propugna-
tores optimos inuenierit, exigetur. Minimo equidem
digito, & vel solo nutu, Turcas omnes, si voluerit, illicè
conuerteret Deus noster: sed quando tutelam sui nominis
in nostra dextera collocavit: virtutem prius nostram, pe-
riclitatur: ut si magnam fidamq; compererit, præpotenti
sua dextra tucatur & firmet. Neminem sibi fidum piuamq;
Deus unquam deserit: si vobis ipsi non defueritis; nun-
quam Saluator Iesus vobis aberit: In potentia sui nominis,
quod est super omne nomen, hostes proteret: & iustum
diuina fiducia fratum extolleret. Insuper alia nobis, atque
illis, sunt pugnandi cause, & spes longè firmiores. Pro
domino, eodemq; profano & scelerum omnium auctore:
pro spolijs & rapinis: pro exitio gentium: pro alieno re-
gno, eodemque propagando, & mortali laude, illi arma
sumpsere: at nos contrà pro orthodoxa fide, & Christiana
Repub. pro patria: pro liberis: pro uxoribus & fortunis
dimicamus: quibus quidem rebus nihil excellentius: nihil
posteriorum commemoratione dignius: nihil ad prome-
rendam immortalitatem accommodatius inueniri potest.

O quan-

O quanta his in cœlis merces est proposita; qui aut patriā
auxerint liberauerintuē: aut divinos honores & veram fi-
dem protegerint & seruārint! Neq; experti ignoramus,
Deum humanam pie atem, iustitiam & charitatem nun-
quam deserturūm. Proinde quid magis illis, quam nobis,
sperandum sit; hinc evidentissimē considerate, Commili-
tones: Saluatori nostro confidite; qui diuinitatis p̄̄mi-
um pollicetur: & fidem virtutemq; vestram Deo ac patriæ
iuxta nunc ostendite. Quamobrem, quando nihil sine di-
uina ope moliri possumus; antequam signum pugnæ detur:
vos quofo Legati, Centuriones, & Præfecti, per turmas &
cohortes singulas, pias conciones habete: ad salutarem &
sacram pugnæ militem incendite: legionatim per con-
fessionis sacræ mysterium alter alterum lustrate: lustratis
mox animis alter alterum amplexamini: dextra osculoq;
mutuam date fidem: perpetuumq; fœdus percutite: è vo-
bis nemineni alterum in sacro certamine deserturūm: sed
pro aris & focis ad vnum omnes strenuè dimicatos. De-
mum curatis aliquantis per corporibus, ambulatorijs du-
dum ientaculis, dato signo: ter elatis vocibus, inuocato
præpollentissimo Iesu Christi nomine, manum ea virtute
roboreq; conserite: qua pro redēptione ac libertate ve-
stra in agone mortis ille conseruit, Hoc igitur vt vltro fa-
ciatis: per sanctum nostri Redemptoris amorem, per cha-
riratem patriæ, per desum hominumq; fidem, vobis edico,
impero; Item vos oro & obtestor: vt ea mente dimicetis:
vti aut clarissimam (quod non ambigo) vi et oriam: aut, si
res aliter tulerit, oraram in cœlis viam vobis hodiè com-
paretis: non apud inferos, vt Græsus ille: sed apud superos
cœnatori. Christus igitur Opt. Max. nobis semper aderit:
qui nos (mihi credite, ac ita confidite) non solum è Turca-
rum manibus hodie vindicabit: sed cum perpetua nominis
immortalitate, opimis nos hostium spolijs onera-
rabit: & incolumes ac ouantes demum re-
feret vniuersos,

IVLIANI CARDINA-
LIS LEGATI PONTIFICII AD
Vladislaum Regem Hungariæ Anno
MCCCCXLIII.

*Pro expeditione aduersus Amurathem
Turcarum Tyrannum in Comi-
tij Budensibus*

ORATIO,

*Ex Anton. Bonfini Hift. Hungar. Decad. 3.
lib. 5.*

DOstquam Turcarum pestis in Europa latius
debacchari coepit: nihil vñquam optatus
Pontifici Maximo Apostolicoq; Senatui ac cæ-
teris Italæ proceribus significari potuit, Rex
optime fortissimiq; Proceres: quam cum V-
ladislaum Sarmatarum Principem, Vngariæ Regem à vo-
bis declaratum esse cognoverunt. Nemine enim Pan-
nonicarum rerum moderatorem, Scythicarumq; virtum
duorum eo idoneum magis vsquam gentium Hungari
inuenire potuissent: quippe qui tanta iustitia, religione, sa-
pientia, fortitudine, ac militari deniq; disciplina polleret:
ut potius è cœ. o datus, quam optatus esse videretur. Hac
felici faustaq; declaracione omnium Italorum animi, qui
iacuerant, resurrexere: atq; vt id felix ac faustum Chri-
stianæ Reipub. foret; solennia vota suscepere. Sed cum
intimas

intimas regni discordias, & propinquum Turcarum incendium accepisset: Sacrosanctus huc me Senatus misit: ut de pacando regno, & reprimenda hac labe vobiscum agerem. Regnum armis & virtute vestra, intercessione mea, & Reginæ obitu pacatum est: item Vladislai ductu auspicijq; & Pannonico labore Turcarum immâne imperium coercendum, Proceres; imò iugum, quod nostris ceruicibus imminet, excutiendum & longè repellendum. Quid vobis cedendum sit, Coruina virtus & fortuna portendit: Fortunam Coruinam dixi; imò fortuna Christianæ plebis, & praesens Divi Saluatoris ipsa benignitas: quæ addictum sibi populum fluctuare patitur, non demergi. Si tui ducis copijs, ijsq; per paucis, tantus hostium exercitus & fusus, & fugatus est: quid de te, Rex inclyte, sperandum; Si tuo Christiq; ductu & auspicij militabis: Christianorum Principis omnes animi in te & Pannonicas Sarmaticasq; vires conuersi sunt: omnes in te spes suæ collocarunt: te immanissimæ crudelitatis ultorem, propugnatores fidei, Europæ liberatorem exspectant omnes. Ide est, cur quotidiè vos literis Leo X. Pontifex Maximus sollicitat & angit. Et quanquam hoc ipsum Orthodoxa religio postulat: non minùs tamen Hungariæ Poloniæq; necessitas vos adurget: quarum altera è Mysis & Illyrico: è Dacis & Getis altera, Turcorum armis & incendio misericordia & assidue vexatur. Quicunq; nec diuina charitate, nec ipsa necessitate, nec gloria, nec immortalitate mouentur: ad sacram hos expeditionem propria salutis, imminens servitus liberorum coniugumq; incolumentas rerum & personarum, & legitima rapinarum compendia suscitent. Tam commoda vobis nunc datur occasio: ut corpus in veram salutem felicitatemq; asserere: ac animu ac omni iniuria vindicare: & vtrumq; diuina humanaq; gloria & beatitudine uno eodemq; tempore donare possitis. Non desunt duces optimi: non pecunia, belli nerui: quæ ab universa Christiana Repub. conferentur: non robora militum; non ratio: non fortuna, dexterim aq; numina; quæ

vos sanctissimæ fidei assertores esse voluerem. Sarmatarum vires, Hunnorumq; virtutem persensit potius quam audiuit orbis. Nulla realia, quam voluntate, vobis, Proceres, opus est. Expeditio necessaria, pientissima, commodissima, & omni ex parte gloria & immortalitate digna est: & quæ ad vitam vitramq; uberrima perpetuaq; præmia conferat. Proinde te, Rex imprimis inclyre, volq; Proceres universos oro obtestorq; per Christi fidem; per liberorum charitatem: per salutem regni, & imminentis exitij liberationem: ut fortis hoc bellum animo communiq; consensu suscipiendum esse censeatis: vtro, cum delectus habebitur, nomina detis: & quando non ad humanam sed diuinam militiam profecturi estis rea studiorum vehementia in Turcos arma sumatis: quam expectatio & spes hominum, quam vestra virtus, instans exitium, & diuina in vos merita postulare videntur. Dixi.

EIVSDEM IULIANI
LEGATI PONTIFICII AD PRO
ceres Regni Hungariæ, post pacem cum Amu
rathe factam, ante cladem Varrensem habi
ta anno Christi MCCCC
XLIV

ORATIO.

Ex Bonfin. lib. 5. Dec. 5.

I quis vestrum, Proceres, fortasse miretur: quod de rescindenda pace, ac violanda fide sim verba facturus: is primùm intelligat, me nihil aliud hodie, quam deseruando fredere vobiscum a
cturum: & pari vobiscum pœnitentia corripi:
pœni-

pœnitentia dixi, non dolore. Quando hæc, me inuito quæ facta sunt, & præter opinionem vestram acciderunt, veluti è specula cuncta prospexi. Cogor pro legationis officio, & Christianæ professionis coniunctione, iusta atque vos animo fluctuare: & eò vel maxime, quod de communi honoris dignitatisq; iactura hodierno die agitur: quam nisi communi consilio & solita virtute resarcire enitamur: ô quām verendum est, ne prænuntia infamia. & vobis è Pannonijs egrēdi, & mihi Romam redire licet: vbi grauissima quæque censura iudicantur. In quas miseras præceps consilium nos planè coniecerit, considerare. Pacem cum Turca fecimus infideli: ut sanctam fidem violaremus: & sacrosanctam cum summo Pontifice socijsq; Principibus initum antè fœdus rescinderemus. Et cuius, cuius inquam utilitatis gratia? Nempe ut Myssam diu populatam recuperaremus; Exigua profectio & calamitosa est ista utilitas: quæ ad breue tempus intercipi potest: & cætera commoda, quæ perpetua fuerant longeque maiora, amouet & repellit. Quid enim dementius & magis inconsultum dici potest: quām in deliberando priuati comodi tantum, & non publici: item neque honesti & sancti habere rationem? Quid Turcarum perfidia præstare debeatis, non id quæritur hodie, Proceres: sed à Iuliano, Pontificis & Latinæ societatis Legato, auctore & auctore, irriti promissi, violatae fidei, & soluti fœderis Christiani, ante conscientiae vestrae tribunal postulamini: & vestro potius, quām divino alienōue iudicio (si mea quo animo dicta partiemini) reos vos efficiam. Respondete mihi, Proceres: nonne postquam l' ex menses in Myssia finibusq; Thraciæ cum Turcis tot bella feliciter gesissetis deinde ouantes in Pannoniam rediistis: ab vniuersa ferè Italia, & à Græcorum Imperatore honestissimas legationes accepistis, & congratulationes faustæ victoriæ, & ad continuandum bellum adhortationes frequentes? Accepimus. Nonne cu[m] Italij

& Græcis, ut illi à Thracia cum auxiliaribus copijs occurrerent: & hi classem ingentem in Hellespontum mitterent: Sacrosanctum vltro fœdus me præsente & auctore percussistis? Percussimus. Si percussistis, cur cum Turcis isto violato, aliud transegistis? quo iure, quamuis transactum sit, seruare poteritis? Ergo si superiore anno cum Pontifice Maximo, qui Dei vicem gerit in terris, fœdus iniunxit: si humani, si rationis compotes, si Christiani estis: secundum omnino vobis fœdus rescindendum est: ne primum & diuinum violetis. Quod ni feceritis; vereor, ne veluti Iudas Christum, ita vos eius vicarium prodere videamini: neué Deum, quem haecenus rebus vestris præsentem & propitium semper habuistis, vobis posthac infestissimum sentiatis. Nunc autem quæso dicite: quid Imperatori Constantinopolitano, qui ex composito iam à primo tempore fuit in castris: vestrum in tanta opportunitate exercitum exspectat? quid Pontifici Maximo? quid Venetis & Genuesibus, qui classem instruetam habent, ut constitutum fuerat? quid Burgondionibus, qui ardore fidei ex Oceano diu soluere; & tot pericula maris emensi, nunc in Hellesponto nauigant, respondebitis? Commentamini quæso (si potestis) excusationem: & colorem aliquem, quo non penitus nostri dissimiles videamur: si quid è recondita arte excusdistis, expromite. Promisistiis, vos primo quoque tempore in castris adfuturos: nunc vernant vestri milites, & astiuant: & per calamitosam ignauiam & negligentiam, tanta & tam salutaris occasio elabitur. O ingentem animorum cœxitatem! ô crassam ignauiam! ô execrabile fœdus ad Christianæ Reipub. factum exitium! Incusauerit me fortasse aliquis: cur id cum cœteris tolerauerim? Adsui, fateor: sed quantum in me fuit, ne id fieret, intercessi: imbrobavi & (ut multi ex his, qui hic adestis, testes esse potestis) instantissimè damnavi: vi et us sum Coruini sapientia & auctoritate, Despotæq; coniunctio ne: ne regno ac liberis, intercessione mea vltro infelix ipse carere videretur: &, ne me commodorum vestrorum contempto.

remtorem oppugnatoremq; quisquam appellaret; tristis
ac inuitus cessi: haud inscius, hinc salutem Christianæ
Reipub. labefactari: spem gloriae ac immortalitatis extin-
gui: & nos omnes pariter diuini humaniq; fœderis viola-
tores perfidos, & Christianæ gentis proditores (vt pace
vestra dixerim) appellari. Quare, nisi antequam per-
fidia nostræ ruinæ longius effundatur, nos ipsi ab hac in-
famia vindicauerimus: nihil turpitudine scelereq; vestro
maius aut miserius quicquam dici potest. Id si volue-
rimus: non tam facile, quam iuste ac sanctè facere poteri-
mus. Restitura Myria, redditisq; captiuis, quid aliud vo-
bis agendum est, Proceres? quam instaurare exercitus:
parare quæcunq; bello sunt usui: initum prius foedus cum
Christianis seruare: dicere, Vladislauum Regem, post per-
eussum cum Latinis Græcisq; fœdus, nihil inconsultis. so-
cijs, quorum auspicijs commune bellum geritur, pacisci
potuisse: præcipue cum hostibus Christianæ professio-
nis: si quid illi cum Turcis conuenerit, fore irritum:
priori standum esse fœderi? Quis nam ita iniquus hu-
manarum rerum examinator est; qui non facilè iudi-
cket; initam cum utroque fidem Christiano potius,
quam Turcæ; & fidei potius, quam perfido esse seruan-
dam? Omni in perfidum hostem arte, vi, fraudeque uti
licet: ars arte eluditur: & fraus fraude circumuenienda.
Dolo Turca à principio in Europam traiecit: dolo pede-
tentim regnum inuasit: nemini unquam fidem seruauit: ar-
tibus potius quam armis, ad id rerum fastigium euectus
est: & vos eo ne cætitatis peruenistiis: vt Turcæ potius o-
mnis fidei ac rationis experti, & religionis Christianæ ho-
sti infensissimo; quam fidelibus Christianis, in primisque
Pontifici sacro sancto, seruandam esse fidem censeatis? A-
stu & consilio maxima quæq; geruntur, Romani maiores
nostrí semper sociorum fidem rectè sancteque seruarunt:
perfidos pari arte elusere: Cæsar imperandi causa, ius
quandoq; violandum censuit: Philippus Alexandri domi-
toris Asia parens & magister, calliditate ac dolo sæpe ma-
lo, im-

So, imperandi cupiditate vsus est: Non tamen hi proditores appellantur: fas est quandoque publicæ salutis gratia, necepsitare pacis: neque perfidis seruare fidem: Fas est iniqua iuramenta rescindere: & præsertim quæ præter aequalum fas & bonum esse censenter. Aene Diomedi, quicunque in solo patrio primus occurreret, Diis immortalibus deuouenti, obuiam sibi filium ex voto & iuramento mactare fas fuit: an idem in filia lephte huc sit? Nempe nefas, & omnino illicitum. Eequum igitur & iustum iuriandum omnium iudicio est sancte seruandum: quod autem non modò ad priuatum, sed ad publicum facit exitium, illud irritum ac vanum esse debet. Quamobrem antequam perfidia nostra latè diuulgetur, vos quæso, & non sine lachrymis obtestor, Proceres: tecque in primis, Rex inclyte Vladislai: ne datam pro salute Christianæ Reipub. sacro sancto Patri cæterisque fidem villo unquam pacto violandam censeatis: Initam cum Latinis Græcisque societatem fidè sancteque seruare suscepimus: ex conuento expeditionem, sociorum exemplo, prosequimini: iacta immortalitatis & gloria fundamenta tuamini: prouincias Turcarum seruitute pressas liberate: collatae in vos spei satisfacite. Nolite expectationem nunc gentium fallere: quo nihil turpius esse posset: Nulla vos initi cum Turca foederis religio teneat: Illud censete nefarium & detestabile, Pontificij & Christiani foederis violare sanctitatem: Deum (quod cœlesti benignitate prohibeat) si aliter feceritis, acerrimum violaræ fidei fore vindicem existimate: & nihil reputate Christo Optimo Maximo gratus, vobisque gloriosius futurum: quam occupatas à Turca prouincias, omnes humani diuinque iuris expertes, à fera illius seruitute vindicare: Nolite hanc opportunissimam occasionem præterire: qua nulla commodior unquam dari poterit. Deslituta à Turcis est Europa Germanico bello: Pontifica classe in Helleponcio interdictus est reditus: Thraciam, Macedoniam & Græciam Epirumque inuisere tantum & lustrare opus

Opus est: nullus hostis adest. Proinde Pontificium ag
imō potius Christianum quæsto seruate fœdos: & fansta fe-
liciaque castra, veluti vobis cum socijs conuentum
est, in Macedoniam Thraciamq;
mouete.

F I N I S.





LIPSIAE
EX OFFICINA TYPOGRA-
phica Abrahami Lam-
berg.



A N N O

D. M. X C V.

Koll. 2

SELECTISSIMARVM
ORATIONVM ET CON-
sultationum

DE BELLO TVR-
CICO VARIOVRM ET DI-
VERSORVM AVCTORVM

VOLVMENT QVARTVM
BIPARTITVM

CIVIS

PARS PRIMA SAPIENTISSIMAS ALI-
quot disputationes, an cum Turcis bellan-
dum sit, nec ne?

ALTERA CONSILIA SIVE DISCURSVS,
Quomodo bellum Turicum sit administrandum,
complectitur.

RE CENSE NTE

NICOLAO REVNERO LEORINO
Iuris & Consiliario Saxonice.



COMITIB. P. A. I. T. A. E.
Cum Priuilegio Cæsareo & Saxonico.



S T N Θ E Ω.

P RÆFECTVRIS X.
GERMAN. IMP.
CIRCENSIB.

Earumq.

MODERATORIB. AC RECTORIB.

Reuerendissimis
ARCHIEPISCOPIS, EPISCOPIS,
PRAESVLIB.

Illustrißimis

DVCIB. LANDGRAVIIS,
MARCHIONIB. BVRGGRAV.

Generosissimis

COMITIB. BARONIB.
EQUIV.

Nec non

LIBERIS VRBIBVS
ET CIVITATIB.
IMPERIALIB.

Omnibus & singulis

SAC. ROM. IMPERII
STATIB. ORDINIB.Q.

HEROIBVS

SANCTITATE DOMI
FORTITUDINE IN ARMIS

VTRQ. REI CHRI.
PRUDENTIA, IVSTITIA,
CLEMENTIA
ALIISQ. INSIGNIB.
VIRTUTIB.
LONGE ORNATISS.

Q U O D
I M P. R V D O L P H I I. A V-
G V S T I S S. A V S P I C I I S
C O N S E N T I E N T I B.

P R I N C I P V M S E P T E M V I R.
S V F F R A G I I S.

B E L L O S A C R O E T S O C I A L I
I M P E R I I E O M O R A C A S
C O N Q U I N E N T I A C. P E R F E T.

A D V E R S V S V I M E T C R V D E L E M
T V R C A R V M P O T E N T I A M
D E C R E T O

R E B. P R O P E M O D. A D P E R N I C I E M
P U B L. C O M M U N I S Q. M I S E R I A E
I M P O M D O M E T A T A N T O S A S
P R O P L I G A T I S
C O N V I N C T I S N O P U B. V I R I B.

R E I P. C H R I S T I A N A E L A B O R A N T I
A I T I T S V I T A T I D E V R A T
T O T A N N O R. C A L A M I T O S I S S.
E X E M P L I S T I L A
O P E M A V X T I L I V M Q.
F E R R E S A T A G V N T
L O N G E R I O T I

A D E O

A DEO IMMORTALI
IMMORTAL
FELICITATIS OMNIS
AVCTORE

VNO ET SOLO
FELIX BELLI SACRI
AVSPICIVM
FELICIOR. PROGRESSVM
FELICISS. DENIQUE
EXITVM.

AD MAIESTAT. DIVINAE
LAUDEM ET GLORIAM
REIP. CHRISTIANAE
DECUS ET PRAESID.
PATRIAE SALVTEM ET
INCOLVM. PERPET.

EX ANIMO VERE CHRISTIANO
PRECATVS.

INDEX

Parne-

Parentib. Patria

PVB. SALVT. TRANQVILL.Q.
ASSERTORIBVS ET
DEFENSORIB.

NICOLAVS REVSNERVS
LEORIN. IVRISC.

OPERIS ANTITVRGICI
Volumen IV.

FIDEI OBSEQVIOSAE
MONIM. PERP.

D. D. D,



INDEX

J N D E X O R A T I O N V M
Turcicarum Quarti voluminis.

PRIMA PARTE

I.

- V BERTI FOLIETÆ AD M. ANTONIVM CO-
lumnam. f. 1.
2. Fragmentum Augerij Busbequij de nobilitate Turcica. f. 17.
3. Fragmentum Natalis Comitis de potentia & amplitudine Turcici
Imperij. f. 19.
4. Henrici Stephani Oratio ad Rudolphum II, Cæs. & Principes Or-
dinesque Imperij, aduersus Folietam. f. 24.
5. Petri Nannij Alcmariani Disputatio. f. 30.
6. Fragmentum Orationis Turcicæ ad Maximil. I. Imp. Incerto Au-
tore. f. 102.
7. Pauli Iouij Episc. Nucerini ordo ac disciplina Turcicæ militiæ ad
Carolum V. Cæs. f. 115.
8. Ioan. Lauterbachij in Noscovvitz commentatio de bello Turcico. f. 127.
9. Matthei Dresseri de bello Turcico oratio. f. 163.
10. Christophori VVarseuicij Eq. Poloni oratio Turcica. I. f. 197.
11. Eiusdem oratio Turcica II. f. 208.
12. Eiusdem Paradoxon Antiturcicum I. f. 224.
13. Eiusdem Paradoxon II. f. 263.
14. Rudolphi Corradutij commentatio ad Mahometis Bassæ Episto-
lam Pacificatoriam. f. 251.
15. Mahometis Sinanis Bassæ F. ad Ferdinandum Com. Hardeggium
Epistola post occupatum Iaurinum. f. 260.
16. Ioan. Barvuicij confutatio. f. 264.
17. Davidis Peiferi Elegia ad Germaniam. f. 270.
18. Hieronymi VVolfij & Ioan. Stigelij Elegia in stuporem Germa-
niæ. f. 282.

PARTE

- IN IVDA RARTE ALTERA
- 9. Ioan. Sambuci Leges aliquot Imperatorie.
 - 9. Ioan Comitis Tarnouij de bello Turcico ad Carolum V. Aug. f. 1.
 - 20. Consilium.
 - Augerij Busbequij Legati Cæs. ad Solimannum Turc. Tyrannum de re militar i contra Turcam instituenda consilium. f. 18.
 - 22. Christiani Franci Dolium Diogenis. f. 53.
 - 23. Lazari Suendij Baronis Consilium. f. 66.
 - 24. Guilielmi Brusij Scotti consilium. f. 84.
 - 25. Felicis Petancij ad Vladislauum Regem Hungariæ de itinerib. Turcicis. f. 116.
 - 26. M. Antonij Mureti oratio in reditu ad urbem M. Antonij Columnæ post Turcas nauali prælio victos. f. 127.
 - 27. Io. Baptistæ Rasarij oratio de victoria Christianorum ad Echinadas. f. 137.
 - 28. Hieronymi VVolfij de Christianæ clasise victoria. Epinicion. f. 155.
 - 29. Eiusdem Protrepticon, cum varijs Epigrammatis Hieronymi Arconati Sac. Cæs. Maiest. à bellicis Epistolis.



ATLA

DE CAVSSIS MAGNITUDINIS TUR- CARVM IMPERII.

AD M. ANTONIVM
COLVMNAM DVCEM CLARISSI-
MUM, Autore Vberto Folieto Genu-
ensi.

MAgno te dolore affectum
scribis, Columna, ex pace cum Tur-
ca à Venetis facta; Christianorumq;
vicem pudere, quod naualis vi&o-
ria, tuo magna ex parte ductu &
consilio, qui felicissimi principis
Iohannis Austrii socius in imperio
fueris, à sederatis principibus par-
ta, qua nulla post extinctum Romanum imperium maior
aut memorabilior fuit; ingensq; l^atitia ex ea concepta,
tam cito nobis luxuriauerit; ac spes, ad quam felicia ini-
cia piorum animos erexerant, tam breui euanuerit, tan-
torumq; consiliorum apparatus ad nihil reciderint.
Ego verò, Marce Antoni clarissime, dolorem & pudo-
rem hunc puto omnibus bonis tecum esse communem.
Venetorum verò consilium quale fuerit, nec satis mihi ex-
ploratum est; nec si maximè sit, pronunciare necesse ha-
beo. Sunt enim, ut tibi notum est, qui illud vehementer
improbent; grauiterq; ferant, illos nimis celeri rerum de-
speratione defecisse; ac sese bello, illorum in primis causa
suscepto, subtraxisse. In quam sententiam te quoq; Co-
lumna,

lumna, audio propendere. Sunt contrā, qui illos excusandos ducant; dimicationem cum Turca non suarum esse virium cernentes: ceterasq; Christianasq; prouincias ac Principes, nihil felici euentu, ac tam p̄eclatē positis iniicijs excitatos videntes; ad partem laborum & impendiorum, capessendam, egregiamq; occasionem attiriendam, atq; arma cum icereratis coniungenda, societatemq; Turcarum, maritimis vitibus, vt tum putabatur, nudatorum, pro tot acceptis omnium temporum iniurijs vlciscendorum, atq; Europa expellendorum ineundam: Germaniamq; in primis s̄epē à Turcis bello petitam, illorumq; armis continentur vexatam, atq; ingentibus detrimentis affectam, tum autem ob propinquitatem periculo proximam. Quare ea spe destitutos Venetos, ac proinde haud quaquam par sibi vel fœderatorum societate subnixis, cum Turcis certamen esse intelligentes, salutaria speciosis anteferre fuisse coactos; rebusq; suis priuatum consulere; neq; in suam perniciem pertinaces esse voluisse. Disputantur hæc in utramq; partem à multis, pro suo cuiusque ingenio, atq; adeo p̄ suo cuiusque studio. Nos rem incertæ existimationis in medio relinquentes, suo quemque iudicio, nostro non interposito, vt si finemus: cùm p̄fserit superuacanea hæc sint: factumq; intellectum fieri non possit; inanisq; omnis sit, quæ sine ullo fructu est, exposuatio. Illud potius, quod fructum aliquem habere potest, vt tecum communicem, literæ tuæ occasionem mihi dederunt; cogitationemq; quæ tacitè animum meum diu multumq; versauit, tibi aperiam; ac sententiam de ea re meam exponam; quam rem sine ullo opera pretio fore omnino non puto. Siue enim tibi tali sapientia, & vsu magnarum rerum p̄dito viro probabitur opinio mea; tutum me putabo ob abtreffatorum calumnijs: sive minus probabitur; at occasionem scriptis meis tibi dedero, errorem iam diu animo insidentem mihi eripendi. Ego enim cùm tes Turcarum Christianis prouincijs formidolosas semper existimauis; tum verò hoc tempore in maximam illarum admirationem

tionem versus sum; qui ingenti classe deleta, immaniqe re-
 stratarum nauium numero partim de presso, partim à nostris
 capto: ad hoc magna armamentorum & bellicorum appa-
 ratum & naualium instrumentorum vi vndis hausta: præ-
 terea haud exigua fortium bellatorum ac non obscurino-
 minis. Ducum, virorumqe naualis rei peritorum, quorum
 ubiqe magna penuria est, prælio absunt; quibus rebus a-
 missis haud facile multorumqe annorum spacio vires recu-
 peraturi viderentur; tantas tamen Turcarū esse facultates;
 vt nihil illi tanta clade animis infracti; continuò alterā non
 minorem ferè classem compararent; omnibusqe rebus in-
 structam & ornatam in sequentis & statis initio è portu e-
 miserint: quæ in conspectum vicitricis nostræ venire ausa-
 sit; speciemqe certamen non detractantis præbuerit. Sæpè
 igitur mecum quæ siui, quæ caussa tantæ imperij magnitu-
 dinis fuerit; quibusqe artibus Turcæ in tatas opes venerint;
 tantiqe illorum sint in bellicis rebus gropressus: Simul qua-
 refiat, vt tot de nostris hominibus ad illos cōtinenter trâ-
 fugiant, Christianaqe religione eiurata Mahometanæ se & a
 nomina dent: cùm contra nulla aut perrara illorum ad
 nos fiant transtugia. Quæ mihi in hac re veniebant in
 mentem, hæc sunt: Principio vtramqe rem dolendam po-
 tius nobis esse, quam miram videri debere. nam tot po-
 pulos eiusdem religionis charitate, & necessitudine no-
 bis coniunctos, cum tanta nostra, ac multorum ex prin-
 cipibus nostris ignominia, durissimo seruitmis ingo pre-
 mi; neqe vlla nos illorum cura attingi, nihilqe de ope ferendā
 cogitare; ingemiscendum vehementer est ac lugen-
 dum: tantam mentibus nostris oblatam cæcitatem; cùm
 non magis fratribus nostroram oppressorum miseriæ nos
 commouere debeant; quam earundem rerum nobis immi-
 nens periculu sollicitos habere. Latius enim hoc incendiū
 indies serpere videmus; ac proxima quæqe amplectendo
 ad vltiora peruenire; neqe immane Turcarum, & blantem
 cupiditatem vllis opibus impleri: aut amplissimis & opu-
 lentiissimis partis regnis quiescere: sed ex rebus captis

ad alia sibi gradum deinceps facere. Quæ res èd est ad timorem horribilior : quod cùm omnis servitus tetra per se res, ac morte ipsa durior: tum quæ à Turcis impendet, omnium, quævnquam fuerunt, atrocissimam esse, & maximè execrandam constet. Necq; enim Turcæ satis habent, partas prouincias imperio suo subiugare; sed omnibus, quicunq; ingenio, fortuna, opibus, dignitate excellunt, extin&is : tum omni nobilitate vel trucidata, vel in remotissimas terras procul amandata; ad hoc omnibus præclaris artibus, omnibusq; ornamentiis detractis; illas in omni genere deformatas, exangues, enectas, ad somnum squalorem, horritudinē intuentibus speciem redigunt. Et tot fratum nostrorum (quod alterum ad dolorē proponebatur) plorandum ne vicem, an nefarium scelus detestandum dicam ? qui exigui caduciique boni specie decepti, sempiterna ac cœlestia bona relinquant: Christianamq; religionem de cœlo demissam, & ab ipso Dei immortalis Filio hominibus traditam, quæ vna ad sempiternam beatitudinem cœlestiaq; regna nobis iter parafaciat & communiat, cæteris omnibus vijs obstruetis, deserant? Dolenda hæc quidem, vt initio dixi, nobis sunt, Marce Antoni: omniq; ope contendendum, ne eadem nobis quoq; accidant: neuē in eundem statum ac locum, quo nullus est in miserijs inferior; perueniamus. Verūm tanta Turcarum gloria, torq; annorum felices successus, nemini in rem auctè intuenti miri videri possunt. neq; enim aut inusitata est res, aut caussæ sunt obscuræ. Ex planiores sient si nostros, & illorum mores, instituta, consilia, disciplinam inter se conferendo, sigillatim persequemur. Principiò illud inter omnes constat, in cæteris causis, quæ Règna ac Respublicas, ad magnas opes magnamq; potentiam extollant, atq; imperium augeant, religionem primas obtinere. Religionis autem duplex est munus, alterum præstantissimum illud ac diuinum: eius causa religio ipsa hominum mentibus diuinitus insinuata est: quod sese illa nobis ad cœlestem & immortalem beatitudinem,

dinem, ut dixi, vnam, & certissimam ducem præbet: quo dono nullum à diuino numine ad homines maius peruenire potest; quodq[ue] eiusmodi est, vt omnes opes, & voluptates, omniaq[ue] regna, & imperia, & cætera humana omnia præ illo sordida, & nullius pretij sint. Quid enim (inquit Dominus) mortalibus profuerit orbis imperio potiri, atq[ue] interea animæ suæ damnum facere? Alterum illud est religionis munus, quod ad temp publicam gerendam, populosq[ue] in officio & legum obseruatione continendos pertinet: ad quam rem, sapientes viros, quiq[ue] ciuitates considerunt, & resp[ublicas] instituerunt, religione vlos esse, omnium seculorum monumenta testantur. Quæ res non modò de religionis maiestate nihil detrahit: sed eam suspiciendam magis facit: quod multiplex sit eius usus; sefecq[ue] illa in humanas quoq[ue] res gerendas & moderandas, ac ciuitates conseruandas, utilitate sua fundat. De primo illo nobilissimo munere, nullus nobis in præsenzia erit sermo: neque enim ad institutam nostram disputationem quidquam pertinet. Illud tantum obiter attigisse sufficiat, omnem Christianis hominibus etatem esse debere in gratijs divino Numini agendis: cuius beneficio eximij fuerimus: qui cœlesti hoc veræ religionis mentibus hominum prælatum lumen soli agnosceremus, altissimis errorum tenebris discussis; quibus religionis nostræ expertum mentes cœcatae sunt; infinitoq[ue] interuallo Christianam conditionem Mahumetanis præstare: qui nefarij impostoris commentis decepti, impiaq[ue] dogmata sequentes, à cœlesti itinere auersi ad infima tartara sempiternoscq[ue] cruciatus præcipites rapiuntur. verum hæc, vt diximus, alterius sermonis sunt. Quare veniamus ad eam partem, quæ institutæ questionis propria est, in qua nihil hac quidem in parte refert, vtrum vera an falsa sit religio (nam hoc, vt diximus, ad animarum salutem tantum valet) sed omnia in eo positæ sunt, vt religio, quæ curq[ue] tandem illa sit, castè & integrè obseruetur. Huius autem religionis in primis præficio, regna & populos ad amplissimas opes peruenire:

atq; ad altissimum dignitatis & potentie locum ascende-
re: cum firmissima ratione demonstratur, tum clarissimis
exemplis comprobatur. Nam cum præcipua sit augendi
Imperi rei militaris ac publicæ virtutis via; res porrò mi-
litaris duabus in primis rebus continguntur, obedientia, &
disciplina: utriusq; rei fundamentum est religio. quo fa-
ctum est, vt omnes populi, quicunq; ad magnam potenti-
am & gloriam peruererunt, ijdem religionis diligentissi-
mi cultores fuerint. Verum, vt cæteros omittam, Roma-
norum exemplo contentus ero: qui omnibus populis non
minus humana sapientia, quam opibus, fortitudine & glo-
ria præstiterunt. Intelligentes igitur virti sapientissimi, ad
republicam amplificandam, imperiumq; propagandum,
maxima ac præcipua esse religionis momenta, de nulla re-
tantoperè laborarunt, quam de eius cultu tuendo diuinis
numinis metu, & opinione populo iasuanda. Quare re-
ligioni tantum semper tribuerunt, vt nihil neq; publicæ,
neq; priuatæ rei, nisi Diis auctoribus, gererent. Nihil i-
gitur inchoabant, nullum negotium ingrediebantur, nul-
lam expeditionem suscipiebant, nullum prælium inibant,
nisi auspicato. Nihilque aliud agebant votis nuncu-
pandis & persoluendis: templis dicandis: prodigijs, quæ
nunciabantur, quibus nunquam à sapientibus illorum se-
culorum viris obrogata est fides, procurandis: pace Deo-
rum sacrificijs & supplicationibus expostenda; quam
vt populo persuaderent, omnia Deorum nutu fieri & regi;
eosq; omnia humana animaduertere: ac cum omnium sce-
lerum, tum sui in primis numinis spreti ac violati acerri-
mos esse vindices. Quod siebat, vt Romanus populus
nullum crimen atrocissimum duceret, quam iusurandum vio-
lare. Cuius quanta fuerit religio, vel illo exemplo cla-
rissem patet: cum Consul, vt populum à legum cura,
quas tribuni plebis promulgarant, & à concionibus auer-
teret, se legiones in expeditionem ductum pronun-
cianit: cuius militiæ detractione cum nulla esset via: neq;
in tribunitia intercessione quidquam præsidij: quod in
ver-

verba consuliſ iam antea iurassent; nullaq; ostenderetur
 ſeſe religione exoluenditatio; quam Consule de medio
 tollendo; conſilium ceperunt Consuliſ interficiendi. Et
 habuiffet res effectum; niſi edoſi fuiffent, nullam ſceleſe
 religionem exolui; leuius videlicet caſis, quam violati iu-
 riſiurandi crimen putantes: quæ res milites dicto Impera-
 torum audientes faciebat, in cuius verba iurauerant: vt is
 populus, qui in pace togatus tam contumax eſſe sole-
 ret, tamq; ad ſeditiones promptius; idem in bello tam mi-
 tis ac continens eſſet: iuriſiurandi religione in bello vide-
 licet obſtrictus, qua in pace erat ſolutus. Cuius ranta viſ
 erat, vt eius obſeruationem ſuę ipſorum animę antefer-
 rent: oeruicesque ſecuri hand retractantes ſubijcerent: ſi
 quando male gesta re Consul morte militari in decimum
 quemq; capitali ſupplicio animaduertere conſtitueret.
 Qua re fiebat, vt anciipi mortis timore, & ab hoſte & ab
 Imperatore proposito: milites strenuam & audacem ope-
 ram in prælio nauarent: ac notiūs quam aciem deſererent,
 fortiter pugnantes occumberent: ne incertæ mortis me-
 tu, cuius periculum virtute, & audacia diftinetē poterant,
 in certam, cuiusq; effugiendæ omnis à religione præcide-
 retur ſpes, incidenterent. Nemo igitur ſanus negauerit, ieli-
 gionem cùm totius publicæ, tūm inprimis bellicæ rei fir-
 missimum eſſe fundamen tum. Ab utris porro ſanctius
 & caſtius, à Turcis ne, an à nobis hæc ipſa religio colo-
 tur: malo in aliena existimatione relinquere, quam ipſe
 ſententiā mea ſtatueret. Nonnulla tantum persequar, quæ
 mihi veniebant in mentem. Principio cùm illis religionis
 præcipuæ ſint partes, vt omnia ad diuinum numen referan-
 tur, eiusq; voluntate omnia humana regi, & gubernari pu-
 temus; mirum eſt quantum Turca ea in re nos antecellant;
 quamq; hanc opinionem mentibus penitus inſtrant habe-
 ant, qui diuinæ prouidentiæ tantum tri būunt: vt ea in re
 nimij ſint: quippe quia omnia ad ſati necessitatē reuoc-
 ent, nullis humanis conſilijs uitabilem. Quare vniuersi
 terminiū vitæ ſato ſtatutū putant: quinque proferri, atq;
 con-

contrahi possit: proinde cum præstituta hora mortis, ^{re}nerit, eam omnino esse obeundam; ac nihilominus esse moriendum, si in cubiculo tuo clausus præculab omni discrimine fueris; quām si in medio pugnæ ardore inter milles in te vnum intenta tela verseris: si non venerit, te ab eiusdem telis iugulum tuum potentibus nihilominus, quām in cubiculo, tutum fore. Quæ opinio et si, quod ad fati necessitatem attinet, improbanda est; tamen ad id, quod nunc agimus, illud habet boni: quod Turcas in prælijs ineundis, ac discriminibus adeundis audaciores, ac minimè retractantes facit, mortis metu dempto: cuius periculum non à discriminibus, sed à fato pendere putant. Verū omnia humana in diuina moderatione versari, omniaq; à diuino numine pendere; pia in primis ac vera est opinio: cuius retinentissimi esse debemus: omnesq; caussas illam labefactare solitas diligenter vitare: in primisq; cauere, ne ullis Philosophorum disputationibus contraria suadentium ab illa abducatur; eorum præsertim, quorum secta maximè viget, & inflore est, hoc est; Peripateticorum: quorum magna pars de diuina natura ita disputationat: vt illam nulla humanarum rerum cura attingi contendant: neque ullam illarum procurationem habere, aut verò habere posse: quæ etiam sordidissima res sit, tantiq; numinis maiestate indigna; quæ impia opinio religionem prorsus tollit. Frustra enim diuinum nuren precibus, votis, sacrificijs, omniq; religionis cultu nobis propitium facere contendimus: eiusq; pacem frustra exposcimus, & opem imploramus: siquidem omnia hæc ab illo non animaduertuntur. Quo impedimento plane carent Turcæ: quibus Philosophiæ studium legibus est interdictum. Quod quamquam alia de causa improbum veteratorem fecisse non sum nescius; nimis ne legum suarum vanitas appareret: utile tamen Turcis commentum est, ad religionis suæ opinionē tuendam. Omnino Philosophiæ hoc studium utile ne, an damnosum mortalibus sit: neq; huius loci- ac magnæ & longæ disputationis est. Nosq; in eo inse-

Etando

Etando in tribus illis librīs, quos adolescentes edidimus,
 nimium fortasse acres & vehementes fuimus ardore æta-
 tis incitati; ingenioq; ac se efferenti copiæ indulgentes:
 qui libri multis in locis corrigendi sunt: resq; alio scri-
 bendi genere tractanda fuit: neq; acri illo & vehementi æ-
 gitanda: sed æquabili & sedato querenda. Hæc igitur
 Turcarum animis penitus insita opinio illos diuini numi-
 nis metuentes facit: illorumq; studia ad religionem exci-
 tat & incendit. Quare fit, ut erga erroris illum plenum
 cultum, omnia illorum falsæ pietatis & diligentia officia
 in omnes partes planè constent. Nam templa summa cum
 veneratione frequentant: diuini numinis pacem atq; o-
 pem demississimè, atq; humi prostrati exposunt: res sa-
 cras venerantur: sacerdotes non modò legis suæ, sed no-
 stros quoq; in tanto honore habet, ut illos quoquo modo
 violare nefas putent. Quæ res innumerabilibus piratarum
 exemplis, quod mirandū sit, patet: quorum pleriq; cùm ali-
 quem sacerdotem de nostris cepissent; eum è vestigio di-
 mittere solebāt: ne se grauissimo crimine sacerdotis & mi-
 nistri eius retenti Deo immortali obstringerent. Cauentq;
 diligenter ne quid contra legem apertè admittant: eamq;
 maximam offensionem in primis vitant: ac si quis eius cri-
 minis conuincatur, in eum seuerissime animaduertunt.
 Nulla igitur ia Deum immortalem conuicia apud illos au-
 diuntur: nulla sunt adulteria; nihil deniq; in quo legis vio-
 latæ, aut negligenter aduersatæ sit offensio. Quanquam
 non sum nescius, atrociora flagitia ab impia & execribili
 illorum lege illis permitti. Cuius obseruationis illustre
 exemplum nostra ætate à summo Imperatore Solimæno
 editum non pigebit referre. Nam cùm una ex puellarum
 gregibus, quas summi Imperatores intra septa in concu-
 binatu habent (licet enim per Mahumetis leges concubinæ
 habere quot plurimas alere possunt homines) fre-
 quentiùs, quam cæteræ, cubitum accersita, summum Im-
 peratorem sui amore captum sensisset; vafro commento
 assecuta est; ut ab Imperatore manumitteretur (in ser-
 b b b uitute

titute enim Imperatoris sunt pueri, & pueræ, qui septem
illis includuntur) cumq; postea lectica, ut ahioret, missa
accenseretur; mirari se illa summi Imperatoris rationem
vehementer respondit: qui tantæ maiestatis princeps sa-
cram Mahumetis legem, qualibetarum concubinatus di-
fertis verbis prohibeatur, aperte violare non vereretur:
eaq; in re apud populos, quorum oculi in illum essent con-
iecti, tam grauiter offendere. Qua responso commo-
tus Imperator libidinis impetu in præsentia inhibito, po-
stero die quæ suit ex legis peritis; an per legem liceret, li-
beras mulieres in concubinatu habere. Quod cum illi ne-
gassent; Imperatorq; pueræ; quam perditè amabat, con-
suetudine carere non posset; illam uxorem duxit. Non ne-
cessé habeo nunc contra referre, ut sese hac in re habeant
Christiani, ne vulnera, quæ sanare non possum; at tre-
ndo refricem. Próximo à religione locum in republica
gerenda, atq; in Imperio amplificando obtinet disciplina:
in qua nihil est, quod vlla inter nos & Turcas suscipiatur
comparatio; cùm apud illos summa, apud nos fermè nul-
la prorsus sit. Illud enim constat, summum Imperatorem
statis temporibus conqueritores omnibus Imperij pro-
uincijs circummittere ad puerorum delectum habendum;
qui omnibus primæ ætatis pueris ciuitatis in conspectum
adductis; quorum indoles ex forma, habitu membrorum,
totaq; corporis specie & aspectu probatur; eos deligunt;
eorumq; greges in Regiam adducti in disciplinam tradun-
tur; in qua iaculandi, equitandi, armata tractandi, omnes de-
nique militiae artes docentur: animiq; ac corporis vires longa
exercitatione corroborantur; neq; quisquam ad militiam
admittitur; aut ad bellie munera assumitur; nisi longa
hac disciplina & vsu assuefactus. At nostri contrà exerci-
tus hominibus militarium rerum rudibus omnisque disci-
plinæ expertibus constant. Huius autem disciplinæ tri-
plex est vsus & utilitas. Prima est hæc ipsa rerum bellica-
rum peritia, ac firmis corporis robur: quæ in Turcis tan-
ta sunt, quanta assidua & diuturna exercitatio efficere
potuit.

potuit. Cuius robotis argumento sit illud s^apē editum specimen; sagitta ex arcu Turcico tanta contentionē emissa; vt summam remi partem, atq^z à scalmo interiore crassitudinis ferē dodrantalis transfigat; ita vt cuspis spiculi ex altera parte appareat. At nostri contrā milites, ad militares ordines temerē, ac sine dele^ctu adscripti, omniumq^z rerum ignari; tum usū militares atq^z artes discunt; cū illas multō ante perceptas explicandi tempus venit. Altera est illa vel summa vtilitas, laborum inopiae que tolerantia; animusq^z aduersus omnia mala rerumque penuriam inuestus. Afsidua enim exercitatione assuefactus animus nullo labore vinci potest: tenuisque victus ac cultus, summaq^z parsimonia, in qua educari sunt, paucissimis ac necessarijs rebus contenta est: maximaque copiae minimis commensuribus aluntur, quo sit, vt in bello expeditiores sint illorum exercitus, ac classes; hand magna sarcinarum atq^z impedimentorum vi agmen tardantibus. At nostri exercitus & classes ingenti vasorum, & supellec^tilis mole grauantur; militesq^z ad laborem insuetum subito deficiunt: neque nisi omnium rerum copia circumfluant, possunt durare; neque necessario victu contenti, delicatum quoque querunt: eoque iam turpitudinis res processit; vt maior penē sit conuiuiorum, & omnium apparatum in bello & expeditionibus; quām in pace & in urbano ocio luxus. Pudet referre, iam niuem ad potum refrigerandum classibus circumuechi. Tertia est, Obedientia vtilitas: qua virtute res bellica imprimitur, continetur. at hēc apud Turcas tanta est; vt necq^z nostra, neque vllis saeculorum etatibus apud vllas gentes maior fuerit: cūm contrā nos contrario vitio flagitiosē laboremus. Contumaces enim sunt milites nostri, neque imperij obediētes: quippe qui nulla disciplina mansuefati sunt: nulloque pœnæ metu in officio contineantur; vt Christianorum castra, ipsorum militū nostrorum seditionib. quā hostiū oppugnationibus, infestiora ferē sint. Quo vitio ne duces quidē ipsi ac proceres earent: quorum ple-

riq; deprauatis cupiditatibus; ac priuatæ ambitioni, queq; nihil fœdus est, quæstui seruientes, ac bellum cauponantes; rempublicam produnt: nullamq; principibus suis non modò fidelem ac fortèm operam nauant: sed alterius glorij inuidia & obtrætatione, ad rem benè gerendam sibi ipsis sæpè mutuo impedimento sunt: nulla pœnæ expectatione à tanto flagitio deterriti: vt nullus iam sit apud nos, quo descendamus, in ferior dedecoris & infamiae locus. Iam verò virtutem, quæ in caussis Imperij amplificandi præcipua est: si maiorem in Turcis, quam in nostris hominibus esse dixero; & iniuriosus in gentem nostram fuerim, & magnam inuidiæ molem mihi conclarim. Illud tantum dicam, virtutem maiore in honore esse apud Turcas: illiq; vni esse in rebus militaribus locum; ijsq; tantum hominibus munera mandari: quorum conspecta virtus, atq; in rempublicam merita, per omnes deinceps honoris gradus ad summos honores extulerint: cùm apud nos nobilitas altissimum locum teneat: eosq; maximis muneribus præfici videamus; qui cùm nullum sui documentum dederint; sola nobilitate, familiæq; splendore eniteant. quæ res indignationem struorum ac fortium virorum accedit: quorum multi Christianam militiam deserentes: in qua nullum virtuti suæ locum esse videant; omnemq; sibi crescendi spem præcisam intelligent; ad Turcas se conferunt: quos virtutis fama spectatores Turcæ complectuntur: omnique honorum genere prosequuntur; & ad summos militiæ gradus extollunt: quippe qui qualis sit vir, non unde sit, quærendum putent; neq; virtutem tanquam fortunæ bona hæreditariam relinqui didicerint. Evidem non nego nobilitatem in magno pretio esse debere; magnamq; vim habere ad hominum animos ad virtutem excitandos: magnumq; ijs hominibus; in quibus virtus sit, addere ornamentum. Verum illam virtuti præferri; eaq; de caussa grauissimas reipublicæ partes, ac belicarum rerum summam hominibus mandari, qui sola nobilitate commendantur: hoc planè imprebandum est, reicq; publicæ damnosum.

m̄nosum. Filios ac fratres Regum eximios facio: quibus summum imperium mandari, non modò non damnum, sed utile si primis reipublicæ est. Nam cum in omnibus humanis rebus plurimum auctoritas valet: tum vero in bello tanta sunt illius momenta: ut maxima rerum pars in illa posita videatur: quippe qua obedientiam comitem habeat: qua rem militarem in primis contineri diximus. Quare illorum imperijs milites & duces haud detrectanter parent: quippe quorum summa dignitas omnem inuidiam & obtricationem exsuperet: cupideq; illis operam nauant: quod egregia virtutis facinora in ipsorummet oculis edita, neq; latere possint: neq; obtrectorum calumnijs obscurari aut eleuari: sed debita premia expectent. Postremo, pena & premio res publicas in primis contineri, constans est veterum sententia: qua utraq; in re mirum est, quanto interuallo Turcis simus inferiores. Verum ego me magnam inuidiae molem nomini meo conflatrum, gravissimeq; apud multos offensurum intelligo: si Turcarum rationem nostræ anteponem: à qua re tantum absom, ut nostram longè humaniorem, & præclariorum esse statuam. Turcarum enim omnia consilia & instituta ad bellum referuntur: contrà apud nos pacis & ocij studia potiora, ac maiore in precio sunt: maioreq; opera & diligentia, ac maiore pecuniarum & temporis impensa excolluntur. Principio, ingens est apud nos Sacerdotum ac Monachorum numerus: hiq; amplissimas opes, & magnam potentiam possident: ac splendidissimum cultum tuentur, latifundijsq; & opulentissimis ac frequentissimis cœnobij suis omnes Europæ provincias occuparunt: maximaq; frumentum & vestigium nostrorum pars illis cessit. Quia in re laudanda in primis est maiorum nostrorum pietas & sapientia, qui in sacerdotum ordinem, & in sacras res tam liberales fuerint: quiq; tantam opum suarum partem in diuinum cultum splendidè tuendum; atq; in egentium inopiam subleuandam, bonarumq; artium & doctrinæ studia souenda & alenda tam largè contulerint. Præterea Iudicab b b b 3 cia a-

cia apud nos maioribus contentionibus, maioreque eloquentia ac longiore temporis traectu exercentur; quare magnus est apud nos iurisconsultorum, magnus indicum, oratorum, causidicorum, scribarum numerus; quibus amplissima præmia, & magna mercedes sunt constituta: forensisq; opera & industria haud exigua Christianorum opum partem ad se se trahit. Iam vero literarum, & doctrinæ Gymnasia frequentissima apud nos sunt: quæ magna impensa ipsa quoq; tuemur; multiq; sunt, qui ad illa se conferant; in doctrinæq; studijs, quæ in magno honore esse videant, aut omnem, aut magnam ætatis partem ponant. Postremo quanti, (Dij immortales,) sumptus sunt in manuum artificia! quam immanes apud nos sunt substructiones! quanta & publicorum, & privatorum ædificiorum copia & magnificentia! quanta signorum, tabularum, stragulae, cœlati argenti, supellectilis vis! quantus domestici, ac quotidiani cultus splendor! quanti conuiuorum apparatus! quantus in vestitu, & in omnibus rebus luxus! quantis mercedibus eiusmodi rerum artifices aluntur! Quæ omnia ut Christianas prouincias mirè ornant; atq; vt Turcæ rudes, & agrestes præ nobis videantur, faciunt; ita bellicis rebus & augendo imperio minimè apta sunt. Magnam enim opum Christianarum partem in bellum insumendarum auferunt. At contra apud Turcas hæc omnia tenuia, aut nulla sunt, nam sacerdotum numerus exiguis est, cultusq; pertenuis, necessarij tantummodo rebus suppeditatis, Iudicia nulla contentionibus agitantur; breuiq; ac semel aut summum iterum causa dicta, sine hac tanta commentariorum congerie forenses causæ transfigurantur; ut nihil necessaria sit tanta patronorum & scribarum copia. Nulla sunt apud illos Monachorum instituta: nulla ædificiorum moles; nullus in quotidiano cultu splendor: vietus tenuis, neq; vlo coquorum artificio elaboratus, neq; enim Turcæ ista curant aut suspiciunt: sed omnia illorum in bellicos usus insumentur; omnesq; opes, ac præmia viris militaribus cedunt. His soli apud

apud illos sunt in honore: ut mirari non debeamus, strenuos & bellicosos viros, Christiana militia relata, cui per exigua præmia sunt proposita, quorum etiam paucissimi participes sunt; ad eam sese conferre, quæ ipsos dignitate & opibus augeat. Cum igitur una tantum sit apud Turcas ex bellicis rebus crescendi via: haud mirum videri debet, omnes illorum curas in eam rem intentas: quæ una ipsos ad honores, opes, potentiam perducat. Quod fit, ut illi bellica gloria & rerum gestarum magnitudine cæteris gentibus antecellant; ingensq; apud illos sit militum, & fortium virorum numerus: magnaç; equestris & pedestris copia alantur: illorumq; nomen omnibus sit terribile: atq; in bellis, quæ pro augendo impetio continenter suscipiunt, victores euadant. At nostrorum hominum studia in variis res distrahuntur: operaç; & industria in multis artibus occupatur: ut pere exigua pars bellicis studijs possit vacare. Manuum enim infiniti generis artificia, litterarum studia, rerum sacrarum professio, maximam Christianorum hominum partem à bellicis cogitationibus auocant. Eam enim viam homines libentius inserviant; quæ planior, & tutior, minusque laboriosa est, ac discriminibus prorsus caret: ad illudque vitæ genus sese conferunt, quod ad eosdem honores, & ad easdem opes nihilominus eos extollit: quod fit, ut vrbes nostræ mercatorum, opificum & sellulariorum copia sint refertæ; omniaque Philosophorum, & Theologorum disputationibus, & clamoribus personent. Quæ res ut orbem nostrum mirè exornant: ita rem bellicam enervant: exiguaque proiode est apud nos bellatorum copia, viresque sunt imbecillæ. Quæ in re illud procerro, ab subducta ratione affirmare non dubitabo; ex ea autem, quæ sit armis ferendis, vix centesimum quemque apud nos militaribus studijs sese dedere: cum contra Turcarum longè maxima pars militarem rem colat. POE NAE verò, quarum metus ad ciuilem & militarem

militarem disciplinam continendam in primis valet, apud nos quidem & quæ atq; apud Turcas constituta sunt: Verum non in legum decreto, sed in observatione sanctitas disciplina posita est. At nos legum severitatem, aut eloquentia vafrisq; patronorum & oratorum commentis vitamus: aut gratia inflebitus; aut potentia perfringimus. Contrà apud Turcas nulla est aut culpæ deprecandæ via, aut pœnæ subterfugiendæ spes. Quod fit, ut omnia apud nos corrupta & soluta sint: summaq; sit omnium rerum licentia; atq; omnia pro animi libidine administrentur: militesq; pœnæ metu liberi omnia solutè & negligenter agant: ad hoc omnia seditionibus & rixis misceant: neq; dicto audientes sint: verbis tantum feroces, factis ignavi: in aciemq; producti prælium vix initum turpiter omittant: ac primis ordinibus leuiter impulsis, omnes sese, ne tentata quidem pugna, in fœdam, & effusam fugam conijciant: Duces vero apud nos multi adhuc quidem præstantes sunt, ab omnib; sordeliberi atq; omni infamia intacti: Sed quid tandem faciant viri quamuis egregij, in tam corruptis moribus? Impar illorum virtus adultis seculi vitijs est. Quamquam ex summis quoq; ducibus nonnullos scimus priuata consilia priuatasq; cupiditates bono publico anteferre. Inferiorum vero ordinum Ductorum haud minora, quam militum sunt flagitia: quorum maxima pars bellum ad quæstum conuertunt, militiamq; nundinantur. Stipendijs enim interuersis numerum militum mentiuntur; alijs in locum eorum cum exercitus lustratur, subornatis. Quod fit, ut copiæ nostræ stipendijs frequentes, ratiæ sub signis sint. Omnibus eiusmodi vitijs castra Turcarum carent: quietissimi enim sunt milites atq; Imperijs obedientissimi: militariaq; munera impigrè obeunt: atq; omnem ferociam prælio reseruant; quod ingentibus animis ineunt & sustinent: neq; primis aduersis rebus secundaq; hostium fortuna franguntur, aut aciem deserunt: sed maiore legum & pœnæ, quam hostis metu continente, fortissimè dimicantes, locumq; assignatum tuentes; fortunam se

nam se verterem expectant, omniaq; ultima experiuntur. Quippe quibus atrocissimi supplicij horribili ac foeda specie animo obuersante fixum, ac statutum est; aut viatores discedere; aut, si virtuti fortuna inuidet, honestam morte, atq; ab hoste oblata, in acie potius cadere, quam domi collum securi subiucere; aut iugulum carnifici præbere. Cum militum obedientia ducum virtus certat, qui nulla priuata consilia à publicis separata habent, omniaq; ab illis, & fortium virorum officia, & egregiorum ducum munera in temp. & in summum Imperatorem extant. Habes Columna clarissime, quæ mihi de Imperio Turcarum in mentem venerunt: ea si probabis, lœtabor; sin minus, complices: ne ea in manus hominum veniant; quæ de iudicij mei existimatione sint detraæura.



LOCVS DE NOBILITATE TVRCICA.

Ex Augerij Busbequij Itinere Amasiano.

NVllus in frequentissima Cæsaris Solymanni aula & tanto exercitu Nobilis nisi ex suis virtutibus, & fortibus factis. Natalibus nemo à reliquis distinguitur: Honos cuiq; pro muneric & officij, quod administrat, ratione defertur, nullum ibi de loco certamen; muneric genus, quo fungi-

fungitur, suum cuiq; locum assignat. munera verò & officia princeps ipse distribuit: in quo non divitias, non sumū nobilitatis pendit; nō gratiam cuiusq; aut multitudinis indicium moratur; sed merita considerat; sed mores ingeniumque atque indolem intuetur; ex sua virtute vnusquisque ornatur; iij muneribus, qui sunt ad ea obeunda idonei, præficiuntur. suos ibi quisq; natales, suam fortunam, quam singat pro arbitrio, in manu habet. qui rerum primas à principe tenent; ferè sunt pastorum aut bubulcorum filij: de quo, tantum abest ut eos pudeat, etiam inter se gloriantur; eoque plus sibi tribuunt, quò minus maioribus aut natalium fortunæ debent. neq; enim aut nasci aut propagari traducue virtutem, putant; sed partim à Deo dari, partim bona disciplina multoq; labore & studio comparari: vtque paternam artem nullam, non musicam, non arithmeticam, non geometriam: sic nec virtutem ad filium aut hæredem transire; nec animati ex semine paterno suscitari: ut filium patris similem nasci necesse sit; sed cœlitus in corpus infundi credunt. Igitur ea in gente dignitates, honores, magistratus, virtutum & meritorum præmia sunt: improbitas, ignavia, inertia nullo honore pensantur, iacent, contemnunturque. Ergo illi rebus benignis florent; dominantur: imperij fines quotidie proferunt. apud nos alijs visitur moribus; virtuti nihil est relatum loci: omnia natalibus deferuntur: opinio ne natalium omnes honoris aditus occupantur.

sed de his rebus alias fortasse
 plura.

LOCVS
 DE POTENTIA ET
 AMPLITUDINE TVRCICI
 Imperij.

*Ex Historiarum Natalis Comitis Libro
 decimo septimo.*



Tappareat , quām intumera-
 biles copias Turca facile colligere pos-
 sit; & quæ Imperij Turcici sit amplitu-
 do; non videbitur insuaue aut absurdū;
 Si, quanta fieri potest breuitate, fines
 Imperij Turcici descripscrimus; vt sci-
 atur , quantus prouentus, & quantos
 telluris tractus ille occupauerit; in quo quāmis quædam
 sunt solitudines ; tamen alibi mira est frequentia urbiū
 & populorum; apud nos nihil honorificum censemur, præ-
 ter disciplinam rei militaris. Incipit igitur Turcarum im-
 perium ab ea parte, quæ prospectat ad septentrionē & oc-
 casum versus à Pannonia & Transyluania; quas ferè omnes
 prouincias possidet; præter paucas urbes & castella, quæ
 parent Regi Romanorū. Mysia superior prætereā, &
 Mæsia , & Triballorum regio à purpurato Taurumni gu-
 bernantur; parentq; imperio Torcarum: Tum Serimia &
 Illyrium; quod constat ex ijs regionibus , quæ vocan-
 tur Bossina, Seruia, Dalmatia, præter exiguum partem,
 quæ parer Venetis, subiicitur Imperio Turcarum. Est
 aurem Illyrij regio per ampla; cùm vniuersus tractus is
 comprehendatur; qui à Sava fluvio in citeriore est
 regione; à fontibus eius fluvij , illuc usque ibi intrae-

in Danubium. Est autem regio cùm amplissima, tùm fertilissima ac populosa in primis; in qua permultæ sunt celebres vrbes; neq; minus, quām Italia habitatur. Thracia deinde, vbi est metropolis Byzantium; & Chersonesus, vbi Gallipolis; & Macedonia regio latissima; olim Æmonia vocata; in qua centum & quinquaginta populi antiquitus fuisse memorabantur; quæ ad occasum habet Adriaticum; ad orientem Ægeum mare; ad vrsas cum Mæsia & Dalmatia coniungitur; ad meridiem habet gentes Epiroticas; paret eidem Imperatori. Porrigitur autem ad Thessalonicam usq; in sinum Termiacum; & ad Adriaticum sive Ionium non procul à Dyrrachio; & ad littus ultra Epirum, vbi sita est Corcyra è regione Achaia præterea, vbi fuerunt Thebæ & Athenæ, & Peloponnesus cum Chalcide Euripi, Turcicæ est dirionis; quæ tota regio, si tamen Pannonia, Transyluania, Mæsia ac Myśia superior non includantur, non minor est, vel forte etiam maior & frequentior tota Hispania. Nám si maritimo itinere à Tarna procedatur Byzantium: undecim millium, & ducentorum stadiorum iter conficietur: ex altera parte si è Triballis Illyrioq; & ad mare usq; Euxinum, atq; inde Byzantium accedatur; multò amplius est itineris spacio; cùm circiter viginti & quatuor millia stadiorum intercedant. Illud autem spatium totum terræ paret Ottomanico imperio; præter id parum quod est Venetorum in sinu Corcyrao. Parga è regione Corcyrae sita, vniuersaq; illa regio administratur à purpurato Turca, quem vulgus Belerbejum Græciæ appellat. Hæc est illa pars tantum Europæ, quæ Ottomanico imperio subiecta est; paretq; Turcicis legibus. In Asia verò multò maius & opulentius habet imperium, quippe quod in sex partes, sive in sex præfaturas amplissimas est diuisum; quibus singulis præfecturis purpurati singuli cum prærogia potestate dignitateq; præficiuntur; quibus septima accedit Ægyptus. Atque cum Asia pars mundi tertia esse dicatur: si quis eius dimisiatur amplitudinem; non multò minus continere comple-

perietur; quād̄ reliquæ simul duæ mundi partes. Hanc separat ab Europa fluuius Tanais in montibus Riphæis ortus; qui per Scythes & Sauromatas populos in paludem Mæotidem deuolutus, ad Aras Cæsar is ingreditur. Ab Africa diuidit Nilus celeberrimus Ægypti fluuius; qui per septem ostia in mare mediterraneum ferè è regione Rhodi ingreditur. Prima igitur præfectura est Asia minor ultra Propontidem & Hellespontum, quæ in quatuor regiones olim diuidebatur, Myiam, Cariam, Lydiam, Phrygiam; atq; ea præfectura à mari Euxino ad mare usque Ly- cium vocatum ultra Rhodum extenditur: atq; intra continentem Asia ipsa Minor continet tantum terræ spatium; quantum vix posset quindecim dierum itinere pertransiri. Secunda præfectura est Ciliciæ ac Pamphiliæ è regio- ne Cypri, atq; Cilicia ab oriente Amano monte clauditur; à septentrione iugis & collibus montis Tauri. Iungitur Cilicia cum Pamphilia ab occidente, atq; Pamphiliæ ter- rini sunt ad orientem Cilicia, uti dicebam, & pars Cappadociæ; ad occasum Lycia; ad meridiem mare Pamphi- lium appellatum; ad septentrionem Galatia. Tertia præfectura continet Cappadociam & Galatiam, & à Cili- cia ad pontum usq; Euxinum, in qua comprehensa est Tra- pezuntia. Quarta continet Armeniam minorem; quam terminat à septentrione pars Assyriæ, in qua præfecturæ quatuor continebantur antiquitus, Cataonia, Muriana, Labiana, Arauena ad Euphratem. Quinta Mesopota- miæ complectitur; quæ regio est amplissima; ita dicta, quod inter duos fluuios, Tygrim ab oriente, ab occasu Eu- phratem posita sit, qui amplissimis cursibus in Armenia orti, communis alueo postea in mare Persicum perferuntur; ubi tamen Euphrates Babyloniam prius per medium præterlabens alluerit; quam regionem claudit à meridie Babylonie; à septentrione mons Caucasus celeberrimus ob Prometheum; continet etiam hæc præfectura partem quandam maioris Armeniæ ultra Euphratem; cùm alia pars Armeniæ à Rege Medorum possideatur. In sexta præ-

fectura continetur Iudea & Assyria; quæ pars est Asia maioris; quam claudit ab oriente pars Media; à septentrione pars minoris Armenie, non procul à monte Niphate; à meridie Susiana; ab occidente Mesopotamia. Iudea vero, quæ pars est Syria, per quam defluit Iordanis fluvius, Petras: quæ ita dicitur, quod Aegypto sit proxima; à reliqua Iudea dirimens amplissimis finibus continetur; quippe quæ disideretur antiquitus in decem præfecturas, Toparchias vocatas, huic præest purpuratus Damasci, quæ urbs est Syria metropolis. Aegypti purpuratus præfetus est Aegypto & Arabiæ Petras, quæ est inter Aegyptum & Iudeam; quæ est Nabathæa nuncupata, & parti cuiusdam Arabiæ desertæ sive Scenitis; cum rex quidam Arabs imperet alteri parti. Possiderat Turcarum Imperator multa etiam in Felici Arabia; ubi est Saba urbs; & ad sinum usque Persicum in meridiem; qui quanti sint fines, quamq; ampli imperij, quis non intelligat? Nam si quis per Asiam minorem ad Edram usque vocatam ad Maiorem Armeniam ultimum locum Turcarum percurrat, ubi fines imperij Medorum attinguntur; vix quadraginta diebus poterit in expedito equorantum itineris pertransire. A Trapezuntia Armeniam, Assyriam, Iudeam transgresso, ad urbem Memphis Aegypti superest iter totidem dierum. Ab Apello & Bagadedo extremo angulo Mesopotamia, ubi confluunt in unum Tigris & Euphrates, est iter sexdecim dierum: à Damasco & Saba quinquaginta: à Saba to ridem ad Memphis urbem. Atq; ut summatim concludam, Turcarum Imperatoris fines ita clauduntur; hinc sinu maris Adriatici; inde finibus regis Romanorum, aliorumq; principum Germanorum regionibus, cum parte Austriae & Boemiae & Marcomannis & Croatiae ac Polonia. Extenduntur etiam ad alijs fines Germanorum principum fines Imperij Ottomanici, & ad mare usque Euxinum, paludemq; Mæotidem. Ex ultraq; parte Tanais incolunt Scythæ populi bellicosissimi; qui quamuis non sunt subiecti Ottomanico imperio, tamen perpetua eius merent stipendia; tanquam Helvetij regum

tegum Gallorum; quorum in regione Turcæ est Cæsa in
Tauricâ Chersonesso, & Tanais supra paludem Maeotim.
Sequuntur in Asia prædicta palus & mare maius vocatum
Caircusorum, Anogassorum, Mongellorum, qui Col-
chi suat, & ad Trapezuntiam vsq; protenduntur. Hinc His-
beri, succedunt coniuncti cum maiore Armenia & Cardi
ad Edram usq; ; à quo loco si perueniarū ad Ziderm & si-
num usq; Persicum; omnia sua sunt finitima Medorum re-
gno; & Aegyptus usq; ad Aethiopiam. Atqui cùm iuste re-
gna, tot prouincias, tantum terræ marisq; spatium Turca-
rum Imperator possideat; in quo tamēn non vastæ sed
paruæ sunt solitudines; non debet mirum videri, si infinitum
propè numerum armatorum possit colligere. Enim
uero si liberiores animos suorum populorum esse conce-
deret; neq; tam oppressos avaritia ministrorum teneret;
omnium principum longè potentissimus esset Turcarum
Imperator; cùm tot possideat bellicosas ferocesq; natio-
nes. Sed nihil magis imbelles facit & timidos, quam pau-
pertas: cùm nemo pugnet libenter pro tuendis alienistantia-
rum facultatibus, aut pro inani patriæ nomine; quam certè
vix illa est nihil possidentibus. Nam cùm facultates apud
Turcas nemini liberæ sunt; omniaq; Imperatoris esse in-
telligentur; cùm ius dicatur s̄pē pro munib; cùm ne-
mini liceat acceptas iniuriās repellere; nisi per iudicem;
ibi imbelles fiunt & abieci; necessariò animi populorum;
cùm nullus stimulus sit acutior in pace, quam honoris de-
fensio; in rebus bellicis, quam appetentia gloriæ. neque e-
nim fieri potest, vt animus mortalium diu iacens expositus
multis opprobrijs repente tympanorum ac lituorum stré-
pitu ita exciterit vel clasicorum; vt elatus ac quasi reniti-
scens ad res glorioas, laudisq; desideriū statim assiliat. Hu-
ius Imperatoris annuus provenit ordinariis creditur
accedere ad quatuordecim in illa librarum
auri signati.

AD AVGVSTISS. CÆS.
RVDOLPHVM II.

ET REVERENDISS. AC ILLV-
striss. electores, cæterosq; Principes & ordi-
nes sacri Rom. imperij, Ratisbonæ con-
uentum habentes,

ORATIO.

HENR. STEPHANI PA-
risiensis,

ADVERSVS LVCVBRA-
TIONEM VBERTI FOLIETÆ GENVEN-
sis: qua magnitudo imperij Turcici, & virtus ac feli-
citas Turcarum in bellis supramodum
extollitur.

VLTIMVS librorum, qui vltimo die
Francordiensium nundinarum ad manus & o-
culos meos venerunt (venisse autem multos, tum
eo die, tum aliquot præcedentibus, necesse est, homini cui
nundinæ Francordienses solent esse literariæ potius,
quam nundinariæ) fuit lucubratiuncula quædam Vberti
Folietæ Genuensis: cui titulum tam imperioj Turcico ho-
norificum; quam cæteris imperijs, præsertimq; Christia-
nis inuidiosum dedit; DE CAVIS MAGNITUDI-
NIS IMPARII TURCICI, ET VIRTUTIS AC
FELI-

FELICITATIS TURCARVM IN BELLIS p ERE
PATVAE. Eo autem ipso tempore, & quidem eo ipso
temporis momento, quo hic quoque liber ad manus & oeu-
los meos venit, contigit: vt hoc pariterin mentem mihi
veniret; multo satius futurum fuisse, vt is se Italiz suz fini-
bus contineret; quam ut inde in Germaniam; ab homi-
ne Germano (sed nihil malic cogitante) accersitus, tran-
siret. Eius enim aduentum inauspicatum (quod tamen
sive omne dictum sit) esse: ac saltem intempestiuam fore
eius lectionem, & à consilio alienam; quod iam sumptum
confirmatur nunc & plenè exsequatur (nam aliqua iam
ex parte exequi idque feliciter, cœpistis) speramini. Eo e-
nim in libro leguntur: quæ tantum abest, vt plerosque, qui
pars exercitus aduersus hanc nomini Christiano tam in-
fensam infestant gentem esse alioqui vellent, ad hoc mag-
is animent; vt contrà peticulum sit, ne non terreantur
solum ad eorum auditum, sed vel exanimentur: & quidem
ita vt simul ab incepto prorsus deterreantur. Facto igitur
opus esse cogitau: vt, quemadmodum cum quis cibo po-
tue aliquo morbifero, præsertimque cum mortifero quo-
piam vhus est (quales sunt quibus malz menti male mori-
gera manus aliquid veneni admiscuit) antipharmaci o-
pe illi canetur: eodem aliquis modo nonnullis eius libri
lectoribus ita prouideret; vt, quicquid terroris ille peccato-
ribus eorum incussisset, id suo ad illum responso excute-
ret. Ac ne hoc quidem contentus esset: verum terrore in
bonam spem mutato, faceret: vt si quos ille ab ea expedi-
tione iam itineri accinctos auocasset, hæc reuocaret: ac, si
qui essent, quibus ille profecitionem hanc dissuasisset, hæc
contrà suaderet. Vix enim fieri potest, quin vel ipse titu-
lus, adeo grandia nobis & magnifica de Turcis sonans, atque
virtutem illis tantam arrogans: vt comitem huic perpetu-
am in bellis felicitatem adiungat; sententiæ (conjecturali
saltem) de exitu huius aduersus Turcas bellî ferendæ præ-
iudicium afferat: & quin plerisque, quos alioqui acies illa a-
lacres atque acres habere bellatores potuissent, animos si non

frangat omnino, at certè multum debilitet. Præsertim ve-
 rò, cùm apud me considerarem, hunc Vbertum Folietam,
 cuius iste libellus velut obnuntiator quidam nunc pri-
 mū in Germania editus fore; magni apud suos nominis,
 nec parui apud quosdam alios esse; minimè dubitabam,
 quin facile declamatio eius fidem apud plerique esset im-
 petratura: eoque magis reipublicæ Christianæ hac po-
 tissimum tempestate interesse existimabam; ut primo quo-
 que tempore aliquis illi ita declamanti occlamaret. Au-
 diuisti, vt ex lucubrationis illius lectione mihi statim ve-
 nerit in mentem; ei, quod ab illa impendere Germaniæ
 malo præuiderem, esse prouidentum. Sed cùm nullus o-
 culis meis prouisor hujusmodi se offerret; quamuis eos o-
 mnem in partem circumferrem: & periculum tamen esse
 in mora perspicerem (quod omnes mecum cernere vos di-
 xissetis) non minus quam ab ea impendet ægroris: cum
 quibus quosdam è lectoribus illius lucubrationis compa-
 raui: hoc ipsem et officio fungi, pro eo, quo Germanizm
 prosequor, amore conandū esse existimau. Vestrum erit,
 siquidem non omnino irritus (quod spero) conatus meus
 fuerit; hinc quoque boni aliquid præ sagire; quod à me ora-
 tio ista profecta sit: cùm ab homine Germano, aut saltem
 à quovis alio potius, quam à me exspectanda videri potu-
 issent; homine Gallo, & quidem à Franciordiensium nundina-
 rium strepitu (quamuis literarias potius, quam nundinaria-
 rias mihi esse eas dixerim) nondū satis quietas aures habē-
 te. Hinc, inquam, cur aliquid boni præ sagiaris, esse puto:
 atque itidem à Deo Opt. Maximo auxilia ad bellum in Tur-
 cas illinc etiam speretis; unde minimè exspectanda esse cœ-
 feretis. Sed enim aggredi Vbertum Folietam volenti, alia
 hoc ex parte occurrebat; futurū vt multi mihi reclamarēt;
 si magnitudinem imperij Turcici in dubiu vocare; & inde
 irruentium hostiū contemptū præ me ferre vellem. Quam-
 obrem vt huic periculo obuiam irem, præmonendos vos
 censui; me de imperij Turcici magnitudine minimè dubi-
 tare; ac minus etiam adducere eam in dubitationē velle:
 fed

sed tamen Vberto Folietae eam non suis tantum sed adsci-
titijs coloribus ita depingenti, vt insuperabilis videri pos-
sit, planè aduersari. Ad illū autem tantorum hostiū contē-
ptum quod atrinet, (magnos enim esse hostes fateor, etiā si
tantos esse negem, quancos Folieta nobis eos describit) si
eū præ me ferrem; dementiā simul præ me ferre necesse fo-
ret. Cum enim duo sint hostium genera; sicut pusillanimitati
accusandi sunt, qui quoslibet metuunt (vt ille certe
nimium nericulosus, & pusilli omnino animi erat, aut ta-
lem se esse supgebat, cuius ex ore ista proficiscebantur,

*Nunc ad bella trahor: & iam quis forsitan hostis
Hesura in nostro telo gerit latere:)*

Ita nullos metuere, ac ne eos quidem, de quibus ea quæ
memoraui audiuntur, quamuis ralem præjudicij locum,
qualem dixi, prima fronte obtinentia, hominis esse vide-
tur iudicio propemodum carentis. Neque verò, vt hostem,
qualiscumq[ue] sit, timere, pusillanimitati, & modo non igna-
niæ; ita vicissim nullum timere, magnanimitati, sed po-
tiū temeritati tribuitur. Sed quid? (dicit quispiam) non
vis quemlibet hostem timeri? Immo esse prudentis scio, à
quouis hoste sibi timere, ac eo quoq[ue], cuius vires exiguae,
ac penè nullæ sint; aut etiam nullæ omnino, nisi per alium,
esse possint. Sed tres potissimum esse modi videntur
hostem metuendi: & horum uno saltē metuere su-
um hostem dici aliquis debet. Primus est, illum non
audere aggredi, & tamen ab eo sibi non cauere. Se-
cundus, eum non audere aggredi, sed boni consulere; ac
secum præclarè agi existimare, si ille nos minimè aggredie-
tur: interimque sibi ab eo cauere. Tertius, ab eo et-
iam cauere, cuius vires nostris sunt omnibus partibus in-
feriores: & à quo aggrediendo, pudore potius quam me-
tu retinemur. Nam ad talem metum siue timorem, quod atrinet
(quem licet minorem, vocare fortasse possumus ge-
neralem) vel ea doctrina, quam ē quibusdam verna-
culis prouerbijs cum ipso propemodum lacte hausi,

eum animo meo inservit. Sed horum prouerbiorum duo referre contentus ero: Vnum est, nullum esse paruum hostem, vel potius inimicum contemnendum (nam vocabulum nostrum non ad externas tantum, sed ad domesticas quoq; inimicitias pertinet) Alterum, eum qui sibi timet, aut sibi metuit, esse quodammodo extra periculum. Cuius dicti autorem eò respexit constat; quod is qui sibi metuit, totas ad sibi cauendum & propulsandum periculum vires intendit. Ac quicunq; adhibitat cautionem aut adhibitas cautions sequatur exitus: hic saltem ex eo metu fructus percipitur, quod tela prævisa / vt vnum externum prouerbium vernaculis duobus subiungam) minus nocent. Et verò si quis inanem seu stultam spem cum inani seu stulto metu; aut non vanam quidem omnino spem, nullaq; ratione nitentem, sed nimiam, cum metu conferat, de quo dici eadem possint: quotidiana experientia in hāc potius quām in illam peccandum esse partem clamat: multoq; satius esse omnia tuta timere; quām de ijs omnino bene sperare; de quibus contra timendum sit, aut saltem subtimendum. Verū, vt ad hostem, quem propriè ita vocamus, reuertar: quām stultum sit, eum contemnere; ille quoq; inter veteres historicos celeberrimus Thucydidē nos docet: qui pro illo contemnere, suo καταργοῦν utitur. Quid tamen Thucydidis, vel alius cuiusquam scriptoris autoritate hac in re opus est? cùm tot à tam multis damna ob nimiam nulloq; metu permistā spem, ob plenā fiduciam, & plenæ huius fiduciae filiam securitatem, accepta esse audiamus, & accipi quotidie videamus? Quid damna dico? hoc tanquam de priuatis tantum loquentis est: ideoq; clades dicere debui. Immo & sic rei magnitudini impar vocabulum fuisset. Strages urbium, (ad superiora secula quod attinet) quæ inter potentes primæ erant, memorare oportuit. Immo ne sic quidem rei magnitudini orationem meam adæquatsem. Regna, & multo etiam maiora vulgaribus regnis imperia, hinc pessimumdat allegare debui: dum inconsulta spes exspectare auxiliū iu-

ut iuber; quod tandem fculnum exspectatores illi experientur: aut quod aduenit sero: aut certe quod nunquam aduenit. Sed pluribus verbis eam, quam dixi, obiectionem minimè antevertendam censeo. **V E N I o** igitur ad nostrum illum Vbertum Folietam: id est, ad examinandum illud Vberti Folietæ scriptum: quod non metum tantummodo seut timorem Turcarum, sed tantum terrorem multis incutere potest (nec dubito quin iam plurimis incusserit) ut iij qui potius animandi ad expeditionem aduersus Turcas erant, vel ad auditum eius exanimentar. Quoniam autem me ad ea respondere volentem, quæ de causis magnitudinis imperij Turcici, deq; virtute Turcarum ac felicitate in bellis perpetua scribit (etiam si alicubi minus magnificè loquens, non pérpetuos, sed tantummodo multorum annorū felices successus illis tribuat) eundem teneare ordinem necesse est: ad ea quæ de religione, id est religio-nis conseruatione, differit, venientū primū est: sic tamen ut illis præfigantur ea, sed cōtracta in multo pauciora verba: quæ sibi occasionē tractandi hoc argumentū præbuuisse profitetur. Is igitur in ipso libri limine M. Antonium Columnam, dicem clarissimum, compellans, qui in bello, quod Cyprium vocatum est, Pontificiæ classis dux fuerat, & cum Ioanne Austrio vel Austriaco, roti exercitui naualli imperauerat; ad eius literas responderet, quibus se magno dolore affectum scriperat; ob pacem à Venetis cum Turca factam; post victoriam in eo bello ab illis & à foederati principibus partam; ac se Christianorum vicem pudere dixerat; quod, postquam Victoria illa potuisse essent; qua post extinsum Romanorum imperium, haud vlla maior aut memorabilior fuerit; ingens lætitia ex ea concepta, tam citò effluxisset; ac spes, ad quam felicia initia piorum animos erexerant, tam breui euaniisset: tantorumq; consiliorum apparatus ad nihilum recidissent. Deinde postquam de Venetorum in pace illa facienda consilio utramque in partem magis ex aliorum quam ex sua sententia, differuit; & in utram ipsum Columnam propendere au-

dierit, declarauit: (nimirum in eam qua dicti fuerunt illi, nimis celeri rerum desperatione defecisse, ac sese bello illorum in primis causa suscepto subtraxisse) sum illud argumentum aggreditur. Sape igitur mecum quesui (inquit) quæ causa tanta imperij magnitudinis fuerit: quibusq; artibus Turcæ in tantæ opes venerint, tantiq; illorum sint in bellicis rebus progressus: Quibus subiungit, Simul quare fiat vt tot de nostris hominibus ad illos continenter transfugiānt, Christianaq; religione eiurata, Mahometana secta nomina dent: cùm contrà nullæ aut perrata illorum ad nos fiāt transsugiāt. Verūm hæc posteriora, cùm minus ad illam ei propositam quæstionem pertineant, prætermitti poterant: sicut & alia nonnulla, quæ illis proximè adduntur. A me igitur præteribuntur: vt hinc statim ad ea transeam: quibus dicit, tantam Turcarum gloriam, totq; annorum felices successus, nemini in rē acutè intuenti miros videri posse. Nequoniam aut inusitatam rem, aut causas esse obscuras: Sed eas futuras planiores, si nostri & illorum mores, instinta, consilia, disciplina, inter se conferantur. A quibus ad hæc venit: Principio illud inter omnes constat, in ceteris causis, quæ regna ac res publicas ad magnas opes magnamq; potentiam extollant, atq; imperium augeant, religionem primas obtainere. Quamuis autē hanc laudem non certæ cuidam religioni, sed cuilibet tribua: (si modò religio est, quæcūq; hoc nomine dicitur: vel potius, si præter Christianam, vlla nomen hoc meretur) vnam tamen esse, paulò antè confessus erat, nimirū Christianam: quæ ad sempiternam beatitudinem cœlestiaq; regna iter patefaciat & communiat. Atq; adeo & illis, quæ modò ex eo dicta de quanis religione attuli, subiungit, quæ Christianā ab alijs separare possint dici. Religionis enim duplex esse in unus air: Vnum, præstantissimum illud ac diuinum, cuius causa religio ipsa hominum mentibus diuinatus insinuata est: & rationem reddit, quæ etiam aperte ostendit illum de Christiana loqui. hæc enim illis subiectit, quod sese illa nobis ad celestem & immortalē beatitudinem, vt dixi, vnam & certissimam ducem præbet. Quod dono nullum à diuino numine ad homines maius peruenire potest. Alterum religionis munus

munus esse, quod ad rem publ. gerendam populosq; in officio & legum obseruatione continendos pertinet. A omnium seculorum monumenta testari, sapientes viros, quiue ciuitates considerunt, eam ad rem religione vlos esse. Ea autem re non modò nihil de religionis maiestate detrahi: sed eam suspiciendam magis reddi: quod multiplex sit eius usus: seceps in humanas quoq; res gerendas, & moderandas, ac ciuitates conseruandas, utilitate sua fundat. Sed de priore illo munere nobilissimo nullum sibi nunc fore sermonem ait: quoniam ad institutam à se disputacionem nihil pertinet: nonnullis interieatis, quæ & ipsa multum ad Christianæ religionis commendationem faciunt; scribit: Quare veniamus ad eam partem, quæ instituta questionis propria est: in qua nihil hac quidem in parte refert, virum vera an falsa sit religio. (nam hoc, ut dicitur, ad animarum salutem tantum vallet) sed omnia in eo posita sunt, ut religio, quæcunque tandem illa sit, castæ & integræ obserueretur. Huius autem religionis in primis praesidio regna & populos ad amplissimas opes peruenire. Sed (quod cum Vberti venia sit dictum) sicut antea perperam duplex munus religioni assignauerat; nō de specie, sed de genere loquens: cùm tamen unum eorum sit, quod in Christianam tantum (quæ etiam nomen hoc sola verè ineretur) cadere potest: ita hīc non video, quomodo defendi possit quod scribit: huius religionis in primis praesidio regna & populos ad amplissimas opes peruenire, atq; ad aliis in dignitatis & potentia locum ascendere. Quamuis enim huius religionis dicat: non tamen ad certainam quandam religionem respicit: cùm hæc proximè præcesserint, omnia in eo posita esse ut religio, quæcunque tandem illa sit, castæ & integræ obserueretur. Vnde apparet, euin illisque proxime sequitur, ita loquētē: Huius religionis praesidio, hanc religionē dicere; significare volentē hæc obseruationē religionis. Alioqui hinc inferretur, non minus in falsa religione (ut antea loquutus erat, cū diceret, nihil referre, utrum vera an falsa sit religio, ad alterum eius munus quod attinet) quam in vera, regnis & populis esse praesidijs. Sed ne hoc quidem ipsum, quod. Hæc religio-

religionem dicens, intelligit. Hanc obseruationem religionis, satis eum excusare videtur. Etsi enim non mela-
ret, dictum fuisse à veterum politicorum nonnullis; me-
liorem esse ciuitatis statutū & conditionem, deterioribus
quidem institutis & legibus vtentis: verūm, quæ magna
cum sinceritate & integritate obseruentur, quām eius,
quæ melioribus institutis & legibus vtatur: sed quibus ob-
seruatio talis non contingat; illud tamen haud est eiusmo-
di, vt eximere mihi scrapulum possit. Nam etiam si Chri-
stiano quoq; daretur de politicis institutis ac de legibus
eadem illa loqui; quomodo Christianam religionem ita
in ordinem redigere (ne quid grauius dicam) fas esset; vt
religionis cuiuslibet ritus pure & integrè obseruatos ante-
ferre Christianæ religionis sanctionibus non satis integrè
obseruatis, cuiquam Christiano per Christianismum lice-
ret? Non vltterius ergo, mea quidem sententia, illa Vber-
ti sermo progreedi debebat; quām vt diceret, Turcis, quod
ad religionem attinet, in eo saltem bene consultum esse;
quòd, qualiscunq; sit, castè & integrè obseruetur; nullaq;
de ea dissidia, ac ne altercationes quidem oriuntur. Ac
videri parerga possunt quæ de Romanis (cæteros se omit-
tere dicens) scribit: eos, cùm intelligerent, ad rem publi-
cam amplificandam imperiumq; propagandum, maxima
ac præcipua esse religionis momenta, de nulla retantope-
re laborasse; quām de eius cultu ruendo, diuiniq; numi-
nis metu & opinione populo insinuanda. Posse autem
parerga videriaio: quòd & satis nota sint; & non magis
pro Turcarum, quām pro aliorum quorumuis religione
faciant. Optimè alioqui cum ijs, quæ proximè dixerat,
conuenire haud negauit, Nam cùm præcipua sit augendi im-
perij, rei militaris ac bellicæ virtutis via: res porro militaris duabus in
primis rebus contineatur, obedientia & disciplina: viriusq; rei funda-
mentum est religio. Vbi tamen (vt de hoc obiter moneam)
sob disciplina potuisse illū obedientiam comprehendere
existimo. Sed cùm ne hæc quidem pro Turcica religione
magis, quām pro alia qualibet, facere dici possint: sicut

& nonnulla, quibus illum de Romanis religionis diligentissimis cultoribus sermonem persequitur: iam veniam ad ea, in quibus Turcas cum Christianis, in religionis cultu, non dubitat committere. Eius enim verba (postquam superiorem sermonem ita clausit, neminem sanum negaturum, religionem cum totius publicæ, tum in primis bellicæ rei firmissimum esse fundamentum) hæc sunt. Ab viri porrò sanctius & castius, à Turcisne an à nobis hec ipsa religio colatur, malo in aliena existimatione relinquere, quam ipse sententia mea statuere. Ac licet penes alios malle iudicium esse dixerit; sum tamen aliqua ex parte interponit. Simulac enim illis subiunxit, se nonnulla tantum persequuturum, quæ si bi venerint, in mentem: quandam Christianorum cum Turcis, vel potius Turcarum cum Christianis comparationem instituit, circa rem quæ in religione maximi ponderis atq; momenti est. Principio (inquit) cùm illa religionis precipuae sint partes, vt omnia ad divinum numen referantur, eiusq; voluntate omnia humana regi & gubernari putemus: mirum est quantum Turcae ea in re nos antecellant, quamq; hanc opinionem mentibus penitus insitam habeant. Atq; adeo illos diuinæ prouidentiae tantum tribuere dicit, vt ea in re nimij sinr: quippe qui omnia ad fati necessitatem revocent, nullis humanis consilijs evitabilem. Sed adiicit his nonnulla, quæ Turcas persuasa habere dicit: perinde acsi peculiares Turcis persuasions hæ essent: cùm tamen illis cum alijs plerisque, non Christianis tantum, sed alijs quoq; communes sint. Turcas enim vnicuiq; terminum vitæ fato statutum putare ait: qui neq; proserri, neq; contrahi possit: proinde, cùm præstituta hora mortis venerit, eam omnino esse obeundam. Ac nihil minus esse moriendum, cùm illa præstitura hora aduenierit, si in cubiculo tuo clausus, procul ab omni discrimine, fueris: quam si in medio pugnæ ardore inter mille in te vnum intenta tela verseris: at si hora illa non aduenierit, te ab eius telis ingulum tuum petentibus nihil minus, quam in cubiculo, tutum fore. Verum hanc ipse opinionem, quæ de tanta fati necessitate est, im-

§4 ORATIONVM TURCARVM
probandum esse censet: etiam si ad id quod tractat argu-
mentum habeat hoc boni: quod Turcas in praelijs incun-
dis ac discriminibus adeundis audaciores ac minimè re-
tractantes facit: mortis metu dempto, cuius periculum
non à discriminibus, sed à fato pendere putant. At ego,
cur illa Turcarum opinio, quam de fati necessitate conci-
piant, improbanda sit, non perspicio: cùm alioqui fato
quosdam multa falsq; adscribere non negem. Ethnicoſ
certe (ut de Christianis raceam) ſibi ea de reaſſenfores ha-
bent tum Græcos, tum Latinos Turcæ. Et verò locus ille,
quo cubiculi nominatim fit mentio, scriptores duos ſibi
adſtipulantes habet: vnum, Græcum: alterum, Latinum:
vnum, oratorem: alterum, poëtam. Nam idem post De-
moſthenem Propertius quoq; dixit:

Ille licet ferro cantus ſe condat & ære:

Mors tamen inclusum protrahet inde caput.

Cæterū proponit etiam aliquod obſtaculum ad acrem
religionis cultum, quod Turcis minimè ſit cum Christianis
commune. Vbi enim damnavit illam, quam dixi Tur-
carum opinionem, ad fati necessitatē quod attinet: pi-
am alioqui in primis ac veram eſſe opinionem ſcribit: o-
mnia humana in diuina moderatione versari, omniaq; à
diuino numine pendere: eiusq; nos eſſe retinentaliſimos
debere: ideoq; omnes causas illam labefactare ſolitas, di-
ligenter vitare. Deinde, tanquam causam proponens quæ
inter omnes p̄cipua ſit, addit: cauendum eſſe potiſſi-
mum, ne vlliſ philoſophorum diſputationib⁹ contraria
ſoадentium ab illa abducāmur: eorum p̄ſertim quorum
ſecta maximè viget: hoc eſt, Peripareticorum. Eorum enim
magnam partem de natura diuina ita diſputare: ut illam
nulla rerum humanarum cura attingi contendat: neq; vli-
lam illarum procurationem habere, aut habere posſe: cùm
ea ſit res etiam ſordidissima, tantiq; numinis maiestate in-
digna. Omitto, quæ ad refellendam opinionem illam
adiicit (cui enim Christiano aliiquid ſtatim ad cius refuta-
tionem venire in mentem non potest?) ac potius in iſius
quām

quām in tam impiorum Peripateticorum verba inquirens,
eum aliter de illorum disputationibus debuisse loqui di-
co: ac, non mouere, ne vīlis eorum disputationibus ab il-
la de diuino numine opinione abducantur: sed ut ne aures
quidem illis pacifaciamus. Quinetiam in hoc, de quo h.
los reprehendit, nimirum quod diuinum numen vīlam re-
rum humanarum procurationem habere negent, viden-
dum: ne reprehensione dignas sit ipsemēt. Nam & Chri-
stianus, Christianē simul & Latinē loqui volens, deum res
humanas curare fatebitur: eas procurare, siue procuratio-
nem earum habere, optimo iure (meo quidem iudicio)
negabit. Ac magis certè rationi consentaneum fuerit, pro-
curationem illarum, (eam numini tribuentem) rem sordidi-
dam appellare: quām id de cura earum dicere. Dubium ta-
men esse queat, an procurationem cum cura Vbertus vo-
luerit confundere. nam de illis Peripateticis verba faciens:
Quorum, inquit, magna pars de diuina natura ita dispu-
tant, vt illum nulla humanarum rerum cura attingi contē-
dant. ac illis ista proximē addit; neq; vīlam illarum pro-
curationem habere, autverò habere posse: quæ etiā sordidis-
sima res sit, tantiq; numinis maiestate indigna. Non dubi-
to aurem, quin habeat hæc periodus quiddam, quod vestras
aures offenditur sit: quoniam hinc sequeretur, Christia-
nos deo suum quoddam munus & officiū tribuere: si pro-
curationem rerum humanarū illi adscriberent. Sed me fi-
deliter eam, qua ipse vsus sit, vocem exscriptissime profiteor:
ac valde quidem & mihi impropriam: sed eo tamen minus
miram videri: quod & alios quosdam ita de deo loquuros
esse obseruavi. Eorum vñus, non nullius nominis, & in ser-
mone suo fatis aliqui accuratus, regiam administra-
tionem seu gubernationem proximē accedere dicit ad
similitudinem procurationis eius, qua deus vñus uni-
uersum hoc quod cernimus moderatur. In Latinita-
tem certè peccare fateor, qui per imprudentiam verbo il-
lo sic abutitur: at qui prudens sciensque, & veri vsus
vocabuli illius non ignarus ita loqueretur, in dei ma-

ie statem peccaret; & in lxx maiestatis tantæ tamq; sacro
sanctæ crimen vtrō incurreret. A quo enim deus consti-
tutus esse rerum humanarum siue mundi procurator dici
potest? à quo illi procuratio hæc commissa esse existimabi-
bitur? Sic autem multis contingit; vt, dum simplici & vul-
gari sermone contenti esse nolunt, aliud lingua dicat, ali-
ud dicere mens velit. Sed tum præsertim magnam esse ad-
hibendam cautionem scitis, cùm de deo sermo est. Et hæc
quidem obiter, non ad accusandum Vbertum, sed ad me
excusandum. Illum sanè haud saltem solum in peccatum
illad incidisse, ex eo quem aliunde attuli loco apparet: cui
& alius aliunde adiisci potuisset; si Vberti errorem (qui &
ipse satis alioqui accurato plerunque sermone utitur) alio-
rum eadem in re errores excusare possent. Non sum alio-
qui nescius, licenter aliquem & poeticè loqui sibi permit-
tentem, posse & aliter illo vocabulo vti. Verū ad hanc
excusationem ne ipse quidem Vbertus, vt opinor, confu-
geret. Addam in transitu & hoc, non immerito cuiquam
mirum futurum, illum solis Peripateticis adscripsisse;
quod fuisse tantum quorundam ex ijs existimatur: & qui-
dem id cum Epicuro commune habentium; quemadmo-
dum apud Lucretium quoq; cernere est. Sed interim
mentionem, Turcarum nimium diu differo: cùm iam de-
buerim ad eum Folietæ sermonem venire; quo ostendit
illos eo circa religionem impedimento, quod habent
Christiani maximum; carere. Impedimentum autem vo-
cat illas Peripateticorum, de quibus modò dictum fuit,
disputationes. Scribit enim: *Quo impedimento planè carent*
Turce, quibus philosophia studium legibus est interdictum. Ac se tamē
non esse nescium ait: quin veterator improbus alia hoc
de causa fecerit; nimirum ne legum suarum vanitas appa-
retet: sed Turcis interim commentum hoc esse vtile ad re-
ligionis suæ opinionem tuendam. Hanc igitur illorum
animis penitus insitam, diuinī numinis metuentes facere;
illorumq; studia ad religionem excitare & incendere. Atq;
hinc fieri ut erga erroris illum plenum cultum omnia illo-
rum

rūm falsa pietatis & diligentiae officia in omnes partes plaz
 nè constent. Nam templa summa cum veneratione fre-
 quentare ; diuini numinis pacem atq; opem demississimè
 arq; humi prostratos exposcere : res sacras venerari ; sacer-
 dotes non modò legis suæ , sed nostros quoq; in tanto ho-
 nore habere ; vt illos quoquo modo violare nefas putent :
 Id verò præsertim , quod paucis interiectis adiungit ; val-
 de Turcas , tanquam magna suam religionem reuerentia
 prosequentes commendat. Nulla igitur (inquit) in decum im-
 mortalem conuicia apud illos audiuntur , nulla sunt adulteria : nihil
 deniq; in quo legis violata aut negligenter adseruata sit offensio.
 Mirum certè est , illum tanta , quæ in tantum Christiano-
 rum dédecus redundat , hyperbole vti. Si paulò saltem
 parcior laus fuisset , verisimilior certè esse potuisset. Si ni-
 mirum (exempli gratia) pauca , vel rara , non autem nulla
 dixisset : præsertim vbi de adulterijs loquitur. Sed illis sub-
 iungit ista ; *Quanquam non sum nescius , atrociora flagitia ab im-*
pia & execrabilis illorum lege illis permitti. Quæ certè adiectione lau-
dem illam inquinat & polluit. Nisi quis ita excusat , ve-
dicat , legem quidem illis permettere ; sed illos non omnia ,
quæ ab ea permissa sint , sibi indulgere. Verùm aliquis ita
loquenti haud immerito obloqueretur statim illud poeti-
cum ; si credere dignum est. Sequitur autem apud eum , &
quidem proxime sequitur , sermo , qui cum illis , quæ pô-
*strema ex eo attuli , non cohæret. Nam verba illa , *Quan-**

quam non sum nescius , &c. proximè excipiunt ista ; Cuius obser-

uationis illustre exemplum nostra etate à summo imperatore Soliman-

no editum non pigebit reserare. Atqui illa proximè præcedens

periodus nullius obseruationis mentionem facit. Ideoq;

dicamus necesse est , respicere hæc non ad proximè præce-

dentem periodum sed ad finem eius quæ illam antecedit :

ad hæc videlicet eius verba ; Nihil deniq; in quo legū violata , aut

negligenter adseruata sit offensio. Neq; enim dubito quin adser-

uata pro obseruatæ hunc in locum irrepserit. Atq; ita , o-

misis ijs quæ interiecta sunt , optimè cohærebunt ista :

Cuius obseruationis illustre exemplum nostra etate à summo Imper. &c.

Sed quamvis illustre sit exemplum, (ut ipse ab ipso imperatore editū) eo minimè contentum esse debuisse Vbertū dico; si quidem quod dixerat, persuadere nobis volebat. Intērim tamen illius commemorationem, (præsertim cùm illustre & ipse agnoscam) vobis minime denegabo: sed ita ut compendio sermonis utar. Cùm una ex puerarum gregib. quas summi imperatores Turcarum intra septa in concubinatu habent, Solimaanum sui amore captū senisset: & ab eo manumitti vellet, (cū alio qui in seruitute illius esset, sicut cæteræ puellæ, necnō pueri qui isdem septis includuntur) id vafro hoc commento assequuta est. Accersitā enim, (quod & antea factum ab eo aliquoties fuerat) admodū mirari se respondit: tanqū imperatorē sacrā Mahumetis legē palāiolare: quā liberarū concubinatus disertis verbis prohibetur. Hoc responso cōmotus imperator, tunc quidem libidinis impetum inhibuit; postero autē die cùm ex legis peritis ita se rem habere, vt illa dixerat, intellexisset, vxorem duxit. Quandam autem Vbertus velut anticthesin eius, quod à Christianis hac in parte fieri solet, subiungens, scribit: Non necesse habeo nunc contrā referre, ut fese hac in re habeant Christiani: ne vulnera, quæ sanare non possum, atrectant, & refricem. Atq; his verbis illum de religione locum, sine caput illud, claudit. Sed ad illā de Christianis anticthesin quod atinet, istud silentio minimè prætereundum censeo: eum alicobi aliquod crimen, cuius accusandi sunt Christiani, qui certas quasdam regiones incolunt, potius quam alij, in omnes Christianos transscribere. Exempligrafia, non procul à lucubratiuncula sūz principio, hoc inter alia s̄pē quæ siuisse secum dicit: vnde fieret ut tot de Christianis hominib. ad Turcas continenter transfugiant, Christianaque religione eiurata Mahumerane sectæ nomindent: cōni contrā nulla aut perrata illorum ad nos fiant transfugia. Hęc sunt eius de Christianis verba: tanquam omnes sine ullo discriminatione, & quę huic apostasiæ malo sint obnoxij. Quis tamen ignorat nefarij huius & impij transfugij non a quę in omni orbis parte (Dei beneficio) Christianos

ftianos esse insimulandos? Ac sunt etiam certè quos tandem ita pœnitentia tangat, ut ad Christianismum redenant. Cuius rei memorabile exemplum vidi, cùm Venetijs apud Odertum Schiam, Henrici II Gallorum regis legatum, versarer. Is enim cùm me percharum haberet, & ad pleraq; à quibus alios excludebat, admitteret: voluit & cùm iisdam Itali sermonem audire, qui se apostasix ad Turcarum religionem (cùm sectam dicere potius deberet) accusabat: sed ab ea per pœnitentiam reuocatum se aiebat: dummodo Pontifex se ad veniam ipsi dandam haud difficultem præberet. Promisit ille regis Galliae legatus Pontificem ea de re scripturum. Quod cùm facisset; & non multo post responsum accepisset; in quo Pontifex non tam facilem se ostenderet; quam ille cupiebat: cui ad fidem Christianam postliminio reuerti in animo erat (esse sibi in animo dicebat quidem certè) tandem in hæc verba erupit: Iterum de me ad Pontificem scribas velim: certioreq; eum de hoc facias: si ylla pœnae severitate aduersus me vt velit: adhuc mihi fores, si libeat redire, vnde discessi, patere. Exemplū hoc referre vissū est: vt in eo perspiceretur, quam periculose, & quam sanatu difficile sit illud trans fugijs malum. Enimvero, cùm Vbertus Folietus, quæ in medium afferte argumenta, ad probandam illam suam Turcici imperij tantam magnitudinem, in certas classes, seu certos locos, sine certa capita distribuerit, eundēq; ipse in respōdendo tenere ordinem statuerim: ad illud de Turcarum religione caput, quod primum ei est, respondere plenius incipiam: si tamen prius non de hoc tantum capite, sed de alijs etiam præfatus paucā fuero. Hoc igitur aio, omnibus Folietæ captiib; vnde sua, vii dixi, argumenta petit, communem esse hunc errorem quod de Turcis vbiq; ita loquitur; quasi minimè degenerauerint; sed maiorum suorum vestigij per omnia institerint. Contrā enim parum abesse puto; quia tantum Turcae à Turcis circa multa degenerauerint; quantum Persæ à Persis, & tate Xenophon-

tis, degenerauerant: si pro teste eum locuplete habemus singula, in quibus degeneres erant, enumerantem. Quod si quis de nostra tantum aetate loquens, eosdem comparare secum voluerit (ad magnam eorum partem quod attinet) ac ne eosdem quidem in moribus atque institutis iisdem mansisse dicere ausus fuerit: aliquid quod magis mirum, sed non tamen quod minus verum, dixerit. Hac præfati uncula contentus, ad primum illud caput, quod de religione est, venio: ac tantum abesse dico, ut aliquid eorum, quæ à Folieta verè hac in parte dicuntur, fateri nolim; ut aliquid etiam ab eo prætermissum, quod magni tamen momenti est, adiçere statuerim. Turcarum enim maiores, barbari illi quidem, sed barbaricam prudentiam hac in re superantes, non solum operam dederunt; ut sua religio (si maiestatem divinam non offendit, qui hoc superstitionem illam nomine appellat) nihil controuersum, ad quod hæreri, & aliquis conscientijs scrupulus posset injici, haberet: ideoque minimè in villas sectas (quales ex controuersijs oriuntur) diuisa esset: sed illud etiam quod alijs, præsertimq; Christianis, multo reddere odiosiorem poterat, ab ea procul abesse voluerunt: sanctionem dico, quia libertas aliam religionem, nominatimq; eam, quæ sola religionis appellatione digna est, colendi atque profitandi adimeretur. Quamuis enim de suo numinis culta, qualis qualis est, minimè rixarentur, ac ne controuersarentur quidem; libertatem tamen illi repugnandi prorsus, & contraria religionem Christianam amplectendi, colendi, & aperte proficiendi illis, qui suæ gentis non essent, concedendam censuerunt. Ac memini me in multis incidere, qui hoc non mirarentur tantum, sed incredibile esse iudicarent. Eò certè magis id mirandum videri possit: quod maiore superstitionis suæ longè lateque propagandæ desiderio tenebantur. Quamque hoc desiderium ardens iam olim in Vrehanæ illo fuerit, qui Nicæam ad deditonem compulit (vt alia exempla missa faciam) ex historia discimus. Id filio cum patefecisset, is se in certis quibusdam Europæ regio-

regionibus tenebras discussorum recepit, atq; esse Gaurū ut
ibi quoq; diuina veritas luceret. Ita enim loquebatur quasi
Musulmanicæ religioni diuina veritas Gauricæ tenebrico-
sa mendacia iuaserat. Gauricæ nomine Christianam signi-
fico: vt pro Turcica Musulmanicam dico: cùm Turcæ
Musulmanos se appellant; vt Christianis Gaurorum ap-
pellationem tribuunt. Sedita posteri præsertim suo illi
desiderio moderati sunt; vt tamē libertate illa Gauros
frui suerint. Qui cùm suis saltē conscientijs nullum
imponi iugum viderunt: ab alio circa alia iugo, quod non
durum tantum, sed modo non dirum videri alioqui pote-
rat, minūs abhorruerunt: ideoq; de excutieando minimè
cogitarunt. Nec verò dubium est, quin concessum illud
suz religionis Christianæ iubar (cùm Musulmani contrā
tenebricosis illam mendacijs referiam esse putent) eo fa-
cilius oculos animosq; ipsorum perstrinxerit: quò magis
considerarunt, quot modis in quibusdam orbis partibus,
à Christianis aliorum qui & ipsi nomen Christo nascen-
tes dedissent, eiusq; religionem colere se & profiterentur
& probare vellent; non solum conscientiæ sed corpora et-
iam cruciarentur. Sed enim, vt iam hinc incipiam ostendere,
quām verū sit quod paulo antè præfatus sum, Tur-
cos à suis maioribus circa multa degenerasse, multumq;
ab illis mutatos esse: quis nescit, plerisq; Christianis no-
nam, vt antea, illam suam libertatem plenè à Turcis con-
seruari? nec plena, vt quondam, in omnibus quæ ad illam
pertinent, quiete frui? Satius tamen fuerit huic sermoni
diutius non immorari: sed transire ad illa quæ Vbertus Fo-
lieta de quavis quidem religione primū, deinde autem
de Turcica scribit. Dico igitur, me fateri quidem, reli-
gionem, eam etiam quæ falsa sit, & falsò religionis appella-
tionē insigniatur (quales præter Christianam esse scimus
omnes) ad immanissimas etiam gentes in officio conti-
nendas multum semper valuisse; dum prorsus iniolata,
nullisq; disceptationibus labefacta maneret: sed hac iam
poste de Turcica iactati, nego ac pernego. In magnum e-
fff
nim

nim apud eos contemptum adductam esse, ex eo apparet; quod non modò leuiora quædam ad eam spectantia negligere: sed ipsius propemodum fundamenta conuellere non dubitant. Cum enim ex lege sui Mahumetis (vel Mohametis, ut alij vocant) summum regi suo obsequium, & quidam etiam plus quam obsequium, seu obsequiam, debent: hanc uno eodemque tempore non paruum quendam hominum numerum sed multa millia violasse: & maximas seditiones, non solum cum summo illius legis contemptu, sed cum haud paruo etiam ipsius imperij periculo coniunctas, excitasse, satis superquam notum est. Fallum autem esse, nullas de quibusdam ad religionem pertinentibus quæstiones & controversias, ac ne dubitationes quidem extirri, vel ipsa Iezideorum appellatio clamat. Hoc enim nomine infames reddere eos volunt; quibus peculiaris est aliqua circa ea quæ ad religionem spectant opinio, vel aliquæ sunt peculiares opiniones: sicut apud Christianos videmus hæreticorum appellatione Græca infamari. Muanuit autem illud vocabulum Iezidæi à quodam Iezide, qui Agarenorum princeps fuerit; & Mahumetis siue Muhammadis è filia nepotes interemerit; multisq; contumelijs atq; iniurijs illius posteros affecerit. Hac enim de causa Iezidem illum aiunt non solum pro latrone, sed pro hæretico etiam fuisse ab ipsis Agarenis habitum. Iam vero & maximis motibus intestinis à triennio passim in Turcico imperio exortis religio prætexi soli a dicitur: atq; aliquot esse hominum centena millia feruntur, qui sub prætextu purioris Mahumetanæ religionis ingam excutere conati sint. Verum, etiam si nulla omnino inter ipsos ne nunc quidem controversia de religione esset, adeo ut nulli ab hac parte motus ac tumultus illis quidem merendi, at nobis sperandi essent: haberemus saltem vnde illam apud alios omnem tandem autoritatem esse amissuram, persuadere nobis possemus. Tain enim constat illos summam in sua religione perfidiam sibi permittere; quam hoc constare sciens, nihil magis nos adducere ad fidendum

fidendum religionem aliquam colentibus (etiam quæ potius supersticio aut ἐθελοθετούσα vocanda sit) aut colere se profidentibus : quam si comperieramus , eos iusintandum , cui numinis sui nomen interposuerint , nunquam violare . Vnde apud Euphrosen , Comicum Græcum , vnuſ alteri perappositè & rationi consentaneè obiicit :

*Mibi inuenito quospiam nouos deos,
Ilos vetustos peieres naſpius.*

Adeoq; ethnici religionem posse & modò non debere vnumquenque officij sui admonere , & in eo illum contine- re , putauerunt : præsertim ad seruandam fidem quod attinet : vt etiam male de illis sentirent , qui periutij suspectos haberent : quos nondum huius criminis alia in re conuictos tenerent . Hoc ostendit alius Comicus , cui nomen Amphis , his duobus versiculis (afferam autem & hic meam interpretationem)

*Adhibere non vult qui fidem iurantibus,
Et ipsem et procluis ad periurium.*

Sic etiam alius Comicus , cui nomen Antiphanes , iudicat , eum qui ita fidem alicui deneget , alias ex suo ingenio , vel potius ex sua natura , metiri . Ita enim & ille me hic quoq; interprete :

*Iurantis ille verba qui temnit viri,
Cui nullius sit conscius periuri:
Mibi videtur esse contemptor deum,
Periuri que sibi met ipsi conscius.*

Accommodum certe hic recordor cuiusdam loci Pausaniæ in Arcadicis , (si memoria me non fallit) de Philippo illo , inter Macedoniæ reges tam celebri (cùm enim duo eodem nomine fuerint ; vnuſ , Macedonici imperij fundator : alter , euersor : de illo , non de hoc loqui volo : de Philippo inquam Amyntæ filio , Alexandri patre) eum , quamvis rebus præclarè gestis cæteros Macedoniæ reges , tam se priores quam posteriores .

superauerit : nequaquam tamen bonum imperatorem siue
 exercitus ducem fuisse. Quæ enim huius sententiæ in tan-
 tum regem latæ causa redditur ? Illum fidei interposito iu-
 rejurando data & iurati à se foederis violatorem semper
 fuisse. Immo (dicit quispiam) quidquid de Philippo
 iudicet Pausanias, hoc exemplum pro se facere contendet
 Turcæ ; aut aliquis magnitudinis imperij illorum nimius
 admirator & laudator : tanquam perfidia illi etiam Philip-
 po ad res præclarè gerendas opitulatrix fuerit. Sed illi vel
 illis respondebo , perinde esse acsi diceret Pausanias ;
 Quanto maiores ab eo gestæ res fuissent ; si, quam male a-
 pud quamplurimos ob perfidiam audiebat , tam bene ob
 fidem seruari à se solitam audioisset. At hæc Turcis occi-
 nere, non aliud esset , quam surdo fabulam canere. adeo e-
 nim magnum in sua perfidia præsidium ponunt ; vt inter
 causas tantæ diuturnitatis sui imperij hanc minimè ultio-
 mo loco numerent , quod daram fidem fallendo, cùm alia
 multæ ex hac re commoda percepint ; tūm verò magnis
 hostium prouincijs potiti fuerint. Sed scire tamen pos-
 sunt, se vel Mahumeris illius sententia damnari ; qui Ab-
 dulmelichi Saracenorum regis dux ; cùm Iustinianum II.
 in foedera peccasse vidisset , tanquam omnino persuasus
 numen de hac Iustiniani perfidia pœnas sumpturum esse ,
 scriptas de pace tabulas , summi vexilli hastæ affixas , ad
 eum vscg locum , in quo futurum prælium erat , præterri ius-
 fit. Nec verò eum spes sua (vt apud Cedrinum legere esl)
 sefelliit : cùm insignem de periuro principe victoriam re-
 portarit. Ac solitum certè à perfidia quondam valde ab-
 horrere Turcarum ingenium , ex eo etiam patet : quod
 qui de moribüs illorum non ante multos annos scripse-
 runt , eos ita fidem seruare inter se testarentur : vt ne vlla
 quidem syngrapha seu chirographo opus esset. Ac quam-
 uis fieri possit vt alio quis erga exterros , quam erga suos sic
 ingenio ; vix tamen vel erga illos posse repente mutari credi-
 bile est. Hinc igitur satis liquet , quam verè dictum à
 me antea illud fuerit : Folietam Turcas , aduersus quos
 bellan-

bellandum hodie Christianis est, ab ipsorum maioribus
 non distinguere: ac quantum ab illis degenerarint non
 considerare. Qui enim fieri potest, ut de Turcis hodie
 dici istud cum Folieta queat? nihil ab illis fieri, in quo legis
 violatae aut negligenter obseruatæ sit offensio. Hoc ut sibi
 quis persuadere possit, obstruat oportet aures ad ea, quæ
 quotidie cùm de alijs plerisq; Turcis, tum verò de Geni-
 tzaris, partim audiuntur, partim leguntur. Inter quæ si-
 lentio prætereundum minimè est, quod ab his factum nar-
 ratur in magno illo incendio quod Constantinopoli an-
 no M. D. X L. contigit: Mercibus alijsq; opibus varijs,
 quibus adhuc flammæ pepercrant, furatrices Genitza-
 torum manus, quæ alioqui & ipsæ extinguendo incendio
 adlaboraturæ sperabantur, minimè parcebant. S E C V N -
 D V s ei locus, siue secundum caput, est Disciplina (mili-
 tarem intelligit) illam enim proximum à religione locum
 in republ. gerenda atq; in imperio amplificando obtinere
 dicit. Sed male & hic (ne dicam pessimè) de Christianis
 meretur: cùm de hac loquens, scribit: In qua nihil est
 quod vlla inter nos & Turcas suscipiatur comparatio:
 quum apud illos summa, apud nos ferme nulla prorsus sit.
 Cùm autem de disciplina militari hoc à nobis intelligi ve-
 lit; etiamsi generali appellatione vtatur: longè certe eā
 repetit: atq; à quadam consuetudine apud Turcicam ty-
 rannide recepta initium sumit: quæ Christianismo scili-
 cer valde conueniret. Summum enim imperatorem ait sta-
 tis temporibus conqueritores omnibus imperij prouincijs
 circummittere ad puerorum delectum habendum.
 Hi omnibus prime atatu pueris cuius atū in conspectum adductū, quo-
 rum indoles ex forma, habitu membrorum, totaq; corporis specie &
 aspectu probatur, eos diligunt: eorumq; greges in regiam adduci, in di-
 sciplinam traduntur: in qua iaculandi, equitandi, arma tractandi,
 (ita enim ab armorum tractatione iaculationem separat)
 omnes deniq; militia artes docentur: animiq; ac corporis vires lon-
 ga exercitatione corroborantur. Neg, quisquam ad militiam admitti-
 tur, aut ad bellica munera assumitur, nisi longa hac disciplina & vnu-

assuesctus. In eo quod scribit, non posse Christianam disciplinam vlo modo cum Turcica comparari, ad illam potissimum respicere consuetudinem arbitror, à qua & sermonem hunc ingreditur. Sed nec ferre hanc consuetudinem Christianismus potest: nec quām utilia sunt ita longē petita illius disciplinæ primordia, quæ commemorat, tam necessaria dici possunt. Alioqui non apud Christianos tantum, sed apud alios etiam quām plurimos disciplina suis ab soluta numeris institui non posset. Ad exercitationem autem, quæ hic requiritur, quod attinet: Christianos omnes ea destitui, ac rudes arnorum ad bellum venire, cui tandem Folieta persuadebit? Verū & quandam Christianarum gentium nonnullis prærogatiuam esse, quafit, ut nullá vel exigua tantum exercitatione vsæ, plerisque Turcarum, multum diuq[ue] exercitatis, haud cedant; ne ipsum quidem Folietam inficiaturum crediderim. Tripli-cem porrò huius Turcicæ disciplinæ virilitatem esse scribit: Ac primam esse hanc ipsam rerum bellicarum periti-am, & firmius corporis robur. Sed cum hac summa robo-ris corporum Turcicorum commendatione haud satis vi-detur conuenire, quod de tenui victu eorum, qui in istam disciplinam traduntur, aliquanto p[ro]st scribit. Neque enim à tanta victus tenuitare athleticam quandam corporis ha-bitudinem effici quisquam dixerit: cùm talem alioqui plerisque in Turcis esse fatear: assentiente & vernaculo prouerbio: quo quempiam tam robustum, quam Turcam, esse dicimus. Turcas igitur in iuuentute, (præsertimq[ue] eos qui disciplinæ illi nomen dederunt) minus quam cùm ad virilem ætatem peruererunt, ad parcum illum vietum ad-stringi (quasi curatura iuncei reddendi essent) credibile est. Sed, vt cuncti se res habeat, frugalitate vietumq[ue] tenuitatem, in bello etiam, sicut suos Italos à Turcis vinci Vber-tus confiteretur; ita & ego de meis confiteri Gallis cogor. Verū haud scio, an de alijs omnib. Christianis militibus idem fateri necesse habeam: etiam si alioqui videri cuipi-am possit de omnibus Christianorum exercitibus intel-ligen-

Hgendum, quod ab eo dicitur, nostri exercitus & classes. Secundam esse vtilitatem ait, laborum inopiaque tolerantiam, animumque aduersus omnia mala rerumque penuriam inquietum. Ac, paucis interiecis, inde fieri scribit: vt in bello expeditiores sint illorum exercitus ac classes, haud magna sarcinatum atq; impedimentorum vi agmen tardantibus. Ac contrarium, sed verum tamen est quod subiungit: At nostri exercitus & classes ingenti vasorum & suppellecili mole grauatur: militesque ad laborem infuctum subito desiciunt: neque, nisi rerum omnium copia circumfluant, possunt durare: neque necessario vltu contenti, delicatum quoq; querunt. Eoq; iam turpitudinis res processit, vt major penè sit conuiuiorum & omnium apparatus in bello & expeditionibus, quam in pace, & in urbano ocio, luxus. Pudet referre, iam niuem ad potum refrigerandum classibus circumuehi. At me non hoc certè tantum, quod de niue scribit, sed reliqua etiam, quæ hoc loco commemorat, ex eo retulisse pudet. Sed quid? illud, nostri exercitus, quomodo accipendum esse putabimus? De Christianicis omnibus intelligere, absurdum fuerit: ad Italicos restringere, aliquam Italis iniuriam facere erit. Verum, etiamsi eò veniatur, vt à quibusdam alijs, præsertimque à Gallicis, inferenda huius ignominiae parte iuuandi esse illi dicantur; eam saltem, quæ & niuem refrigeratricem alijs quoque, ac nominatim nostratis, obijcere velit, deprecabor. Sed quid si de suis Genuensisibus loqui Folieram, & rem illis vel peculiarem, vel cum paucis communem, describere dicatur: an hoc fuerit nodum soluere? In Venetos saltem minimè hanc suspicionem cadere scio: inter quos qui etiā patritij erant, vt rea vascula vino plena, extra tenestras, Soli (non ad refrigerandum, vt opinor) exponebant, inter prandendum ac cœnandum: dum Legatus regis nostri, & aliquot qui eius mensæ accumbebamus, non nisi in cisterna diu refrigeratū biberemus: ac torū ferè famulitum eadē voluptate fruereruz. Verūquam in Venetos hac suspicio non cadit; tam in Genuenses cadere videtur.

Ac vero cor, ne Vbertus Folietain eos solūm, aut certè potissimum, huius suæ increpatiōnis aciem distingere voluerit; non ad has tantum, sed ad cæteras quoq; delicias respiciens. Memini enim me Genuæ ante multos annos conuiuijs ita circa delicias gallicizantibus excipi; ut non Genuæ, sed in medio Lutetiae, mihi natalis foli, & in mensarum ibi lautissimarum lautissima epulari mihi viderer. Sedenim, quicunq; tandem sint, qui ita, & optimo quidē iare, increpanτur (præsertim cùm, etiam si postremæ illæ, id est, postremò commemoratæ, niuis refrigeratricis deliciæ excipientur, negare nequeam; quin nimium delicati nonnunquam esse nostri quoq; exercitus dicendi sint) ita locum hunc claudam, ut fatear, eorum quosdam à Turcicis frugalitate & temperantia superari, tantas verò illas quorundam delicias ab ij/dem vel pudeſieri. Sed addam, minimè dubitandum esse: quin, si his quoq; aduersus Turcos bellandum sit, suas illas luxu haud carentes cupiditates debellare prius & velint & possint. Ita enim & in medijs aduersum Turcos castris velle deliciari, non tam sit aduersum illos dimicare: quam diuinam misericordiam magno cum periculo irritare.

Tertiam, quæ ex illa disciplina Turcica prouenit, vtilitatem, esse ait obedientiam: atq; hac virtute rem bellicam in primis contineri. Tantum enim eam honorem mereri putat; vt præcipuam in re bellica virtutem vocare non dubitet: aliter iam virtutis appellatione vrens, quam in suæ lucubrationis inscriptione: ubi VIRTUTIS AC FELICITATIS TURCARVM IN BELLIS PERPETVÆ dicit. hic enim quin virtutem de fortitudine intelligat, minimè dubium est. Cæterum, cùm de hac vtilitate illi assentiar; de eo quod tertium demum illi locum assignauerit, dissentio. Cur enim primo eam loco non dignatus est, cùm de tanto eius in re militari momento illi cum omnibus conueniat? Forrasse tamen aliquis hoc decus, quod speciei tribuitur, ipsi generi, id est, disciplinæ militari, dandum potius fuisse contendet: & ita quidem,

vt sicut primas in re militari partes disciplina tenet: ita obedientiam primas in hac tenere dicat. Ibi certe vnde abesse hanc videmus, & ta^zlav esse, & tandem avazlav futuram, affirmare possumus. Sed enim cum hanc apud Turcas tantam esse scribat: vt neq^z nostra neq^z vllis saeculorum etatibus apud vllas gentes maior fuerit: nos contraria (inquit) contrario virtio flagitosè laboramus. Contumaces enim sunt milites nostri, neq^z imperijs obedientes: quippe qui nulla disciplina mansuetati sint, nulloq^z pœnæ metu in officio contineantur. Se autem non de suis Italib^s militibus tantum, sed de omnibus Christianis, quotquot militant, loqui ostendit, his quæ proximè addit verbis: vt Christianorum castra ipsorum militum nostrorum seditionibus, quam hostium oppugnationibus, infestiora ferè sint. Quis eum hic vti hyperbole negauerit? sed hyperbolæ qua vesus erat in laudem Turcarum, hyperbolem quæ in Christianorum cederet dedecus, opponere voluit. Nisi forte ex suis Italib^s militibus, in quorum non nullis tam seditionis ingenia obseruauerit, alios omnes Christianos metiri voluerit. Verum ne de Italib^s quidem persuadere mihi istud possum: qui alioqui Gallos minùs, quam illos, hoc virtio laborare, dicere vix ausim; si dicere quod verum est velim. Sed fieri etiam potest, ut per auxilium quibuslibet contentionibus nomen seditionum tribuere voluerit. At qui multas contraria videmus contentiones inter milites (Gallos præsertim) ortas; & illos maximè quibus aliqua natalium nobilitas cum animorum nobilitate (si de generosis animis ita loqui licet) coniuncta est: rerum bene gerendarum occasionem præbere? dum, stimulante & hos & illos gloria bellicæ cupiditate, hi illis, illi his ea præripere conantur. Ac, si magno plerunque hanc inter illos nobiles etimationem bellis fuisse nostris bono dixeris (cum Turcæ contra eam ignorent; sicut illam natalium nobilitatem, qualis apud Christianos, inter ipsos Turcas iacere notum est) me quod verissimum est dixisse, nemo, ut opinor, negaturus est; qui aliquid de Gallica

militia audiuerit. Interim vero, ut plerumq[ue] balicui commo-
ditati, (& quidem ei saepe qua magna est) aliquod incom-
modum adiunctum est, vix reclamare illis ausim, qui can-
dem rem aduersus disciplinæ militaris obseruationem
contumaces ac refractarios reddere non paucos querun-
tur. Neq[ue] vero in ijs tantum, quorum mentionem feci,
Gallis militibus, sed in alijs etiam, qui eo, quem dixi, gra-
du ceteros non antecedunt, contentiosa inueniri ingenia
fateor; & tam ob hanc causam, quam ob quasdam alias, vix
est in quo magis à Turcis, quam in disciplinæ militaris
obseruatione viacamus. Cuius tamen maiores nostri,
ut rei in bello præ quavis alia non utilis tantum sed saluta-
ris obseruantissimi fuerunt. De ea autem potissimum eius
parte loquor, de qua nunc agitur: rem docere solita, ad
quam præcipue mortalium quamplurimorum indocilia
sunt ingenia: obedientiam inquam.

Neq[ue] vero de gregarijs militibus solum vel potissi-
mum queritur noster Folieta; sed eiusdem accusationis a-
ciem in eos, qui ipsis aciebus præsunt, atq[ue] adeo in ipsos
proceres audet distingere. Haud enim contentus di-
xisse de militibus, contumaces esse, minimeq[ue] imperijs
obedientes; ita vt Christianorum castra, ipsorum militum
seditionibus quam hostiom oppugnationibus infestiora
ferè sint, addit; Quo virtio ne duces quidem ipsi ac proceres carent:
quorum pleriq[ue], depravatis cupiditatibus, ac priuata ambitioni, quoq[ue]
nihil sedius est; questui seruientes, ac bellum cauponantes, rempu-
blicam produnt: nullamq[ue] principibus suis non modo fidelem ac sortem
operam nauant: sed alterius (nisi foret alter alterius scriptit) glo-
ria inuidia & obrectatione, ad rem bene gerendam sibiipsi saepe mu-
tuuo impedimento sunt. Ac, quemadmodum de militum vul-
go dixerat, contumaces eos esse, neq[ue] imperijs obedien-
tes, quod nulla disciplina mansueti sint, nulloq[ue] po-
næ metu officio continentur: ita de his ducibus & proce-
ribus addit, nulla pena expectatione à tanto flagitio deterriti.
Suntq[ue] huius tam acerbæ expostulationis clausula istæ vo-
ces; Ut nullus tam sit apud nos, quo descendamus, inferior dedecoris

& infamia locu. Si Vberto Folietz, hac de plerisq; belli du-
cibus Christianis ac proceribus etiam scribenti annuen-
dum est; non abnuo, quin sententiam statim mutem, &
nostris nihil non desperandum esse; at Turcis (præsertim
si tales aduersus eos duces ac proceres mittantur) quiduis
sperandum esse clamen: ac, quam ille felicitatem in bel-
lis fuisse ijs scribit perperuam, ad multos annos duraturam
promittam: quantum quidem præsaga mens mortalium
potest promittere. Verum Vberto ita in Christianos belli
duces atq; exercitus proceres declamanit (ad exercitus
enim proceres vocem hanc ab eo restringi arbitror) ut de
quibusdam alijs antea, altum occlamabo: vel potius pro-
me hic versiculus occlamabit;

Parcite pacorum transscribere crimen in omnes.

Vereor enim ne tandem à plerisq; quos perfidiæ, & quidé
preditorie, insimulat, venire ad plerosq; omnes audeat.
Cuius autem scripti lectio Turcarū auribus accidere que-
at incundior? præsertimq; ad hanc eius partem quod atti-
nerit? Quid magis animos illis aduersus nos addete possit?
Neq; enim dubium est, quin, si ad eorum aures perueniunt,
qua male illis ominantur, aut quoquis alio arguento ad-
uersus eos scribuntur; multo ea magis qua aures, animos
& spes eorum excitare valent. Sic enim cuiusdam aduersus
se scripti prognostici, & ab Vngaris iactati, in suis histo-
riarum monumentis fecisse mentionē dicuntur. Huius au-
tem de regni illorum catastrophe prognostici autor fuisse
fertur Antonius Torquatus Ferrarensis philosophus, me-
dicus, astrologus clarissimus. Eius initium est: *Ad imma-*
nissimos Turcos ratiocinationem meam conuertam: quos longum, la-
tum & magnum imperium diuitiarum magnitudo, frequentia victori-
arum & gloria, tantum extolleret, eorumq; animos & spem sic eleuabit,
ut sibi puraturi sint nec calum resistere posse. Atq; idcirco ad rotius or-
bis imperium adspirabunt: Assyrios & Aegyptios, maximis prelijs fractos
superabunt: Armenios, Persbos, & Persas continuis prelijs molestabunt.
Pluries aduersus eos viatores & superiores euadent, & quandoque
succumbent. Magna strage suorum in Christianos arma mouebunt.

Tam multa ex eo prognostico non afferem; sed ad illud te remitterem; nisi paruo interuallo ipse etiam annus qui Christianos summo dicitur gaudio affecturus, ut pote voti compotes facturus, indicaretur. Persequar igitur: Venetis primū multa inferent damna: Post eorum amici facti Belgradum in ditionem recipient: Rhodum superabunt: Pannoniam & Vngariam multis cladibus afficient. Tandem vim comminantes, regnum Vngarorum lacerantes, simulq; imperium Romanum Germanumq; diutissimis bellis tentantes, in eorum manus cadent. Annus erit Christi 1594. vel 1595. Verū & alia quædam mala, antequam hoc bonum contingat, ab illis impendere ait. Subiungit enim. Sed prius Apuliam intrabunt, Siciliam, Galliæ Hispaniæq; litora classicæ sua, nec non Italiam molestabunt & affligerent. Timorem magnum Christianis immittent. Sed Christus tandem suorum stragem non fetens. &c.

Verū, ut ab his, in quorum mentionem imprudens propemodum incidi, (licet ab argumento quod tracto minime alienorum) ad Turcorum disciplinam militarem revertar: quæ ab Uberto Folieri ad cœlum usq; laudibus extollitur: absit ut hoc ipsi concedam, illi disciplinæ, qualiscunq; & quantacunq; ante fuit, nihil decesse. Alioqui enim me cùm aliârum recentium historiarum, tum verò cuiusdam, quam paulò ante attigi, cùm de religione eorum agerem, esse imminorem oporteret. Ex ea enim discimus, non solum multum obedientiæ solita decesse; sed rāndem ex eorum peccatis tum temporis quidem abscessisse. Quod verò quidam & hâc eam laude cumulant, ut etiam esse spontaneam dicant, præsertim q; eorum maioribus talem fuisse: nescio an apud alios fidem, qui & ipsi eam valde prædicant, mereri possit. Apud me quidem certè non meretur: cùm à seruilibus ingenijs (qualia sunt Turcarum) vix proficiunt spontanea illa obsequela posse videatur: si quidem aliquid ingenui habere illam necesse sit. Sed de hoc aliorum esto iudicium. Ipsius tamen Folietæ iudicium non est quod hîs expectemus: cùm id quale sit, nobis,

nobis, si attendamus, declareret. Quò enim alioqui spectat ille toties inculcatus pœna metus? Nam in sua Turcarum & Christianorum antithesi; Contumaces enim (inquit) sunt milites nostri, neq; imperijs obedientes: quippe qui nulla disciplina mansuofacti sint, nulloq; pœna meru in officio contineantur. Ac paulo post, vbi eadem, immo grauiore etiam accusatione ipsos exercituum duces, ac modo non proceres, quam gregarios milites, aggredi audet; totam magni, vel potius maximi, quod ab alijs proficiscitur, malè culpam, aut saltem causam, in malum hoc confert, quod nulla pœna exspectatione (nam ita loquitur) à tanto flagitio deterreantur. Vtrobique enim (ut alijs de locis tacetam) perinde est ac si dicceret, metum illum, qui obsequentes & morigeros reddit Turcas, ab horum Christianorum mentibus abesse. Vnde fit, ut de Turcis recitari possint & debeant illi Horatiani versus:

*Oderunt peccare boni, virtutis amore:
Oderunt peccare mali, formidine pœna.*

Quorum tamen versuum posteriorem cùm recito, Horatij me autoritate abuti non ignoro: cùm suppositius sit, ac falsò illi adscribarur. Sed neminem è letoribus futurum puto qui me apud Horatium huius accusare abusus velit. Quòd si quis illam nihilominus obedientiam spontaneam tueri pertinaciter vellet; ad eam vulgarem de Turcis opinionem configendum esset; ex qua sit ut quam plurimi illos vel præsentibus mortis periculis in bello se offerre, seq̄id in ipsis haud mirari dicant: nimirum quòd eos esse persuasos existiment; se in bello pro sui imperij suæ religionis propagatione suscepto occumbentes, in locum statim receptum iri vbi incredibilis quædam beatitudo illos exspectat. Verum, etiam si paſsim hoc de illis audiatur, cùm tamen tam diligens illorum encomiastes Foliet a nullam eius mentionem fecerit, vix dignum, cui à me potius, quam ab illo fides adhibetur, iudicare audeo. Quis enim illum obliuione, ac non illa potius, quam dixi,

de causa præteriisse id existimet? Huius siquidem opinionis referenda pulcherrimâ occasio se offerebat, cum alibi, tuum verò ubi commemorans, quod de vita termino, quem fatum vincuique statuerit (ita ut neque proferri, neque contrahi possit) persuasum habent, hæc etiam adiicit; Proinde, quum præstiuata hora mortuus venerit, eam omnino esse obeundam: ac nihil minus esse moriendum, si in cubiculo tuo clausus procul ab omni discrimine fueris, quam si in medio pugna ardore inter mille in te unum intenta tela verseris: si non venerit, te ab eiusdem telis ingulum tuum perentibus nihilominus, quam in cubiculo, tutum fore. Hic, inquam, valde aptè illius persuasionis mentionem fecisset; si ea illi genti inesse dici posset; & peculiarem quendam ad mortem fortiter opperendam stimulur illis addere: cum illa contraria, quæ ab eo afferuntur, adeo illi Turcorum genti propria non sint, ut vel proverbialia quibusdam alijs fuisse dici possint. Nec dubium est, quin quod Ænobarbus, Solimanni in expugnatione Castellinoui, Dalmatiæ oppidi, legatus, quibusdam respondit: idem & alij plerique minimè Turci vel nati, vel facti, respondisseant. Nam cū ille in ea oppugnatione non solum nihil, quod ad fortissimi imperatoris munus pertinere dici posset, prætermitteret; verum se nonnullis etiam laboribus fatigaret; quos aut quorum partem alijs imponere per militares leges licebat: & quotidie de multa adhuc nocte cœnauibus in castra profici seretur: ac nunc munitiones adiret; nunc tormentarijs machinis adstaret: modò inter equites esset; modò pedestres copias iauiseret: singulos compellarer ac cohortaretur; & omnes ad fortissimè pugnandum animaret: sive etiam non prins illinc abiret; quam pro se quenque in conspectu suo egregiam aliquam operam nauasse vidisset: hoc Sanzici (qua dignitate præditos quidam Sangiachos vocarunt) considerantes, illi timere cœperunt. Ad illum igitur accedentes, orare cœperunt: ne se tot tantisque periculis exponeret: sed, quantum in eius cœde iacturam Solimannus fakturus esset, secum perpenderet. At ille; Si eo sum fato (aiebat) ut in ista obfisione

fidione mihi cadendum sit; num curare debeo, an hodie,
 an multis post diebus id contingat? gladio an bombarda,
 in terra an in mari; occidam? Ab hoc de militari disciplina capite antequam discedam: &e hoc etiam monebo;
 non parum de magnitudine Turcici imperij hac tempe-
 state decessisse; quod ad ordinariorum militum nome-
 rum attinet: si quidem, quæ hodie à nonnullis scribun-
 tur, cum ijs quæ ante sexaginta plus minus annos à qui-
 busdam scripta fuerunt, conferantur. Nam Richerius,
 qui de statu imperij Turcici scripsit: & se ex Egnatio, Blon-
 do, Platina, Riccio, Gaguino, Paulo Ionio, Andrea Cam-
 binio, alijsq; si non eloquentiæ primæ, maximæ tamen fi-
 dei scriptoribus, semina collegisse ait: postquam dixit,
 delectus, qui ab ipso Turcarum imperatore habentur, e-
 quitum ac peditum esse, & utrorumq; plura esse genera:
 ut hos primū expediām (inquit) prætoria cohors for-
 tissimorum peditum est, qui eorum lingua Ianizari dici
 solent. Hi initio quidem pauci fuere; sed nunc ad qua-
 draginta millia excreuerunt. Imperatorem, Aga duce,
 (ita enim eum qui eiusmodi ordini præst appellant) per-
 petuo circumueunt: In quibus sagittarij sunt ad quinq; vel
 sexmillia: qui quod sinistrorum arcus suos intendunt ac
 remittunt, Czolaclar, hoc est sinistri, populariter dicun-
 tur. Addit, esse in his ducentos cæteris proceriores, & mi-
 litari disciplina magis claros: qui ab equirante imperato-
 re ne latum quidem pedem (ita enim loquitur) discedunt:
 atq; hos appellari Solachos. Optimè autem conuenit hic ei
 cù illis qui Solachos, esse ipsius imperatoris circumpedane-
 os, scribunt. Et, paucis interieatis, quæ de Ianizaris adiicit,
 (sed Genitzari potius appellâdi sunt) Alterū, inquit, genos
 est peditum, quos singula prouincia, ac ciuitates, mandato
 imperatoris suis sumptibus, nēpe collata in singulos men-
 strua stipe, ad bella mittunt. Asapi nominatur: & quadra-
 gitæ milliū, ac paulò pluriū, eorum est exercitus. Facta de-
 jude inter pedies mentione lixarum etiā, & calonū, fabro-
 rū ligniorū, aliorūq; qui pugnantib. necessaria ministrat,

vias aperiunt, atq; alijs huiusmodi officijs funguntur: ad equites venit, quorum quosdam Spachioglanos, (si tamen ita eum scripsisse credendum est) vel vnico vocabulo Spachiglanos vocari ait. Ac postquam hos omnium selecissimos esse scripsit, qui partim equitibus praefaci solent, partim peditibus: atq; in his omnem Turcicæ militiae vim esse: legationes obire; & Sangiachatibus, hoc est prouincialibus praefecturis, atq; id genus muneribus fungi: hos deniq; filias sororesque imperatoris vxores ducere; tanquam cæteris omnibus clariores, ac de ipso principe bene meritos: capite quoq; vt alios, mitrato esse; & aureis sericisue indumentis versicoloribus ut: tandem ad numerum eorum veniens, esse mille ait, quorum sit, exuenientem vrbe principem dextra comitari: lauam vero mille alios equites cingere; qui Solastræ siue Soluphtari appellantur: & quorum omnino eadē sit cum Spahiglanis & vitæ, & nobilitatis, & vestium atq; armorum ratio. Iis adhærere alios quoq; mille equites Vlufagos, conflatos partim ex Ianizaris, egregio aliquo facinore nobilitatis: partim etiam ex seruis de Bassa aut Belerbeio pugna aliqua benemeritis: vt qui fidelem ijs promptamq; operam periculo imminente praestiterint. Post hos, esse Gharippicos, pari numero & conditione: nisi quod leui sunt armatura. Ex his deniq; equitum peditum q; generibus portam principis constare. Sed alios esse equitum ordines sub Belerbeij, Subasios ac Timoriotes, seu Thimarcinos. Eos esse qui pro numero villarum aut locorum, que principis mandato Turcæ possident, ab ijs, agente id consuetudine, aluntur: ac trium millium asprorum stipendium in singulos annos capiunt. Alios esse Mozellinos, lectos ab ijs, quibus olim Turcarum imperatores acquisitos bello agros diuiscerunt. Verum cum hi posteriores non magnum omnes simul numerum efficiant, ad alios tandem venit: quorum millia fere triginta esse dicit. Hos vocari Alcanzos, siue, vt quibusdam placet, Aconizios, hoc est, farales seu fortunæ milites. Eos nullo stipendio militare: sed vnis semper aut biniis ca-

nis castris antecedentes excurrere prædabundos; & quintam præcū partem ad imperatorem manubiarm nominē deterre. Omnes autem eiusmodi copias in duos exercitus diuidi, Europeum atq; Asiaricum. His præesse Belerbeios, hoc est præfectos præfectorum: seu principum principes: atq; hos esse duos: quorum hunc Aliz præesse: illum Europæ. Hæc libuit ex illo afferre, vt ex eorum & quorundam etiam aliorum collatione cum illis, quæ à quibusdam hodie memorantur, probarem quod proposueram: magnitudinem imperij Turcici non parum immunitam esse; quod ad militum ordinariorum numerum attinet. Interim verò & alia paucula inserere, hinc discenda, non iniucundum lectoribus nonnullis fore existimavi: & cum venia vestra me id facturum speravi. Turcicas appellations ex illo fideliter exscripti: quamvis alioqui quasdam apud alios alias esse non ignorarem; & quidem quibus vti, rationi magis consentaneum videri possit. Ne longè abeamus: illos prætorianos equites, quos aliquantò ante Spachi oglanos, (siquidem ita scripsit) vel unico vocabulo Spahiglanos appellari scribit, à nonnullis breuius Spahos vocari videimus: à quibusdam Spahileros, vel Ispanhileros. Sed tamen & Spahoglan-aga de tribuno equitum apud alios legitur. Vbi obseruandum est quoq; illud Aga/ quemadmodum & in Capitzilar-aga, de ianitorum tribuno) quo nomine Richerius noster dici ait eum, qui Ianizarorum ordini præst. Quos verò idem, inter illa quæ postrema ex eo atruli, Belerbeios vocavit; eodemq; & ante a nomine appellauerat; scio quidem & à plerisque alijs ita nuncupari: sed hoc quoq; noui, non deesse qui Begler-beg, & quidem rectius, scribant: & exponent, Princeps principum, vel Dominus dominorum: qui sub se dominos, aut magistratus siue præsides alios habet. Item, Supremus castrorum præfetus. Cùm autem alios sub se magistratus siue præsides habere dicitur: tam de civilibus, quam de castrensisbus quidam intelligunt. Sunt porrò obiter & Turcicæ appellations huiusmodi (nam & alias habent quasdam

h h h

quasdam

quasdam huius notæ) considerandæ: quoniam, si non faciunt ad adstruendam tantam illam magnitudinem imperij Turcici: quantam esse contendit Folietæ; ad splendorem saltem eius multum facere dici possunt. Verum (quæ admodum rectè vulgari prouerbio dicitur) non omne, quod splendet, est aurum. Si quis enim alioqui eos titulos, qui ipsi Turcarum regi seu imperatori dantur, consideret, humile quiddam subesse videbitur ijs, quos Christiani vno omnes ore (id est, vno oris consensu, licet non eodem sermone utentes) nostris principibus Christianis tribuimus. Quid enim Deo Optimo Maximo reliquum fit: cùm ille Turcarum Imperator, Sultan olem, siue Sultan alem, id est dominus mundi, salutatur? Verum ne ipsa quidem Sultani appellatio, absq; vlla adiectione, alij quam deo, sine profanatione, conuenire potest: siue quis Omnipotentem interpretetur, quod sonat vna expositionum Cedrini: siue Regem regum, quod sonat altera: siue Sultanicum non aliud, quam dominū significare dicamus, (quod hodierno apud Turcas vsui illius vocabuli potius assentitur) sed hoc titulo dominatum illius cum dominatu Dei Opt. Max. comparari: qui & ipse passim in sacrosanctis libris Dominus, absq; adiectione vlla, nominatur. Ad hoc restabat scilicet, vt nostriates in dando illi Imperatori hoc titulo Italos imitarentur. Nondum nostro illi Richerio valedicere statui. Duo enim ab eo, inter illa quæ ex excessu protuli, scribuntur, quæ prius examinanda censeo. Ac vnum eorum est de quo accusationem Vberti Folietæ, vel alius cuiuspam, excusatione mea libet prauenire. Læuam principis vrbe exeuntis equites mille cingere ait (iam autem de alijs mille dextram cingentibus loquutus erat) qui Solastræ siue Soluphtari appellantur: & quorum omnino eadem sit cum Spahiglanis, & vitæ, & nobilitatis, & vestium arq; armorum ratio. Illi quippe statim vndiq; obstrepetur: apud Turcas non esse illum nobilitatis gradum, siue illam nobilitatis prærogatiuam, quæ apud Christianos est. Ac cùm aliquos, ex recentioribus etiam testes,

festes cibabant; tum verò Busbequium (cuius ego autoritatem magni facio, vel ob ea quæ de rebus Turcicis, quorum oculatus erat testis, differentem audiui) in itinere Amasiano. Eius igitur & audienda & consideranda sunt verba; Nullus in frequentissima Caesaris Solimanni aula & tanto exercitu nobilis, nisi ex suis virtutibus & fortibus factis: Natalibus nemo à reliquis distinguitur: honoris cuiq; pro munera & officijs, quod administratio ratione defertur. Deinde nullum ibi de loco certamen esse ait. nam genus illud munieris quo fungitur, suum cuiq; locum assignare. Munera verè & officia principem ipsum distribuere: & quidem in hac distributione non divitias, non sumum nobilitatis pendere: non gratiam cuiuscq; aut multitudinis iudicium morari, sed merita considerare: sed mores ingeniumq; atq; indolem intueri. Ac ferè quis ad ea verba obstupescat quæ valde paruo interuallo sequuntur: qui rerum primas à principe tenent, ferè esse pastorum aut bubulcorum filios. Nec desint fortasse, qui & ista valde mirentur: Tantum abesse ut eos pudeat, ut etiam inter se gloriētur. Verū, ut ad huius loci initium reuertamur, haud possit quis inde Richerium nostrū accusare. Illi enim patrocinans aliquis, Solastris siue Soluphtaris, nec non Spahiganis, nobilitatem tribuentem, non de nobilitate natuum, sed de nobilitate ex virtutib. & fortibus factis parta loqui dicet: sicut Busbequius Solimanni aulam tantumq; exercitum, nullum qui aliunde, quam hinc nobilis sit, habere scribit. Fateor tamen hunc videri posse non satis sibi constare, in eo quod aliquanto post addit; ipsum principem in munera & officiorum distributione non divitias, non sumum nobilitatis pendere. Quis enim hic nobilitatis esse sumus potest, nisi natalium ratione habita? Sed alia hoc ex parte occurrit; nullam haberi natalium rationem posse, aut frustra haberi; atq; adeo nullum inter natales posse discriminem constitui: quod ad istud nobilitatis genus momenti sit alicuius; si ne filij quidē eorum, qui ad summos honorum gradus à principe euecti fuerint, se seruorum numero possint eximere. Inimico vero

ne hos quidem qui à principe in altissimos illos honorum gradus sublati sint, seruitutis iugum exuisse quidam opinantur; nisi per aliquam cum principe affinitatem. Facta autem & à nostro Richerio fuerat paulò antē mentio querundam, quietiam filias sororesue principis in uxores ducunt. Apud eundem non longo interuallo Ianizari egregio aliquo facinore nobilitati opponuntur seruis. Sed quid aliud his in locis valet Nobilitati, quam Dignitatem aëpti, vel Honores consequuti? Nec dubito quin multi hoc potius quam illo esse loquendum modo dicturi sint. Interim verò questionem hanc de querundam Turcarum & nobilitatione, & hanc sequente eorum nobilitate in medio relinquam: boni consulens, si Richerio nostro bonam patrocinij mei ope præstitisse opem dici potero. Ad aliam de militante nobilitate transibo dissertationem: cuius oneri non minus quidem impares humeros meos sentio; sed illis imponam tamen: cum impositum & tempore exiguo gestatum in alias cuiuspiam humeros posse transferre sciam. Quid verò tibi, vel potius ei, quod tractandum suscepisti, argumento, cum nobilitate? dicet quispiam. Immo quoniam ad magnitudinem imperij Turcici quidam & hoc facere arbitrantur; quod nulli eodem quo apud Christianos modo nobiles dicantur: ac ne sint quidem: aut cerrè siquo sit modo hic nobilium ordo, in ordinem cogatur: ideo huic meo conuenientissima argumento dissertation illa fuerit. Sed vos rogatos velim: vt, quamvis mihi minimè necesse sit è vestra Germania ad inueniendum infinitum nobilium numerum egredi, ad me tamen Galliae nobiles digrediar: cum quibus, & ob communem patriam, & ob multò maiorem notitiam, familiarius agere augebo. Duos autem exercitus Gallicos mihi alijsq; pariter ante oculos ponam: in quorum uno multi nobiles, in altero nulli militent: sic tamen vt alioqui a quæ hic atq; ille non solùm militum robustorum numero, sed alijs omnibus exercitui necessarijs instructus sit: an eadem ab utroq; exercitu, aduersus eosdem hostes, in easdem

dem difficultates, & angustias redacto, sperabuntur? Eadem qui sperabunt, illis se, quæ sit vis illius nobilitatis, quæ illa stimulos ad res præclarè gerebas addat, non solum nunquam sensisse, sed ne audiuisse quidem ex ijs qui senserint, declarabunt. Illos autem qui istud ignorabunt (quam ignorantem à vobis omnibus procul abesse scio) recordari velim eius æmulationis, quam inter nobiles ori-ri in bello plerunq; valde illi opportunam dixi; & verè quidem dixi. Nec verò ille solitus addi à nobilitate stimulus, id est, à generoso, nobilium etiam natalium sibi conscio & immemore nunquam pectori (sicut antea de nobilitatis animi cum nobilitate natalium coniunctione loquutus sum) hoc facit tantum, ut alterum æmuletur; sed etiam ut paternam, ut auitam, ut omnem deniq; omnium maiorum fortitudinem æmulari velit. Atq; huc pertinet illud Pallantis dictum, apud Maronem,

*Spemq; meam, patria qua nunc subit amula laudis.
Sic & Euryalus, postquam Niso dixit, Itane solum te
in tanta pericula mittam? subiungit:*

*Non ita me genitor bellis affuetus Opheltes
Argolicum terrorem inter, Troiaj, labores,
Sublatum erudit;*

istà profectò innuens; hoc nequaquam esset patrem æmulari, sed contrà, ab illo degenerare. Et, quam ex illa paterna eruditione imbiberit opinionem, simul ostendens, addit;

*Est hic est animus lucis contemptor: & istum
Qui vita bene credat emi, quo tendis, honorem.*

Vbi etiam obseruandum est, talis honoris talisq; gloria cupiditatem, eam esse quæ tantum æmulationis studium accendat. Hoc Euander cùm nosset: Pallantem filium hujus nimiae æmulationis suspectum se habuisse, vel (ut magis propriè loquar) ne nimia tandem in eius pectori fieret, formidasse, sua deploratione ostendit;

Non hæc, ô Palla, dederas promissa parenti,
 Cautius ut seno velles te credere Marti:
 Haud ignarus eram, quantum noua gloria in armis,
 Et prudelice decus primo certamine posset.

Quantum verò istud est, quod nobilis vnius exemplo ignobiles etiam plurimi ad virtutem ascenduntur? Quos enim labores, quæ pericula subire nobiles non recusant; fieri non potest quin vulgus militum eosdem eademque subterfugere pudeat. Sed quorsum de militante nobilitate tam multa? dicet quispiam: Iterum enim anteuertere hanc obiectionem volo: Ut nimis Folietam aduersus Folietam imiter: id est, aliqua tandem & ipse aduersus eum antithesi utar: sed qua non tantum dicam, militia Christianæ, nobiles militantes habenti, cedere omnino Turcicam, in qua nulli nobiles militent: (quamvis alioqui nihil huic desit eorum quæ ad robur in speciem & quandum requiri possunt) verum etiam Folietam ob tam acerbam tam multorum nobilium reprehensionem acerba ipsum met reprehensione dignum coner ostendere. Primum enim paucorum in plerosq; crimina (præsertim ad illa grauia quod attinet) transscribit: ut antea dixi. Deinde ita loqui de illis nobilibus videri potest; quasi nobilium, magna ex parte, natura sit illis obnoxia. Atq; in hoc perinde facit, acsi quis eum, qui minimè valetudinarius antea fuisset, sed tamen aliquando tandem ex pestilentia contagione & grotae cœpisset, corpus quod natura sit morbis obnoxium habere diceret. Cum qua enim pestilentia comparari corruptela seculi nostri non possit? Tantam certè hanc corruptelam dicere possamus; vt qui adeo male affectam ab ea nobilitatem videat; si quidem ante hunc inde contractum morbum eao nō viderit: Folietæ potius quam mihi, naturalem eius (vt ita dicam) habitum, in ijs quæ præcesserunt, describenti, fidem sit adhibitus. Præsertim verò illud, quod dixi, gloriæ cupiditatem ad emulationem fortium factorum peccora nobilium solere accendere; cui persuadebo, si illa omnino repugnantia apud Folietam legat?

alterum

alterum alterius gloriæ inuidia & obtricatione sibi ipsi
sepe mutuo impedimento esse. Immo verò futurum
spero, ut aliquis ea, quæ modò dixi, simulq[ue] testimonium
considerans, quo natura nobilitatis nōn à Marone tan-
tum (licet eius autoritate tantum niti voluerim) sed ab alijs
etiam quamplurimis atq[ue] adeo ab ipsa experientia or-
natur, non incredulam meis verbis aurem præbeat. Adcri-
mina autem ut redcam, quæ nobilibus impingit: cùm ad
ipsos vscq[ue] proceres exercituum veniat: tam grauia, si-
mulq[ue] tam noua(de nō nullis eorum loquor) tam magno no-
bilium numero obijcientem quenquam audire me haud
memini. Ac illi certè rem per mihi gratam facient, qui
eum de suis loqui Italis magis, quam de meis Gallis, aut de
vestris Germanis, sibi persuadebunt. Ut tamen Foliera
bona me fide agere intelligat: vnum ex enumeratis ab eo
criminibus esse fateor, quod multis nonum futurum est:
ac, cùm pleriq[ue] Italos graue illius onus debere totum su-
stinere existimaturi sint: ego quorundam è meis Gallis
humeros adiutores dabo: Stipendijs interuersis, inquit,
numerum militum mentiuntur, alijs in locum eorum,
cùm exercitus lustratur, subornatis. Quò sit, ut copiæ no-
stræ, stipendijs frequentes, raræ sub signis sint. Quid verò
me hoc de quibusdam nostratis celare profuerit: cùm
iam ex illis ipsis nonnulli sint, qui patet fecerint? Ne ipse
quidem Nocus certè, inter huius seculi, & quidem recen-
tissimæ etiam memoriarum, duces, celeberrimus, illud tacen-
dū sibi putauit. Quod si illi hoc furtum monumentis liter-
arum (non sine magna certè infestatione) prodenti adfli-
tissem; non men etiam indicasset quod apud nos illis um-
bris datur. Quidam enim umbras vocare liceat milites illos
supposititios, & in verorum locum subornatos: qui post
lustrationem exercitus non magis comparent, quam si e-
nanuissent? Possem autem fortasse Italos alios etiam, quam
Gallos, socios dare: sed motos præstat componere flu-
etus. Hoc tantum addo, si in expeditione aduersum
Turcas idem committeretur: sacrilegium meo quidē iudi-
cio appellari posset, quod furtum simpliciter in alijs exer-
citibus.

citibus vocaretur. Ceterum, quamuis ita loquutus sit Folieta: ut non minus in equitatu, quam in peditatu, fraudem illam fieri intelligi possit; tamen ut circa equitatum haud ita facilè admitti potest; ita nec admissam à ducibus nostratisbus me audire memini. Admitti certè tanta nullo modo posset, nam interdum vix triginta pro centum comparere scribit idem Noeus.

Inter alia autem valde hoc mirum videri potest apud Folietam; quod, quo pluribus & grauioribus criminibus Christianos onerauit; eò magis Turcas omnibus exoneret: immo non criminum tantum circa rem militarem, sed vitiorum etiam expertes esse contendat. Hoc profectò, si verum esset, multum ad imperij Turcici magnitudinem faceret: sed ne verum dici possit, quædam obstant historiæ de nonnullis eorum etiam qui Bassæ à dignitate appellantur. Quod si superiori iam tempore verè illud dici haud poterat: quanto minus in ea quæ & apud Turcas nostro tempore superuenit corruptela dici poterit? At Folieta noster tamen, postquam omnibus illis vitijs, quæ Christianis exprobavit, castra Turcarum carere dixit: ijsdem vitijs (nec non ijs de quibus antè dictum est criminibns) totidem, immo plura etiam opponit, quibus Turcas mirum quantum ornat. Nam Turcæ (si credere dignum est) non solum quietissimi sunt milites atq; imperijs obedientissimi, militariaq; munera impigre ob-eunt: sed etiam omnem ferociam prælio referuant: atq; hoc ingentibus animis ineunt & sustinent. Neq; primis aduersis rebus secundaq; hostium fortuna franguntur, aut aciem deserunt: sed maiore legum & pœnæ, quam hostis metu continente, fortissimè dimicantes, locumq; assignatum tuentes: fortunam se vertentem exspectant; omniaq; ultima experiuntur. Immò quæ esse queat bello satis conuenientia ferocia; qui esse possint gentes animi in illis, qui adeo seruili sunt ingenio: ut metu pœnarum magis, quam alia re vlla in officio contineantur? Verùm interim ille pœnarum metus metu hostis expellit, inquietus.

quies. Sed quid si ego contra , eorum plerosq; duplii me-
tu turbari contendam? præsertim cùm addas , atrocissimi
supplicij horribilem ac fœdam speciem animis illorum
obuerfari. Quòd si feruilia Turcarum , maxima ex par-
te , ingenia non escent ; cur pauci quidam apud illos Io-
gnolli vocarentur? atq; hac appellatione illi significaren-
tur ; quibus tale quid à natura insitum est : quale apud
Christianos nobilibus præsertim insitum esse dixi ? Nam
illa vox (vt quidam volunt) de ijs dici solet , qui non mi-
nus animosi , quām manu prompti sunt , & spontē in præ-
lia ruunt. Vbi etiam obseruandum est illud Spontē: quip-
pe quo ab his cæteri distinguuntur , qui non virtutis amo-
re , sed formidine pœna (vt antea dictum à me fuit) pec-
care oderunt. Ac quid alius illis suis proximè præce-
dentibus verbis elici potest? Quòd verò illos omnem su-
am ferociam bello reservare scribis: repugnat ijs quæ hi-
storiæ de Genitzaris memoriar prodiderunt ; vbi sedicio-
nes ab illis suum etiam aduersus principem excitatas de-
scribunt: & quædam ab illis per longè aliam , quām belli-
cam ferociam , id est , per ferociam furore permistam , facta
commemorant. Ex aliquot tamen quæ memorabiles mi-
hi legenti visæ sunt , (præter Constantinopolis ab his Ge-
nitzaris direptione in) eam tantum , quæ memoriar prima
se offert , sumam. Sultano Baiasiti II. filij erant octo: de
quorum uno (cui nomen Achmetes) sibi substituendo co-
gitare cœpit: quòd & senio feretiam confessus esset: & po-
dagræ doloribus indies magis ac magis conficeretur. Hūc
filium Achmetem , cui , quòd primus ordine nascendi foret,
natura imperium potius , quām vlli cæterorum dabat: id
se etiam viuo volebat administrare. Sed cùm princeps suo
illi filio tradere imperium veller: Genitzari huic eius vo-
luntati aduersabantur ; præpinguem esse eum & minus ad
res gerendas idoneum prætexentes: & Selimein præ quo-
vis alio dignum , qui regno præficeretur , iudicantes. In-
teriorē & aliquo temporis spatio , per quod omnia princeps
Baiasites ad collocandum in solio suo Achmetem (cùm

alij interim eodem adspirarent) tentauerat: & solos Genitzaros suo ipsius desiderio velut obicē quendam seu repagulum esse viderat: aliquando tandem summo manē agmina illorum consociata ad Sultanei seraij siue palatiū foras accurrerant: ac multis minabundis vociferationibus flagitatum ingressum cūm obtinuissent: statimq; concursu ab illis ad principis conclave factō, ipse placare illorum animos conatus esset; filium Achmetem pro exercituū Imperatore offerens: adeo de sua illos pertinacia deducere non potuit, vt illum sibi præfici recusarent: at Selimem velle conclamarent. Deniq; frustra occlamante principe, ab eo minis eorum territo, & à circumstantibus non nullis proceribus persuaso (quibus adeo formidolosi erant Genitzari, vt vix animi compotes de vita desperarēt) vt sibi quod petebant daretur, effecerunt. Sed considerandum hīc, longē aliter se reū habuisse, quam in multis seditionibus solet; vt cessent, eo quod petitum fuit concessō. Hīc enim primam petitionem secunda, secundam tertiam, detradendis simul thesauris, sequuta est. Nec magis de secunda aut tertia quam de prima pati repulsam eos oportuit. Considerandum etiam eos perfidiæ primæ secundam adieciisse. Cūm enim iam in eo essent perfidi: quod principis sui voluntati de eligendo Achmete, non Selime, resisterent, vimq; inferrent: tam perfidiam alia cumularunt: quod cūm semel atq; iterum promisissent; illum, postquam Selimem exercitibus præfecisset, vt ducis munere fungetur, in imperio ac solio regio tamen mansurum: nihil minus quam huic promisso steterunt. Ex his igitur patet, non quam parum obsequentes, sed quam inobsequentes, superiori etiam seculo Genitzari suo ipsorum Sultano se præbuerint. Quid dico, quam inobsequentes? Ita loquens, nihilq; grauius addens, Folietæ gratificarer: qui procul dubio ad facinus illorum extenuandum ita de illis loqui contentus esset: sed mihi Folietam hac in re sequi volenti quis ignosceret? Dicā igitur quod dici verē potest: ex his apparere, ad quantum iam olim ferociam, ad quantum in princi-

principem suum furorem Genitzari venerant. Immo ve-
rior, ne furorem dicens, facinoris grauitatem non assequar
sed multum ei detrahant: cum illi qui furore correpti ali-
quid committunt, aut excusandi, aut minus saltē acculati
di sint. At verō hi ita se in hac sua seditione gesserunt: ut
mala mens illis in principem suū fuisse (vel si quid mala aut
etiā pessima mente peius dici potest) sed in nulla conatus
parte mēs defuisse videri queat. Dicendū igitur (meo qui-
dē iudicio) nos immanis Genitzarorum aduersum princi-
pem suū consilij, quod non sine parti immanitate exsequitū
sint, exemplū hic habere. Quō enim progredi ulterius cu-
iusquam in suū principem immanitas potest: quam ut vi-
tam cum regno illi se adempturum minitetur; & verba in
rem conferre paratus sit? Ecce! quam in Genitzaris fidu-
ciam Turcici reges collocare possint. At Genitzarorum
tamen præsidium illis principibus sacram esse ancoram
nonimus. Quō autem magis hic Baiasites beneficus an-
tea in eos fuerat; eō crimen illorum maius redditur.
Quod si tam barbara tamque perfida est aliquando imma-
nitas in his Genitzaris; qui præ alijs aliqua honestæ insti-
tutionis præcepta degustasse existimantur; quid de alijs
dicendum est? aut saltē quid cogirandum? Sed est tamen
cur ab illa institutione vix quidquam tale posse exspectari
putem, quale nonnulli scribunt. Si enim verum est, ex
illis pueris eo quo dictum antea fuit modo vndiq; conqui-
sitis (licet quidam prolem Christianorum tantummodo
esse arbitrentur) & discipline militari traditis, confari
id Genitzarorum agmen; sed illos pueros prius agricolis
Turcis committi; & apud eos per aliquot annos & operas
rusticas obire, & laboribus affluescere, & Turcicam lingua
disceret fieri vix posse reor, quia ex illa cum rusticis cō-
uersatione aliquid rusticū & agreste imbibant: tantū ab-
est ut aliquid generosū inde haurire pectora illorū possint.
Cuiusmodi generositatem ipse etiam Folietā facere non
potuit quin agnosceret in illa, de qua differui antea, nobili-
tate: cum illam habere vim magnam ad animos homi-

num excitandos ad virtutem confessus est. In illa autem generosa pectora eam, quam commemorauimus, perfidiam minimè cadere, satis constat. Tantum abest ut cum Follieta putandum sit, istud quoq; ad imperij Turcici magnitudinem facere: quòd ille qualis apud Christianos nobilitatis gradus in eo ignoretur, aut nulla eius ratio habeatur.
A E D E C V S aliud transit, quod illi tanto pere à me prædicatæ generositati conuenientissimum ac coniunctissimum est; quodq; maximum esse mortalibus, & maximos efficeret illos scimus: nimirum ad virtutem: hoc nomine fortitudinem appellans. Sic autem loquitur, ut suspicionem aliquam præbeat; non ausum se, quod sentiebat, profiteri. Scribit enim: Iam vero virtutem, quæ in causis imperij amplificandi præcipua est, si maiorem in Turcis, quam in nostris hominibus, esse dixero; & iniuriosus in gentem nostram fuerim; & magnam inuidiæ molem mihi conflarim. Illud tantum dicam, virtutem maiorem in honore esse apud Turcas: illiq; vni esse in rebus militaribus locum. At is qui ita loquitur, nonne eius quod dixi, suspectum se reddit? Nam quid necesse alioqui erat addere, futurum ut illud dicens magnā inuidiæ molem sibi conflare? Hæc enim verba eum metu retineri subinnouunt: ac detrahunt ei quod proximè præcessit, se iniuriosum in gentem suam fore: faciuntq; ut accipi hæc ita possint; quasi dixisset tantum, se iniuriosum in gentem suam visum iri. Quæ tamen de suspicione ista dixi, in medo relinquens, (ne suspicax nimium iudicer) & obiter in verba illa inquirens: Iniuriosus in gentem nostram fuerim: eum, si gentem suam de sola Italia dixit, iniuriosum in cæteras gentes Christianas fuisse: si de omnibus Christianis gentibus intelligi voluit, nouè (mea quidem sententia) loquutum esse dicere potero. Quòd si in suam gentē Italiam, vel potius in vniuersas, quæ Christianismum profitentur gentes, verbis illis iniuriosus esse non vult: at his saltæ quæ subiungit, iaiu' osus (paolo quidem certè minus) esse auder: Illud tantum dicam (inquit) virtutem maiorem in honore esse apud Turcas. Satis superq;

superç̄ dixisset, atq; interim minime in Christianos iniurius fuisset; si italoqui voluisse: Mirum esse, non etiam in maiore apud Turcas quam apud Christianos, in honore esse virtutem: & subiunxit; Præsertim cum illi vni in rebus militaribus detur locus: ijsq; tantum hominibus munera mandentur, quorum conspecta virtus, atq; in rem publ. merita, per omnes deinceps honorum gradus, ad summos usq; extulerunt. Carterum suo deinde more ad antithesen veniens, nobilitatem contraria apud suos altissimum locum tenere scribit; eosq; maximis muneribus præfici; qui, cum nullum sui documentum dederat, sola nobilitate familiæq; splendore eniteant. Atego, quod hac in parte in Italia sit, (nam cum dicit, Apud nostros, de Italib; potissimum loqui, inde etiam coniucere est: quod non longo interuallo scribat, hinc fieri, ut multi Christianam militiam deserentes, in qua nullum virtuti sua locum esse videant, ad Turcas se conferant) quam recte fiat, alijs iudicandum relinquens; huic malo remedium apud nostros inuentum esse ait: ut nobilibus in bello parum exercitatis, cum alieni magno muneri præficiuntur, alijs, si non ita nobiles, aut ne ullo quidem modo nobiles, at rei militaris periti, saepe etiam peritissimi, adiungantur, qui eorum sint vicarij: ita ut eorum autoritate potius, quam consilio, res gerantur. Ac valde certe fallitur Folieta, si filios ac fratres regum alia conditione posse excipi arbitratur. Se enim hos facere eximios dicit: quod his summum imperium mandari, non modò non damnosum, sed utile in primis reipublicæ sit. Atq; ijs quæ proxime addit, de autoritate mihi assentitur: cum haec apud eum sequantur: Nam cum in omnibus rebus valet autoritas; cum vero in bello tanta sunt illius momenta; ut maxima rerum pars in illa posita videatur. Ac ipse vicissim ei de illa, quam autoritati tribuit, laude subscribo, ei comitem esse solere obedientiam. Illorum enim imperia nec milites, nec eorum duces detracere audent; quorum summa dignitas omnem inuidiam & obtricationem exuperat. Ve-

cum ad imperia quod attinet: quid si regis filius aut frater,
in re militari inexercitatus, aut parvus exercitatus, aliquid
exercitus duci imperet; quod hic dux non damnum tantummodo,
sed perniciosum futurum prauideat? nonne,
petita prius venia, detrectare imperium licebit? Eo igitur
nostrum venire Folietam necesse est; vt, quales dixi, vi-
carios talibus regum filijs ac fratribus adiungendos esse
fateatur. Verum hoc mihi concessu, eo illum multis rati-
onibus propositis adigam; vt etiam quibusdam nobilibus
multo inferiore gradum tenentibus, non tantam qui-
dem, sed similem eadem in re autoritatem, eadē conditio-
ne tribuendam esse confiteatur. Quamuis autem prauidet-
am, me ab Vberto Folieto facilios & alterum istud impe-
traturum: si, quæcunq; de honore, quem Turcas virtuti ma-
gis quam nos (si de suis tantum loqui existimandus no[n] est)
habere scribit, fidem apud me impetrassit viderit: fieri ca-
men haud potest, vt a me istud beneficium oblineat. Nam
hoc quidem scio, non eum tantum, sed alios quoq; uno o-
mnis ore, proposita esse apud Turcas virtuti præmia, me-
morare: eaq; interdum maxima, etiam insimæ propemo-
dum sortis hominibus nonnullam (eos enim ob res præ-
claræ gestas ad supremos honores promoueri; dum pri-
marios magistratus aut ciuilis aut militares adipiscuntur:
aut opes propè regias consequuntur: ac nonnulli tandem
vel ad ipsam cum rege affinitatem perueniunt) sed cautè
satis Folietam loqui nego (sæpe autem qui non satis cautè,
is nec satis verè loquitur) cùm apud Turcas ijs tantum ho-
minibus munera mandari dicit; quorum conspecta virtus
atq; in rem publicam merita fuerint. Hoc enim illi nego
ac pernego: quod huic etiam munera mandandi consue-
tudini corruptelam quandam irrepisse sciam: multosque
hæc pretio (sicut & alia nonnulla, que contra morem esse
venalia cœperunt) vel fauore, non virtute, emereti. Im-
mo verò per horum utrumque ad illa quosdam peruenire
dici potest: cùm sint, qui fauore concubinarum ipsius
principis pretiosis donis expugnatarum ad illos honores

per-

perueniant. AD POENAM & præmium (se autem mihi non multo etiam antè occasio differendi de præmijs obtulerat) inde transit: cùm poena & præmio respublicas in primis contineri, constans sit veterum sententia. Sed mirum esse dicit, quanto interuallo Turcis vtraque in re simus inferiores. Verum hīc, sicut in suo de virtute Turcica sermone (quemadmodum & hīc fatetur) fore intelligens: vt, si Turcarum rationem nostræ anteponat, magnam inuidiæ molem nomini suo conflet, grauissime que apud multos offendat; se ab hoc tantum absfuturum ait, vt nostram longè humaniorem & præclariorēt esse statuat. Turcarum enim omnia consilia & instituta ad bellum referri: contrā apud nos pacis & otij studia potiora, & maiore in pretio esse: maioreq; opera & diligentia, ac maiore pecuniārum & temporis impensis excoli. Sed paulo aliter loqui Folietā debuisse videtur: ac minimè dicere: Turcarum omnia consilia & instituta ad bellum referri (ne nihil illos politica curare, nullos magistratus civiles habere existimat: cùm quidam scripserint, censores etiam habere, qui de negleñce orationis insimulatis poenās sumant) sed tantum ad bellum præcipue consilia & instituta illorum referri: cùm apud Christianos contrarium cernatur. Ceterū Folietā ut proberet, quod de Christianis dixit, pacis & otij studia potiora apud illos esse: statim ad ingentem sacerdotium ac monachorum numerum venit: hosq; amplissimas opes & magnam potentiam possidere ait: ac splendidissimum cultum tueri: latifundisq; & opulentissimis ac frequentissimis cœnobijs suis omnes Europæ provincias occupare: maximorūmque fructuum & vedi galion nostrorum partem illis cedere. Dico autem nostrorum, sicut ab illo dicitur: cùm de Gallia id non minus, quam de Italia intelligi (vt opinor) voluerit: immo etiam ultra Italiam & Galliam & Hispaniam, necnon Germaniam, progredi voluisse credibile sit. Sed ne in illis hanc opulentiam non æquo animo ferre, aut etiam velle reprehendere videatur; maiorum nostrorum

nostrorum hac in re pietatem & sapientiam in primis esse laudandam ait; qui in sacerdotum ordinem & in sacras res tam liberales fuerint; quicq; tantam opum suarum partem in diuinum cultum splendidet uendum, atq; in egenitum in opiam subleuandam, bonarumq; atrium & doctrinæ studia fouenda & alenda tam largè contulerint. Hinc ad iudicia transit: quz apud nos maioribus contentionebus, maioreq; eloquentia & longiore temporis tractu exercentur: unde magnum nos iuritconsultorum & indicum numerum habere: nec non oratorum, causidicorum, scribarum: quibus amplissima præmia & magnæ mercedes sunt constitutæ: forensemq; operam & industriam, haud exiguum Christianarū opum partem ad se trahere. Christianarum enim opum dicit; minimè dubium hic relinques, quam latè extendi velit quod dicit: etiamsi in non nullis orbis Christiani regionibus idem comperiri haud poscit. A iudicijs ad literarum & doctrinæ gymnasiam transiit facit; in quz pariter fieri magnam impensam declarat: cum tamen & antea liberalitatis maiorū in studia etiam bonarum atrium & doctrinæ fouenda & alenda mentionem fecisset: eamq; cum coenobiorum mentione coniunxisset. Nec verò de sumptibus tacet, qui in manuum artificia fiunt, atq; in immanes substructiones, & quædam alia: immo suum de his sermonem ab exclamacione inchoat. Ad suæ autem enumerationis finem cum venit; illa omnia fatetur quidem Christianas prouincias mirè exornare: simulq; facere ut Turcæ rudes & agrestes præ nobis videantur: sed bellicis rebus & augendo imperio aperte esse negat: quod magnam opum Christianarum partem in bellum insumendarum auferant. At contrâ hæc omnia esse apud Turcas tenuia, vel nulla, nam sacerdotum numerum exiguum esse, cultumq; pertenuem, necessarijs tantummodo rebus suppeditatis: iudicia nulla contentionebus agitari: sed tam breui tempore causas forenses transigi; ut minimè necessaria sit tanta patronorum & scribarum copia. His addit, nulla esse apud illos monachorum institu-

instituta (sed Vberto Folietæ de hoc cum nonnullis , qui de Turcarum rebus scripserunt , haud conuenier) nullas ædificiorum moles ; nullum in quotidiano cultu splendorem : victum tenuem , neq; vlo coquorum artificio elaboratum . Neq; enim Turcas ista curare aut suspicere : sed omnia illorum in bellicos usus insumi : omnesque opes ac præmia viris militaribus cedere . Ac , cum hi soli sint apud illos in honore , mirari nos non debere , strenuos & bellicosos viros , Christiana militia relicta , cui perexigua præmia sunt proposita , & quoru etiā paucissimi sunt particeps , ad eā sese conferre ; quæ ipsos dignitate & opibus augeat . Ad hæc respondeo cum alia , tum hoc : cum longè maior sit , dei beneficio , multarum Christiani nominis regionum , & priuatim etiam urbium , opulentia , quam Turcicarum , id est imperio Turcico subiectarum : non eandem quam plurimis Christianis , quam & Turcis , necessariam esse parsimoniam . Quemadmodum enim , cum lupus è paruo & facile numerabili pauperis alicuius grege (nam pauperis est numerare pecus) tres aut etiam duas tantum oves subripuit ; id statim animaduertitur ; & non multo post dampnum sentitur : quod si idem prædator multo plures è maximo & propemodum innumerabili grege abstraxerit : vix animaduertitur illud decrementum : & vix villa huius damni , ubi animaduersum fuerit , ratio habetur : (vnde illa poetæ petitio esse iusta videtur :

At vos exiguopeori surestg lupiq;

Parcite : de magno est præda petenda grege .)

Ita Christianorum in quibusdam regionibus opulentia facit ; ut sumptus ab illis in aliud quiduis potius , quam in bellum facti , qui Turcas vel pauperare possent : Christianis illis contrà parni adeo sine , ut magnum opum cumulum vix imminutum inde sentiant . Immo eos quomodo pauperari dicemus ; qui iam pauperes , pleriq; vel pauperissimi sunt ? (de ijs enim loquor qui nondum beneficam principis sui manum senserunt : nec , munitis eius autori-

rate artibus effecerunt, ut s̄epissime manus auro graues domum referrent: quales multi Bassæ artes nouerunt) quomodo eos suam omnem pecuniam sumptibus bellicis reseruare dicemus, qui nullam habent? Tantum abest, ut Folietæ fides adhibenda sit, ita loquenti, ac si ex huiusmodi reservatione mirum quantum ad magnitudinem imperij Turcici accederet. At videri alioqui possit cuiquam ita de unoquoq; Turca loqui, quasi de eo dici possit:

Quod ille vinciatim rix demenso de suo,

Suum defraudans genium, compar sit miser:

Id bellicos in usus totum absunit. Nam vero si quis Folietam, licet tanquam de unoquoq; priuato etiam loquatur; tamen cum priuatorum non sit, apud Turcas præsertim, symbolas in belli sumptus conferre, immo stipendia accipere: hoc de principe tantum atq; illis quos ditanit, aut qui se ijs, quas dixi, artibus dirarunt, intelligere contendat: videndum an qui ita de ipso etiam principe verba facit, satiis conuenientia loquatur tantæ Turcici imperij magnitudini: quantam describens, vult nos sibi subscribere. Dicendum enim erit, regem illum, cuius alioqui thesauri non minus quam mare quodpiam sunt inexhausti, in pleraque rameo nullas impensas facere: in quaꝝ à regibus Christianis & alijs plerisq; principibus fieri solent: quoniam metuit ne suum æratium magna ex parte exhaustiat; ita ut postea sumptibus bellicis impar futurus sit. Verum etiam si Folietæ nobis tali sermone de illo vteretur; atq; ita cautum potius & prouidum, quam tantorum esse dominum thesaurorum (vt illa tantæ magnitudinis descriptio requirebat) ostenderet: cur Christiani reges, quos idem non tenet nec tenere debet metus, eiusdem parsimonie legibus se adstringerent? aut, nisi hoc facerent, nummos, qui in bellum absundi erant, in alia potius omnia præ-absuppsisse dicendi essent? Sed esto tamen, aliquando tandem id accidere illis nostris regibus: à quo sibi minimè metunt; vt à fundo suorum thesaurorum proximè absint; nonne sciunt, ad sacerdotum & monachorum bona,

& opulentissima atque frequentissima cœnobia / quibus
 Folietæ maximam fructum & vedi galium partem cede-
 re air) se posse, quoties necesse fuerit, confugere? Cy-
 rus apud Xenophontem suos amicos pro suis thesauris
 habet: quis regi Christiano non multo magis, si se ad an-
 gustias redactum videat, cum alia aliorum amicorum bo-
 na, & potissimum sibi intimorum, tum verò eorum, qui
 ecclesiastici vocantur, sacram fore ancoram nos confi-
 dat? præfertimque, si non quodvis bellum, sed aduersus
 illum Christiani nominis immanissimum hostem susci-
 piendum sit. Nisi fortè Romanæ olim matronæ omnem
 suum mandum muliebrem ad sumptus bellicos conferre
 non dubitarunt: ac fuit dubium Folietæ, an ecclesiastici
 illi viri, quos amplissimas opes & latitudia possidere
 ait, aliquam tantis suis opibus opem regibus suis ferre
 vellent. Ceterum, quod inexhaustos regis Turcarum the-
 sauros voravi, ita me non in mea, sed in Folietæ persona,
 vel alius cuiuspiam ex illis magnitudinis imperij Turcici
 præconibus, loquutum esse, non dubito quin animaduer-
 teritis. Nihil enim minus quam hoc de illis dici posse,
 cum ex alijs, tum ex clariss. & ornatis. viro Bosbequo
 (cuius & antea mentionem feci) de illius redditibus exacte
 ratiocinante, didici. Et verò ne ipse quidem historiæ cre-
 dere illud sinunt. Nam in ijs ipsis etiam Genitzaros apud
 suū principem querentes audimus, regni ærarium frigete;
 & egestatem publicā oriri; ob quarundam prouinciarum
 prouentus thesauris publicis nō illatos. Sed potest ille rex
 (dicit quispiam) defientibus prouinciæ alicuius, aut ali-
 quarum prouinciarum prouentibus, defecatum hunc exa-
 ctione in alijs duplicata supplere. Quid? itanē potest, qui
 quempiam nudauit, ei nudo vestimenta iterum detrahere?
 Verum manere scitis ubiq; illud nostratisbus quoq; verna-
 culum prouerbium; Vbi nihil est, ibi rex iure suo excidit.
 Quod si regē itidē Turcarum iure suo excidere oportet, vbi
 nihil est: quanto iustius addititia suū ad ius petitione exci-
 det? Nisi fortè quispiam, Folietæ similis, magnitudinis impe-

Turcici præco, tantam esse hanc dicet; vt quos in sua ditione pauperes populos habet, diuities valeat reddere. Sed vt singat quis, rei tam magna magnitudinem illam esse capacem; tempore saltem, eoq; non exiguo, opus esset; interim verò quid fieret æratio, quod frigeret? O quam procul hic à Christianis abesse posset metus: si vnamini principes nostri consensu, post illos etiam sumptus, de quibus Folieta queritur: & de quorum nonnullis querendi nullam ab eis materiam præberi satius multo esset: per communes symbolas, rei familiaris non incommodaſ (id est, quæ eius rationes non turbarent) magnitudinem ditionis Christianæ magnitudini imperij Turcici opponere, sicut possent, ita etiam vellent. Iam verò, vt aliquid de varijs etiam opificijs dicam; quæ nec habere nec curare Turcas, innuere Folieta videtur: cùm duo in his reprehendat; & magnas quæ in illa fiunt impensas; & quod interim Christianorum studia in illa ita distrahanter; vt per exigua pars bellicis studijs possit vacare: duo itidem respondebo: etiam si plura sint, quæ respondeam. Vnum est, multas interim vrbes artificib; frequentari; quos, maxima ex parte ipse etiam Mars, si quando illum earum propugnatorem esse oporteat, sive bellicæ artis artifices haud illibenter habiturus sit: atq; hoc de illis præsertim verisimile fuerit, qui aliquod armorum genus fabricantur: quos saltem exceptos à Folieta non fuisse miror. Alterum, non iam multum illis bellicis studijs vacandum esse, vt olim: cùm nondum & machinæ & machinulæ igniuomæ inuenientæ forent: quibus machinulis qui vtuntur; non ignoror à quibusdam sclopetarios vocari; tanquam illæ fictio nomine sclopeti appellari possint. Paulò autem antè quam ad Christianorum studia veniret, in varias res distracta, nominatim in opificia: Turcas omnia in bellicos vsus insumere dixerat: omnesq; opes ac præmia apud illos viris militaribus cedere: cùm hi soli apud illos sint in honore: at Christianæ militiæ exigua præmia esse proposita. Cuius sermoni cùm haud queam satis recentia Gallicæ militiæ


litiae exempla opponere (cùm ciuilia bella tam diuturna, inter alias consuetudines ad disciplinam militarem spectantes, hanc etiam non tam amittendi, quām intermitendi, causam præbuerint) Hispanicæ militiæ satis recentia exempla opponam. A præmijs verò ad pœnas, quarum & anteā mentionem fecerat, reuertitur: cùm illarum metus ad continendam tam ciuilē quām militarem disciplinam valeat: & apud nos quidem & què atq; apud Turcas esse constitutas haud negat: verū non in decreto legum, sc̄ in obseruatione sanctitatem positam esse ait: cùm tamen nos legum severitatem aut eloquentia vafrisq; patronorum atq; oratorum commentis vitemus; aut gratia inflēctamus: aut potentia perfringamus: apud Turcas contrā nullam esse aut pœnæ deprecandæ viam, aut pœnæ subterfugiendæ spem. Atq; hinc fieri vt apud nos omnia corrupta & soluta sint: summaq; sit omnium rerum licentia; omniaq; pro animi libidine administrentur: militesq; pœnæ metu liberi res omnes soluti & negligenter agant: omnia rixis & seditionibus misceant. Atq; hæc dixisse non contentus, addit: Neg, dicto audientes sint: verbis tantum seroces, factis ignavi: productiq; in aciem prælium vix initum turpiter omittant: ac primis ordinibus leuiter impulsis, omnes fese, ne tentata quidem pugna, in sedam & effusam fugam coniijant.

Hæc ille: ego vero fateor quidem, (cūr & alij testentur) & pœnas apud Turcas, quām apud Christianos, grauiores esse: & leges illis multo rigidius quām hic, omnes ferè ex æquo illis submittere: sed ad imperij magnitudinem & què pœnarum seueritatem ac præmiorum liberalitatem nego facete. Etenim (vt omittam, non minus ad ciuilem, quām ad militarem disciplinam, vtrumq; illorum pertinere) clementia, quæ illarum seueritati & multo etiam magis sauitiæ repugnat, principes amorem suorum sibi conciliare scimus: qui ipsorum animis securitatem, imperio firmitatem, ac plerumq; incrementum afferat. Cætera, quæ ibidem in Christianos Folieta declarat, ita mihi stomachum mouent: vt ad ea non libenter

reuertar: sed minus libenter responso cerere patiar. Nam
 quid fœdias vñquā de ignauissimis di&ū mācipijs fuit, vel
 dici potest, quām quod de Christianoru vniuersitate scri-
 bit? E quidem, cūm in oculos meos prius illa verba, quām
 præcedentia, incurrisse, in aciemq; producti, prælium
 vix initum turpiter omittant: ac, primis ordinibus leui-
 ter impulsi, omnes sese, ne tentata quidem pugna, in sec-
 dam & effusam fugam coniijciant: mirabar de quo homi-
 num genere loqueretur: ac, de quibuscumq; hominibus
 sermo illi esset, de perculsis panico terrore loqui cum su-
 spicabat: at cūm ad præcedentia accensi, multo magis
 quām antea mirari coepi. Cūm enim in huius loci prin-
 cipio diceret, apud nos; negarinon poterat, quin vel de suis
 tantum Italis, vel de vniuersis Christianis intelligi hoc vel-
 let: de his autem omnibus, non de illis solū agi, alia quæ-
 dam ostendebant. Cogitandum itaq; vobis relinquo, an de
 quodam Christianorum genere, vobis omnibus non mi-
 nus quām mihi inauditō, loqui dicendus sit: cūm alioqui
 eō veniendum sit, vt dicatur: ea quæ vulgo Turcarūm;
 facta etiam quotidianis exemplis fide, obijci possunt, Chri-
 stianis obijcere. Mancipiorum enim magis, quām nostro-
 rum ingenij conuenientia describit: dum per oratorias
 auxes & hyperbolas magnitudinem Turcicæ ditionis
 magis ac magis adstruere: ac per contraria nostram (quid-
 ni enim magnitudo & Christianicæ ditioni tribuatur?) de-
 struere constur. Bene igitur se res habet, quod tum
 respondendi finem feci: cūm iam mens mea pertæsa esse
 linguz inciperet, quam Turcæ tam libenter, quam Chri-
 stiani illibenter (ad pleraq; certè quod attinet) audient. Nō
 ignoro autem, multa esse alia, quæ illi responderi possint:
 nec dubito quin ea omnia vobis (quæ vestræ est sagacitas)
 alia alijs, in mentem ventura sint. Quædam certè ipse con-
 sultò, vt omnibus nota, prætermisi. Exempli gratia, quo-
 tusquisq; erit, ex non illiteratis præsertim; cui audienti de
 Tarcis quod scribit Foliera, nihil apud illos esse in quo le-
 gis violatae aut negligēter obseruatæ sit offendio: non pos-
 sit in

sit in mentem venire statim illa obiectione: multos tamē esse
 qui contra legem vini potum sibi permittant? Nec verò si-
 ne quorundā ē suis maioribus autoritate id sibi permitte-
 re dici possunt, nam (vt de alijs taceam) Baia sitem vtrumq;
 sibi vini potum concessisse, historiæ testantur. Nā de poste-
 riore legimus, cū, cūm Vezires & consiliarios, cūm præci-
 pui subrum, & cum Agalaris, sive tribunis ad cœnā inui-
 tasser; vinum illis propinasse: & conuiuium in mediam no-
 etem continuasse. Itidemq; de priore, ipsum hanc sibi ve-
 niā dedisse, historijs proditum est: sed ita ut hoc etiam
 (siquid hoc ad eum excusandum valet) scribatur, antequam
 Vulci filia ei nupsisset, ignorasse quidnam esset vinum bi-
 bere: quid sumptuosa conuiuia celebrare: quid denique
 genio indulgere: Erat autem hæc, Lazari Vulci, Zirfo-
 rum despotæ sive principis, filia. Verum, vt quis non ultra
 ipsum lucubrationis Foliorum titulum progrediatur; ibi
 certè quiddam leget cui statim quod opponere possit sue
 curret. Nam quis his verbis, FALICITATIS TUR-
 CARVM IN BELLIS PERPETVÆ, illam ipsam
 Venetorum & foederatorū principū de Turcis victoriam,
 à cuius mentione suū ipse scriptū inchoat, (vt de alijs
 taceam) nō opponeret? Quod si non minus negare velim, fre-
 quentissimos fuisse Turcarum successus, quam nego fuisse
 perperuos: à meis partibus stare veritas nād poterit. Sed
 erit profecto quod miremur Christiani; non multo etiā
 frequentiores maioresq; fuisse Turcarum successus: si, vna
 quidem à parte iustum Dei iram, plurimis plurimorum
 scelerib; offensi, meritoq; infensi, ante oculos nobis ponam-
 mus: & quam digni fuerint, qui iusto dei iudicio ob illa da-
 mnati, in talium carnificū manus & ipsi venirent: parte au-
 té ab altera perpendamus; quoties Turcarū irruptionibus
 omnes propemodū portas suas principes quidā aperue-
 rint; intestina non solum odio sed etiam bella exercen-
 do: suasque vires (quas vtrique conuertere in exter-
 nos illos hostes debuerant) debilitando: aut quamvis a-
 liam ob causam rem publicam Christianam suis ipso rūm
 præsi-

præsidijis destituendo. A meis igitur stabit paribus veritas, ut spero: si hoc saltem dixerim: quorundam è principibus Christianis negleguntur reipubl. Christianæ, præcipueç ex eorum numero: qui nondum ardere proximum parietem viderent, sed se procul adhuc ab incendio abesse cogitarent: multorum etiam inter se discordiam hos illis successus, vel insperatos magna ex parte dedisse. Nam cum Christiani non uno malo laboremus; quod fundi nostri calamitas dici queat: discordiam præsertim nostram ita vocandam esse arbitror. Ac testes aduoco illos ipsos hostes nostros: qui Deum dies nostraq[ue] precantur: ut Gauros (ita Christianos appellant) inter se discordes perpetuò esse velit. Sed vota nostra votis illorum opponenda sunt: ut aliquando tandem, nos miseratus, discordes esse nolit.



PETRI NANNII ALC= MARIANI, IN EOS QVI NEGANT bellum Turcæ inferendum, docta simul ac Christiana Disputatio,



N Principibus Christianis, ac in primis Cæsari, in Turcas bellandum sit, ardua quæstio est. Ut enim eam rectè explices; magna opus est sacrarum literarum peritia; multiplici historiarum cognitione, & rerum nostri temporis exacta intelligentia. His accedit, quod rationes, non esse

esse bellandum in Turcas, primum resellendæ sint; quām, quæ nostri argumenti sunt, tractare queam; Id autem quām non facile sit, omnes sciunt, qui Quodlibetarij nostri facundissima verba audierunt: in quibus tantæ erant illecebræ & gratiæ dicendi; ut vel iniquissimam causam aduersariœ extorqueret; ac propterea non tantum mihi negotium futurum est cum rei, quam tractaturus sum, difficultate: quām cum viribus illius eloquentiæ: vereorq; ne apud aures vestras illius adhuc facundia plenas, minus loci meis verbis inueniatur. Semper quidem peiore loco est, q; secundò dicit: nimirum cui & rationes aduersarij infringendæ sunt, & suæ confirmandæ; ac propterea olim vnam clepsydram actori, duas reo infundebunt; quasi illi in dicendo simplex, huic duplex negotium sit. Tūm verò longe pessimo loco est, qui secundò dicit; ubi aduersarius & autoritatem maior, & gratia charior, & eloquentia instructior, eas adserit rationes: quæ tametsi veræ non sint; veritatem specie & similitudine imbutæ sunt; quod mihi nunc videtis accidisse. Est enim mihi res cum doctissimo viro septem liberalibus artibus, ac sacra theologia instructissimo M. Iohanne Mevio; qui nos multis ex Euangelio petitis, & ad suum negotium attemperatis ita oppugnat; ut nisi cause fiducia multum niterer, omnis spes mihi contradicendi de manibus deponenda esset. Cæterum in istam causam magna eloquentia degrauare potest; extinguere non potest. Non enim dicendo rei natura mutatur. Quare nos qui viribus illius eloquentiæ premimur, cause veritate obarmamur; non permittemus ei, ut sine pugnavincat; dicemusq; magno compendio, quām sancta sint bella in hostes fidei; deinde quām certa spes vincendi Turcas nunc Cæsari alluceat. Quod si quis me remeritatis accuset; quod hanc tam ardiam proniciam suscepimus; iadiligentia, quod non majori facundia rem tractauerimus; is sciat amicorum precibus datum esse, quod hoc onus subierimus; sciat mihi breuissimum tempus datum esse ad meditandum: Cuius rei mihi resili est tota

honestissima domus pædagogij Castrensis; eruditissimis & integerrimis viris plena. Si igitur minus satis fecero doctissimis autibus huius confessus; danda ei venia est, cuius diligentia breuitate temporis exclusa est; eaq[ue] censura adhibenda; non quæ elaboratae, sed quæ extemporali orationi debetur. Dicit Quodlibetarius, non esse in Turcas bellandum; quia fides nostra martyrum patientia, non militum armis propagari est. Si mihi eos daret Turcas, qui publicam pacem non vexarent: qui spolijs nostris contenti essent: qui ultra sanguinem Christianum nihil peterent: aut qui ullis nostris pœnis, quas iactum annum septingesimum exercerent, mitigari possent: acquiescerem illius verbis; non negarem bona, sanguinem, vitam, Turcarum crudelitati offerenda esse. Nunc cum Christum nobis, nos Christo eripere tentent: nec minus in Christianam fidem, quam in Christianos sequiant; qua ratione munieremus, non esse cum tali hoste pugnandum? Erant quidem illi patres nascentis Ecclesie ad omnia patientes: sed cum lucrosa patientia. Sæpe vnius martyris supplicium, mille animas lucraticebat: sæpe vnius Christiani mors, infinitam turbam Deo conuiuificabat. Apud Turcas martyria totius prouinciae vnam quidem animam Christo adferunt. Septem saecula Christianorum tormentis absumpta, ecque in vnam Turcam ad Christi fidem conuertere? Mentior, si mihi possis tot Turcas numerare, qui Christi fidem amplexi sunt: quæ prouincias amissimus. Cur autem id fiat, causam dicam. Persuasum est illi genti, propterea nos ab ipsis vinciri; quia meliorem, quam nos, religionem colant; ac propterea quanto magis nos vincunt; tanto magis fidem suam approbant, nostram contemnunt. Exarma igitur te, porrige nudum collum; ut tuo sanguine Mahumeticam religionem, non Christianam confirmes. Vis talem patientiam, qualis in primordio Ecclesie fuit? Concedam, sed da eadem lucra. In primordio Ecclesie minus quam intra ducentos annos martyrum tolerantia totus orbis Christianus factus est. Statim enim,

Et intellectum est, Christianos esse homines innocentes; a pœnis temperatum est; ipsis Provinciarum Præsidibus apud Cæsarem pro Christianis intercedentibus: ut ex Cecilijs Plinij epistolis apparet; pœna deinde delatori constituta, ne Christiana innocentia calumnijs vexaretur. Postremò ab omnibus Christiana fides recepta est; ita ut ipsi Cæsares crucem Domini, & in vexillis, & in frontibus gestarent. Has belluas opibus totius mundi pingues, Christianorum sanguine & visceribus vuidas, ad sepringtonos annos sustinemus: indies nostra patientia effera-tiores; nihilq; tot seculorum tolerantia profecimus; nisi id proficere dicamus, quod intra quatuordecim proximos annos Rhodus tota, Hungaria magna ex parte Christiana esse desijt; & nisi Cæsar relata ista patientia sua, arma ad Viennam opposuisset; idem de Germania futurum erat. Olim variabant Ethnici Cæsares, nunc boni, nunc mali. Erant Nerones; erant Diocletiani: sed erant etiam Constantini, Philippi, Iustiniani: certè maior pars Cæsarum, ut non profuerit; ita nihil nocuit rebus Christianis. Malus Caligula, sed in Christianos non malus: Malus Tiberius, sed in Christianos etiam bonus: ut qui edicto cauit, ne Christiani pœnis afficerentur. Ethnicus Alexander Seuerus, sed in Christum non Ethnicus: ut pote qui eum in Larario coluerit. Habebat tum aliqua interualla quietis Christiana Respublica: quæ ab istis rabidis canibus sine fine laceratur. Recense totam stirpem Ottomanicam, Amurates, Baiazethes, Mahometes, Zelymos, Solymannos: quis non istorum maiores suos crudelitate superauit, & posteris gradum maioris ty-rannidis ademit? Finge charitatem omnem sperare; finge adhuc posse aliquando mitigari; qui septem sculps nulla nostra patientia mitigari sunt; sed eadem operalupos in oves, leones in ceroes suam rabiem aliquando deposituros spera. A condito ævo usque ad hunc diem accipitres, milui, aquilæ miseras aues deuorant: vide, an patientia tantorum temporum mitigentur.

Non possunt mitigari, quibus in natura non est, ut mitigentur. Sunt quidam indutati Pharaones; sunt quædam insanabilia ulcera: ubi solùm serra & cauterium remedium est. Olim Ethnici Cæsares supplicijs graffabantur: isti & supplicijs, & sceleribus lauiunt. Matronæ stupris, adolescentes amissio sexu nefandis libidinibus destinantur; quòd ut corpora Ecclesiæ, ita animas Christo eripiant. Non omnibus temporibus eadem congruunt. Christus nullum læsit, nullum occidit; ad Apostolorum preces aliqui læsi, aliqui occisi sunt; cur ira dissimiles à Christo discipuli Christi? Imitatione quidem similes, tempore dissimiles fuere. Conueniebat temporibus Christi, Christi illa clementia; conueniebat temporibus Apostolorum, hæc Apostolorum severitas. Olim Christiani nullas ciuitates, nulla regna habebant: Ibi si ad arma surrexisserent, conspiratio potius, quam bellum fuisset, tunc, ne scandalum daretur; aut calumniam seditionis sustineret Ecclesia; ab omni genere defensionis abstinenter erat. Nunc cùm civitates, regna, imperia habemus, sine dubio Dei dona, in quibus ecclesia, velut in tabernaculis Abraham requiescit; ea ab hostibus barbaris diripi sinemus? Non tulit hoc Abraham in cognato suo Loth; tantum abest, ut in se aut in filijs sustinuerit. Laudatur septē Machabæorum mater; quæ tot supplicia in filijs passa est. Sed non minus laudatur Iudas Machabæus; qui sumptis armis obstitit, ne talia paterentur matres. Habet ecclesia sua tempora: Qui primi ad præsepe Domini venerunt; pastores erant; inopes erant; qui postea, reges erant; quod regium erat, apertis thesauris regia munera obtulerunt. Alter in Ecclesia agendum erat, cùm Christiani nullis ciuitatis, nullis regnis muniri erant: alter nunc, cùm muni- ti sunt. Longè alter Iudei in Ægypto vixerunt, alienæ Reip. admixti; longè alter in Terra Sancta, cùm mœni- bus & ciuitatibus distinctā haberent Rempublicam. Illuc omnia obsequenter faciunt: iussi filios necare, necant; hic in bella consurgunt; armis sele suaq; defendunt. Lon- gerur.

gē rursus illis alia vita in Babylonico exilio per varia loca dispersis; alia in patrias sedes reuersis. Ibi enim ad flumina Babylonis, suspensis citharis, fletu suas fortunas deplorant: in patriam regressi, templum armati edificant. Nec tempora tantum istis discriminibus, sed hostes etiam suis gradibus distinguuntur. Alius hostis Ægyptius; alias Idumæus, alias deniq; Ammonites, qui yltra decimam ætatem, & in æternū à templo excluditur. Noluit David pugnare in Saulé; qui à Domino inunctus erat; in Idololatras libenter pugnauit. Quām sancta verò sint bella in hostes religionis: omnes ordines, ætates, sexus docent. Praet sacerdos ante aciem Iudæorum; sub prælium verbis, in prælio clangore buccinæ ipsorum animos confirmans. Interficiunt Leuitæ vituli adoratores; & ministerijs altarijua sacrificatas manus ad cædem cognatorum, fratribus, filiorum transferunt. Cur ita? quia illi hostes religionis esse cœperant. Helias propheta Domini, Sacrificos Baal in ipsis altaribus occidit; Ioadæ summus sacerdos armatos in templo disponit; Iudas Machabæus in sabbato præliatur; nec violatur sabbatum; nec seruile opus putatur, sabbatum Domini hostium cædibus funestare. Pugnat Delbora; occidit Iahel; insidiatur Iudith; vt intelligas omnium manus ad bellum pro populo Dei consecratas esse; nec fœminea arma in hoc negotio repudiari. Nec bella tantum in hostes fidei permittuntur; sed etiam pax in futurum prohibetur. Iubentur à Deo omnes Chanazæ, Iebusæ, Euæ, Ethæi, Pheresæi ad interencionem vsq; occidi: nec illa cum illius fœderâ iniri; quod si non omnes habitatores terræ Canaan occidissent; πανολεθπιαν, quam Chanazæ in ferre decreuerat, minatus est se in Iudæos translacrum. Crudelis ne Deus, qui ista præcepit? nequaquam. Suæ religioni consultum voluit; moribus populi consultum voluit; ne ab idololatris idololatrijam, à sceleratis scelera condisceret. Igitur Saul, quia hosti pepercera, ipse spiritum sanctum; filij verò ius regni amisere. Usque adeò peccatum non est, peccatis bello obsistere; vt nisi

obſistas, peccatum fiat. Age in tantis ſcripturarum teſti-
 monijs de belli iure habemus? Non nobis excludent
 hanc dubitationem, Rēx, Leuita, Propheta, ſacerdos, ſo-
 mina tōies pro populo Dei decertans? Dicit Quodlibe-
 rius, non eſſe minandum; non eſſe maledicendum, non eſſe
 pugnandum cum hostibus fidei. Quid ſi fateamur nec
 minas, nec maledicta, nec arma in hostes licere: at qui li-
 citum erit malos à suis ſceleribus compescere: quod, ſi ad
 id opus erit armis, dicam ea arma non hostibus, ſed ſcele-
 ribus inferri. Si oculus scandalizat, eruendus eſt; ſi dextra,
 & ipſa abſcindenda; scandalizatori mola asinaria in col-
 lum pendenda; ipſe in mare præcipitari iubetur. Vnde ec-
 clesiæ maiora scandalia, quam à gente Mahometica? Rarò
 vlla hæresis ultra ſeculum durauit. Iſta ſceleratissima ſu-
 perſtitio iam ſeptimum ſeculum tranſcendit. Quid? quod
 Apostoli ſua arma habuere? Percutitur Elymas cœcitate
 à Paulo; occidunt Ananias & Saphyra à Petro; præcipita-
 tur Simon Magus ab utroq;. An cūt; vulnera eorum, ce-
 des, ſtrages audiamus, ipſos arma habere negabimus? Et
 quid aliud faciunt arma? Sed, dicis, precibus iſta facta;
 Credo: ſed non propter ea iſta laudantur, quia precibus
 facta ſunt: ſed quia iure & recte facta ſunt: alioqui ſagæ &
 venefici etiam precibus occidunt. Consulunt milites Io-
 annem Baptiſtam, quo nemo inter prophetas maior. Non
 illis admuntur arma; non uſus bellandi interdictur; tan-
 tum modò iubentur ab iniurijs & calomnijs prouincialium
 abſtinere. Sed, inquis, hi milites Ethnici erant; at qui
 hi non ut Ethnici querunt; ſed cupiunt effugere ventu-
 ram iram; cupiunt euadere ſecurim ad radicem arboris
 poſitam: optant illud conſilium, quod ipſos ſaluos face-
 ret; non quod aliquantulum ex ſceleribus immutaret.
 Ipſe Christus ad vim quandam deſenſionis erupit. Cum
 enī vidisset ementium & vendentium indigna commer-
 cia; facto ex funiculis flagello, mensas nummulariorum
 ſubvertit; ipſos è templo expulit. In eas comparatio-
 nem eorum, quæ rum in templo ſiebant, & eorum quæ
 nunc

nunc à Turca perpetrantur. Vendebantur columbae; sed ut esset, vnde Deus sacrificaretur: dabatur sacerdoti pecunia; sed ut esset, vnde victimæ compararentur: Omnia tandem fine suo ad cultum Dei concurrebant. Turca stupris, sanguine, cædibus, templis, aras, Ecclesiæ sacramenta contaminat. Discamus vel à mansuetissimo Christo, ad tutelam templi, mansuetudinem aliquando deponendam esse. Nec omnino verum est, martyrum tolerantia, non militum armis Christianam fidem propagatam esse: Multæ nationes bello domitæ, Christianam fidem suscipere coactæ sunt. Sic VVestphalia, sic Saxonia à CAROLO MAGNO; Bethica à Ferdinando, nostra adhuc ætate, ditioni Christianæ additæ sunt. Quod si ista nesciremus; saltem à Turcis discendum esset; quid arma in promouendis religionibus possint. Fas est enim (ut ait Poëta) & ab hoste doceiri. Deposituit Christianam fidem tota Asia; tota Aphrica; & quicquid in Europa à Tanai fermè usque ad Danubium, Mare Mediterraneum spectat: Non à volentibus istud, sed necessitate belli ab inuitis expressum est. Deponamus arma, ut quicquid residui est in Christiano orbe, Turcæ cedat; faciamus, quod hostes fidei optant: ut sine suo sanguine omnem Christianum sanguinem fundant; ut templo matronarum stupris, virorum cædibus profanentur; ut pueri pro libertate scrutium, pro Christianis legibus Mahumeticam superstitionem discant. Quid aliud Mahumetus ille Antichristus? quid aliud Sathanas? quid aliud totus infernus optat, quam ista mentem Christianis dari? Non inuehor in doctrinis. Quodlibetarium: qui quicquid dicit, disputandi causa dicit: in illos inuehor, qui ista vero animo & dicunt, & sentiunt. Non probò bella inter Christianos; probò bella pro Christianis. Iosue cum pugnat pro Gabeonitis, non suæ gentis aut religionis hominibus, sed tantummodo confederatis: Sol & Luna in statione manent; quo viætrici

manu lucem ad internacionem hostium suppeditarent; de cœlo in hostes pugnatum; grandinibus prius à Deo contusi sunt: quām hostili manu caderent. Quia ex re, cœli syderum testimonio, docemur: non solum pro nobis, sed etiam pro socijs nostris bella licita esse; atq; ea ipsius Dei auxilijs perfici. Nec alia mens Deo in veteri, alia in novo testamento: cuius voluntas æterna est; nec vñis variationibus subiacet. Nam & Theodosius Imperator Christianus, aduersus barbaros pugnans, turbinibus & ventis hostes subegit. Vnde Claudianus Poëta, rei miraculo cōpulsus, ita Imperatoris vīctoriæ accinuit:

*O nimium dilecte Deo, tibi militat aether,
Et coniurati veniunt ad clausa venti.*

Si lupus ouem deuorat, obsistimus; cūm ouilia Christi vno impetu deuastantur, armā deponemus, interim precati, dum miseri agni sub dentibus palpitant? Aut vecordium ista, aut pauidorum sunt verba. Non damno preces, erat mens, sed pugnet manus; ne Deum tentare videamur: qui ad tutelam nostri armis à Deo datis non erimus. Videmus eos esse mores populi; eam ferocitatem gentium; ut sine bello esse non possint; aut inter se, aut in hostes fidei pugnant. Hęc rabies bellandi; in Turcas, quasi in latrinam exoneranda est; ne in Christianos effundatur. Post primam illam Godefridi expeditionem, bellatum est ultra centum quadraginta annos in hostes fidei: nūc Rex Galliæ: nūc Rex Angliæ; nūne Imperator Germaniæ infidelium terras inuasit; interim in visceribus Christianæ Reip. fermè continua pax fuit. Vbi illuc bella omissa sunt; ciuilibus prælijs ad hunc usq; diem inter Christianos sauitum est. Verū ut Christianis bellare non liceat; illis fortasse non licuerit, qui vicem Apostolorum gerunt: Cæsariverò quinon in Apostolorum, sed in Iosuæ, & Gedeonis officia subit, omnino pugnandum est; nisi gladium suum à legibus, ab ecclesia, ab ipso Deo traditum, frustra gerere velit: qui ramen illi frustra datus non est, teste Paulo Apostolo. Hunc enim Danidica illa adhortatio semper

semper in armis esse iubet : Accingere gladio tuo super
femur tuum potentissime. In huius persona gloriatur
idem ille David de sua bellicositate : Benedictus Domi-
nus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & di-
gitos meos ad bellum. Decet enim Imperatoriam maie-
statem non solum legibus armatam, sed etiam armis de-
coratam esse. Indicat id etiam ritus consecrandi Cæsaris:
quippe qui non solum aurea, sed etiam ferrea corona de-
coratur; ut intelligat sibi cum ferto, cum armis negoti-
um fore. Dum Euangelium cantatur; Cæsar gladius
erectus tenetur: satis pro indicio illum gladium ad Euan-
gelij defensionem Cæsari dari: quod certè Carolus Impe-
rator optimè agnoscit. Scribit enim ex aucto Symbolo in
titulis nummorum: Da mihi virtutem contra hostes tuos.
Hanc virtutem auus illius Ferdinandus Granatæ expu-
gnator, à Deo petijs, & obtinuit, & felicibus armis exer-
cuit. Huius beneficio à Saracenica gente liberas habe-
mus Hispanias; quæ illis mox à temporibus Heraclij ad
septingentes annos dominarum exercevit; quæ Nauer-
ram, Aquitaniam, Italiam multis inde excursionibns va-
stauit. Huius tam præclarri liberatoris Hispaniarum Cæ-
sar ex filio nepos est; in huius possessionem Cæsar venit;
huius facta expugnatione Tunesijs imitari coepit. Si quærat Cæsar, quibus in veterj testamento succedat: innenit
se Iosuæ, Davidi, Machabæis successorem datum. Si quærat,
quibus in nouo testamento imitator sit datus;
Intelligit Godefridorum sibi, Constantinorum, Theodo-
siorum facta ad imitationem esse proposita. Si quærat
quem sibi hoc tempore æmulandum desumat: ipse sei-
psum æmuleretur necesse est, suasq; res gestas in exemplum
trahat. Addenda enim sunt facta quæ non degenerent à
Viennensi victoria; quæ digna sint triumphis Aphrica-
ni. Hæc enim non pro fine, sed pro exordio rerum
suarum habere debet. Gerit nomen Caroli illius Magni
Primi apud Germanos Imperatoris: Ipse etiam Carolus
Magnus nomen illius ipsum cum summo imperatore

committit : quem nisi superet , & quare non videbitur : vt semper benignius & slimamus vetera , quam noua : recentiorum parum & qui iudices . Carolus ille Magnus Saxoniam , & Westphaliā , Nauerram , Aquitaniam , Asiam , Hero-solymam hostibus fidei ereptas Christo reddidi . Iste tanti nominis hæres , & eiusdē imperij successor , post profligatos apud Viennam Turcas , post expugnationem Tuneti , segnis in quas laudes erit ? procursumq; viatorum suarū cum Christianorum dolore , cum summo Turcarum gaudio , quasi inuidens sibi sistet ? omniumq; fidelium hominum spes destituet ? Persuasum est enim omnibus ; aut hoc Cæsare , aut nullo vñquam Turcas vinci posse . Pacem cum Turcis habere non potest : aut inferenda Turcis arma ; aut illorum accipienda : hoc tantum in deliberatione est , forisné , an in visceribus regnorum suorum bellum habere velit . Bellandi consilium , quod alijs principibus , qui procul à Turca agunt , voluntas dare potest , id Cæsari necessitas exprimit . In collimitio Turcarum sitra est Hispania , Sicilia , Sardinia , Baleares Insulæ ; atque ipsa denique Italia clavisibus Turcarum obnoxia est . Aut proferendum imperium , aut amittendum . Non possunt Turcarum arma quiescere , etiam cum lacesita non sunt . Quid post tantas eorum ignominias , post tantas clades futurum arbitramur ? Ut absit hæc bellandi necessitas ; tamen atrocē iniuriæ in Christianum nomen hactenus editæ , vel mansuetissimum pectus in bellum pertrahere possunt . Amisimus intra decursum vnius seculi Thraciam , Græciam , utranque Mysiam , Rhodum , ac magnam partem Hungariae . Decurrat adhuc tale seculum ; iam CHRISTVS in toto orbe nihil Christiani videbit . In certos gradus odia sua Turca distinxit : Magnus illi hostis , qui quis Christianus ; maior Cæsar : maximus ipse CHRISTVS . Si posset CHRISTVM in cœlis regnantem à dextra patris turbare ; ne momentum quidem temporis interponeret ; id quia non potest , satagit , ne saltum in animis fidelium re-

um regiser. Cæsari olim cùm tria imperia erant, duo eripuit: de Constantinopolitano solio, de Trapezuntino se imperatorem iactat: quod magnus est, Cæsar's iniurijs magnus est: quod dives est, Ecclesiæ spolijs dives est quod multorum populorum seruitute subinxus est, de CHRISTI damno est. Regna enim illius, olim Cæsar's; templo, ecclesiæ, populi, ipsius CHRISTI erant; quæ nunc omnia lœua illius tyranñis possidet. Poterat sceleratus, quia n' aiorem partem orbis Christianis ademit, etiam reliquias sibi deberi: Ita inueterata rapina pro iure habet, quod diu possidet. Cùm Asia diu tenuisset: putabat sibi Aphricani deberi: occupata Aphrica, totam Europam animo inuasit: Ita ille regni limites non iure, sed libidine determinat. Nec iniuriam putat se FERDINANDO tecisse, quod magnam partem Hungariæ eripuit: sed quia non totam eripuit, inter acceptas iniurias redumerat; nec quod iam Rhodum ultimum Cycladum in potestatem redegit; ad terminos imperij sui pervenisse se putat; sed nunc Siciliam, & Sardiniam intra partes regni sui descriptis. Huic voto quia Cæsar maximè obsistere potest: Cæsarem maxime & timet, & odit: & quia timet; vehementius odit. Hinc illæ direptiones Balearium Insularum: hinc Hispaniæ littora tam fœdè populara: hinc Hungaria vique ad Viennam pervastata: ac à Vienna intra ipsa viscera Germaniæ ad octodecim milliaria omnia ferro flammæque consumpta. Nec enim in Cæsarem solum, sed in omne genus Cæsar's infestus est. Ob Cæsarem, Ferdinandum; ob Ferdinandum, Cæsarem; ob CHRISTVM, virunque odio persequitur; à Cæsare in Ferdinandum, à Ferdinandino in Cæsarem reciprocis armis incurrit; ultra citroq'ne iniurijs commans. Nec mirum; dolori illi est aliq'od nomen imperij apud hos fratres superesse: semel ex imperio Trapezuntino; semel ex Bizantino Cæsar's titulum habet; tertium ex Romana stde affectat.

Adeam rem duas quodammodo sibi vias struxerat; redacta in suam potestatem Hungaria; & occupato Tunetensi regno, est enim ex Aphrica in Italiam commodissimus traiectus: ex Hungaria per Alpes illuc nusquam præruptas facillimus delcensus. Hæc ille machinabatur; quo ablata Italia ter Imperatore esset; Garoli Cæsaris titulo nihil præter inane nomen relinqueret. Tantù prædonem Cæsar amplius in sua regna grassari permetter? Et quem haec-nus (vt ait Hermolaus Barbarus) Christiani sua desidia magnum fecere, maiorem fieri sinet? Possint alij Cæsares causari, quò minus in Turcam bellârint, vires, fortunam, otium sibi defuisse; quæ omnia Cæsari Carolo abundè ad-sunt: Nullus enim inter septingentos annos tam latè imperauit; nulli fortuna bénignior: nunquām in Christiano orbe maior ab armis quies; vt relinquamus ditissima inter Belgas regna, & tam longè lateq; Oceani littora potentissimis populis Germanici nominis occupata. Relinquamus Sardiniam, maximam mediterranei maris insulam, eandemq; feracissimam, si Herodoto creditus: Relinquamus Siciliam, quæ vna toti Peloponeso à Thucide comparatur: non veniant intra numerationem hanc tot insulæ in Mari Mediterraneo, in Oceano, & alterius hemisphærij Antipodum noui illi mundi: Segregemus latissima Italæ regna: Nónne sola Hispania ad hoc bellū sufficerit? nónne sola Germania quantas cunq; copias militum atrulerit? Quòd si quis iam dicat; quid hæc ad universam Aphricam, Asiam, & magnam partem Europæ, quæ omnia Turcarum ditioni subiecta sunt? Si Geometraru[m] in morem spatia terrarum dimetiamur, vincimur; si vires, animos, arma, quæ sola in bello valent; in comparisonem mittimus; quid est, quod Turca sibi non metueret? quid est quod Christiani sperare non debeant? Armet se tora Asia in bellum, quos populos producet? nimis Lydos, Phrygas, Mysos; mollissima genera hominum. Nullum unquam hostem magis (vt inquit Liuius) Romani spreuerunt; nec mirum; ubi Amazones fœminæ domina-

dominatæ sunt. Perlege historias; A sianis semel acie egredie vi et raro ad secundam pugnam redeunt. Vnico præfio Cyrus Asiam Minorem, vnico Romani domuere. De Africaniis quid attinet dicere; qui ab Alexandro Magno citra nullum conflictum; à Zelymo nuper vnicam pugna imperium & libertatem amisere. Quis nescit in sacris scripturis Ægyptum arundini esse compararam, cui si quis initiator, transgitur. Trahit (ut aiunt) Turca septentrorum nullum turbam, si numerum respicias, orbem universum confrate venire putas: si vires, prædam tibi vobriorem obiectam credas. Quoties cum hoc hoste Matthiis Hungariæ Rex nostra ætate pugnauit, toties victor rediit. Bone Deus! quam exigua manu, ingentes illorum copias concidit. Eripuit ille vir Turcis; quamuis contra cum in armis staret tota Asia, Africa, & quicquid in Europa est Turcarum ditionis; eripuit inquam Turcis magnam partem Mysiaæ inferioris, Seruiaæ & Bosniæ: ita ut etiam mœnibus ipsius Constantinopolis formidabilis esset. Benè dictum est ab Annibale de Asiano milite, quem magnis copijs instruxerat Antiochus; eum sufficere Romanis, etiam si sint auarissimi, quasi Asiani arma sua non ad pugnam, sed ad prædam circumferrent. Porro fortuna Cæsaristica est; ut quod bella gesserit, tot victorijs inclauerit. Id certè constat, si de solis Turcis tot triumphos reportasset; quod aliunde parauit; tota gens Mahometica extinta fuisset: Asia, Syria, Assyria, Ægyptus, Africa, Pontus, Græcia, Thracia ad imperium Christianorum rediisset. Qui ergo Cæsari suadet, ut à Turca, quem solum Christiani timent, & qui solum Cæsarem timet, abstineat; videtur nec Christianis velle consulere; & Cæsaris laudibus inuidere; nec ignominias Christiani nominis diminui cupere. Delenda est enim ex hominum animis memoria; imperante Carolo ubique viatore Rhodium ipso natali Christi die à Turcis captam esse; Hungariam pernastatam; Viennam in conspectu Germaniæ impunè obsessam. Quod si ista ex hominum animis deleri

non possunt: annalibus saltem memoria relinquenda est, ista aut maiora regna à Turcis recepta esse: quod certe breui futurum nequaquam dubitamus. Sunt enim Turcarum vires in speciem magnæ, re ipsa exiguae. Id ita esse iam secundò Christiani in Cæsar's bellis viderunt. Quid enim Solymannum saluum à Vienna in patriam retulit; nisi festina: issima fuga? quæ quod sibi liberior esset, hostiū persecutionem auferret; pontes intercidit: commeatus corruptit: flumina infecit: amissio interim omni leui equitatu ad tredecim milia numeroso: ac ne tentata quidem iterum obsidione Vienæ. At militem, quem à Tanai, ab Euphrate, à Nilo usque contraxerat. Ut Cæsar tē nō iper ab obsidione Tunisij amoueret; Arabes omnes, Aphricanos omnes in Cæsarem armavit; qui eiusdem audaciæ cum suo Imperatore, beneq; memores profugientis apud Viennam exercitus; vix ostentata acie post velutum räulationes; antequam manus consererent; pro viis se habuere; fugam atipuere; cùm armatorum copias duplo plures, quam Cæsar, haberent. Dedit cœlestè numen Christianis hominibus magna documenta: quam facilis sit ex hoc hoste victoria. Vnde expeditione trimestri, exercitu non ultra sexaginta millia numeroso, amplissimum totius Aphricæ regnum Christiano orbi redditum: pluresq; hosti arces ac ciuitates auulsas, quam amissos milites. Quod si quis roget: vnde igitur Turcae tam magui facti sunt, quam ex obseruatis temporum occasiob; Tunc Hierosolymam amissimus, cum comes Tripolitanus, & Rex Solymorum ciuale bellum inter se gerebant: nostris discordijs ad victoriam suam Saladinus versus est. Prolema idem tum demum subegit infidelis: ubi Pisani & Gennenses mutuis inter se cædibus Christianum militem absumpsiissent. Antiochiam ipse Patriarcha vendidit & prodidit; Græci Turcas in sua regna introduxerunt: non aliter, quam si quis venenum in sua viscera ingerat. Ludouico Hungarix regi nihil nisi nimia fortitudo nocuit: qui cum viginti sex millibus, septuaginta my-

ta myrladas Turcarom profligasset ; dum castra oppugnat ; & victoriam simul & vitam amisit. Nunc illæ occasionses , quas Turca capitate solet , Christianis adiuntur. Inter Christianos principes nullum bellum est ; quiescent Gallorum arma : quiescent Italorum : quiescent Germanorum : quiescent Hispanorum. Ipse contrâ Solymannos defectionibus Africanorum deseritur : Persarum armis frangitur : non nisi dimidiatas vires aduersus Cæsarem adferre potest. Toto orbe illius copiæ distin-
nentur ; occurrendum ad orientem ; occurrendum ac oc-
cidentem : omnia illi incerta ; omnia suspensa ; omnia
suspecta : Quid enim in illius pectore securum esse po-
test ? Aulæ principum coniurationem ; regnis defectio-
nem ; ciuitatibus seditionem ; singulis familijs seruorum
perfidiam timet. Qui enim de principum animis certus
esse potest ; qui fratres suos in auspicando regno oc-
cidere solet ? De ciuitatibus vero quomodo non anxius
esse debet ? quas scit non solum ab hominibus genere di-
uersis , sed etiam religione discordibus inhabitari ? De
seruis , qui minimum posse videntur , quanta illi sollicitu-
do nascitur : quos iam non metu , sed ipsis sensibus intel-
lexit ; quantopere suis rebus nocere possint ; nimis
quos videt Cæsari maturasse victoriam. Verè dictum
est à priscis ; tot nos hostes habere , quot habemus ser-
uos. Tradita est Cæsari sine oppugnatione Tunen-
sis ciuitas ; cur ita ? Quia ciues foris hostem , domi ser-
uos suos metuebant. Quām autem plena sit Turcia
seruicijs idqæ Christianis ; satis indicant octodecem il-
la millia captiuorum Christianorum , quoꝝ Cæsar expu-
gnato Tunesio libertati restituit. Sepe serui perse bellum
cum dominis gestere ; nullo adiuti extraneo hoste. Te-
stis Spartacus gladiator Romanorum cladibus nobilis ;
testis arx Capitolina seruorum auris occupata : Testis
Tyrus , quæ usque ad tempora Alexandri Magni seruorum
dominatum passa est : testis Ægyptus , quæ diuersos
suos reges vidiit. Quot inde ad nos transfugiæ , deditiones ,
prodi-

prodictiones futuræ sunt, si viderint serui, quondam Christiani, Christianos exercitus suis urbibus admoueri? Quid de regnis dicam? quorum Turcis nihil, præter Bithyniam, hæreditarium est: inquit ne Bithynia quidem. nam si patriam querunt, ad Scythicas niues, unde orti sunt, remigrandum est. Quantus hinc Solymannum metus circumstat! Ägyptus, quæ illi nunc serua est; cuius principem patibulo suspendit; nosdum vigesimum tertium annum agit: ex quo regem suum, latissimum imperium, & libertatem amisit. Ipsa Constantinopolis non ultra nonagesimum annum seruit; eosdem fermè annos seruitutis suæ Thracia, Græcia, utraq; Mysia denuerat. His gentibus aut memoriam sui regni, aut libertatis desiderium, aut sensum sui doloris extinctum arbitramur? ac non potius statim ad primam Christianorum armorum spem omnia defectionibus, & tumultibus oppleturas esse; præsertim cum ex Tunensi bello didicerit; quantum spei in Cæsaris armis reponendum sit. Has tantas occasiones de manibus omittemus, vel potius hostibus largiemur? Bazaithe à Taberlano capto, poterant Christiani, quicquid amissum erat, à Turcis reuellere; cessatum est; tanta opportunitas neglecta est: quid postea euenit? Tertius ab illo successor, qui in parentibus suis vna cum regno extingui poterat, Christianis duo imperia, duodecim regna, ducentas urbes ademit: eo beneficio Christianorum quies repensa est. Nimio pretio didicimus, non esse rursus in tantis occasionibus torpescendum. Pugnandum est, aut nunc cum dimidiato hoste, aut mox cum integro. Quod si Cæsar iisdem malis laboraret, quibus Solymannus: insanus esset, qui vel mentionem de hoc bello faceret. Nunc cum Cæsari omnia tuta, omnia certa, omnia firma sint; qui hoc bellum non suadet; aut non intelligit, quid Turcis metuendum, si belletur; aut quid mox Christianis pariendum, si non belletur. Regna Cæsarishæreditaria sunt; &, quicquid armis possidet, legibus etiam tueri potest: nullas ciuitates diuersæ religionis incolis permixtas habet: seruos

maior

maior pars Christiani orbis ignorat: tantum abest, ut
quicquam mali ex eorum perfidia nasci possit: Quodque
maxima momenta habet; talem se Cæsar tum in pace, tum
in bellis gessit: ut ob victorias clarus, ob animi elementis
amabilis sit. Deinde odijs quæ ex bello nasci solent,
ea remedia apposuit; ut de iniurianihil, de magna con-
cordia omnia speranda sint. Pugnauit cum Italis; sed
quibus à victoria sua bona restituta sint. Ita dux Medio-
lanensis è vinculis in suum Ducatum rediit. Pontifex vna
cum Roma captus, citra (quod Græci dicunt) ætna, suæ
dignitati restitutus est. Omnes Gallæ nobilitatem è ca-
ptiuitate ad suas sedes remisit: Regem ex hoste sororis
suæ maritum fecit: Tot nodis amicitiaz, affinitatis, bene-
ficienzæ Christianam rem deuinxit; ut præter hostem fo-
ris nihil illi sit timendum; atq; idita esse omnes Christianæ
gentes docuerunt. Quis enim, Cæsare apud Turcas
belligerante, illius regnatentauit? Inconclusa pax ab o-
mnibus eruata: quod Cæsari otia ad externa bella suppe-
terent. Vtinam in Viennensi victoriatum persuasum fu-
isset, quod nunc liquidissimè constat; neminem Christianorum
bellis aduersus Turcas obsistere velle. Sed absint
querimoniaz; cumulatum est noua victoria Tunensi; si
quid tunc cessatum est: suspiciones, quæ tunc fecere, quo
minus trepidaz Turcarum fugæ instaretur; quo minus cum
victoria in Thraciam vscq; penetratum sit; nunc omnino
extinctæ sunt. Cupiunt omnes illum Turcas vincere; qui
nunquam in suis de Christiana gente viatorijs signum la-
titiaz edidit. Terribilis, vt volunt, Solymannus; quia
Rhodum cepit: quia Ludovicum vicit; quia Hungariam
peruastauit: sed hunc tanto pere terribilem iam Cæsar bis
vicit. Redigamus ad calculum vtriusq; victorias: Rho-
dum Solymannus potius longa obsidione fatigauit, quam
vicit: quod si vlla subsidia missa fuissent, nunquam illa de-
ditio Rhodiorum subsecuta fuisset. Vicit? sed in delecta
causa. Occidit Ludovicum? sed exigua manu aduersus
septingenta millia pugnantem: sed victoria incertum:

n n n

sed

ted in tonitra bombardarum incidentem; ac tum demum
victum: ubi hostem minus habere non potuit: quem
conserta manu usq; ad castra profligauerat: non degener-
ans a maioribus suis Iohanne Hunniade, & Matthia rege
Hungarorum: Turcarum cladibus præcipue claris. Cæsar
cum inuidissimis gentibus, paribus copijs, aperto Marte,
sine villa clade, perpetuus victor. Quid habet Turca, quod
cum pugna Papiensi, cum deuicta Italia, cum Roma capta
conferri possit? Ut cuncti magnus est; Casare certè minor
erit: cui omnes suas victorias inclinavit: & ut ex Hectore
victo, Achillis fortitudo cognoscitur: ita ex victo Solymanno,
magnitudo Cæsaris intelligitur. Sit ergo, si ita
velimus, Solymannus alijs terribilis: Cæsar Solymanno
terribilis erit. Credocē lestis numinis dispensatione fa-
ctum: ut Cæsaris arma prius inter inuidissimas Christiana-
ni orbis gentes exercitatentur: quam cum Turca confli-
geret: ut disceret, quam exiguo negotio Syros, Phrygas,
Lydos vincere posset; qui ex validissimis gentibus tot
victorias reportauit. Ita Jacob prius cum angelo collu-
ctatus est: quo cognosceret, quam parum sibi antagonistæ
angelorum Esau hominis vites formidolosæ esse deberent.
Collisa sunt inter se Christiana regna magis acri, quam
exitiali bello: Nulla gens afflita: nullæ præclaræ urbes
excisa: mutuis inter se pugnis, quasi in lido gladiatorio,
omnem artem, audaciam, usum bellandi didicere. Tra-
het Cæsar ad bellum non ignavum militem, sed fortissi-
mum: non tyronem, sed perpetuus victorijs assuetum.
Quid enim Gallorum equitatu terribilius? quid Hispano
pedite acrius? quid Germanorum pectori fortius?
quid Hungaro Turcarum cædis appetentius? quid ei ge-
neri belli astuetius? quid Italij ingenij callidius? quid
Genuensibus tritemibus instrutius? quid in rebus mari-
timis Veneto potentius? quid ob amissas Cycladas ali-
aque maritimæ ciuitates in Ponto, in Thracia, in Illy-
rico ademptas, Turcis infestius? quid Bohemo robu-
stius? quid Silesio aut Moravo in Turcas iratus, & ad ar-
ma prom-

ma promptius? Quid (vt de aliarum nationum ducibus fortissimis raceamus) Antonio Leoa ad omnes catus fortunæ perferendos constans? quid Andrea ab Auringa Turcarum cladi bus nobilis? quid maritimarum reuin peritus? Tali milite vsus Alexander ille Magnus orbem terrarum intra triennium edomuit: cum non amplius, quam triginta duo millia peditorum, quatuor equitum in casulis haberet: Tali milite vsus Xenophon Philosophus à Babylone & Susis saluus in Græciam reuersus est: quibus subnixus viribus, non maioribus, quam decem milibus peditorum, sine ullo equitatu: docuit totum Persarum imperium, rotum orientem, nec frandibus, nec armis tantillas copias profligari potuisse. Talem militem cum haberet Philippus huius abauus: à pio pontifice tanti habitus est: ut eum Mahumetho Turcarum fortissimo non dubitaret opponere: Sed ille suis bellis implicitus, Turcis obuiam ire non potuit. Nunc autem summa pax in Christiano orbe: summum o: ium ad extera bella sustinenda: quæ sine dubio Pauli Pontificis sapientia perpetua fore pollicetur. Is eaim ut est Christianæ Reip: amantissimus: vñq: rerum peritissimus, & consilio, & opibus Christiana arma in Turcas souebit: & pacem inter ipsos omni cura ruerbitur. Quam non leue nomen tum ad bellum adferat Pontificis potentia: satis declaratum est ex decem illis equitum milibus; quos Clemens III in Viennensi bello ad subsidia Christianorum armanit. Quanquam si pax non esset; adhuc tamen arma in Turcas arripienda existimarem. Cum enim Godefridus ille Bulionius cum reliquis Gallorum ducibus expeditiōnem in Turcas sumebat: Papa cum Antipapa, Cæsar cum Cæsare bellum gerebat: (Habet enim id tempus duos pontifices, duos Cæsares) & quæ tamen illa expeditio suscepit est: & quæ in bello perseneratum: quoque mireris, Flandriæ Comes Robertus, cum Cæsaris armis infellaretur, non tamen omisi profectiōnem in Turcas. Si quæras quis tunc Christianorum regnorum status erat? Dicam paucis:

Sicilia aliqua ex parte, Hispania sermētora Sarracenorum
 armis tenebatur: in Italia Sarraceni Nuceriam posside-
 bant: quæ etiam nunc ob inueteratum illie Sarracenicu[m]
 dominatum, Nuceria Sarracenorum dicitur; eoq[ue] scle-
 rum deuentum erat, vt Christiani principes sua inter se
 bella Sarraceno milite conficerent. Quid potest impor-
 tunius fingi ad externa bella cap[er] escenda? quid impeditius
 ad sustinenda? Eatamen Christianorum armorum expe-
 ditio tam feliciter cessit; vt nihil vñquam felicius. Auspi-
 cijs Siculi Boëmundi, Godefridi Bulionij, Hugonis Ma-
 gni, Roberti Flandri, reliquorumq[ue] Ducum, tota Asia e-
 domita est: Hierusalem capta, arma vñq[ue] ad Arabiam &
 Ægyptum promota. His viris Cæsar successit: Sicilia il-
 lius est: Flandria illius est: quicquid illi domitores Asiae
 possidebant; non minima ex parte in Cæsaris hæredita-
 tem concessit; vt & ditionum, & virtutum illorum hero-
 um successor esset. Circumagat oculos suos per vniuer-
 sum mundum; semper incurret in monumenta suorum. Si
 Flandriam respicit; Robertus illi in oculis est; tot Turca-
 rum clâdibus nobilis: si Nauetram; in Caroli Magni tro-
 phæa incidit: si Granatum; aut materni victorias contue-
 tur: si Siciliam, Boëmundus sese offert, ex duce Antio-
 cheni regni possessor effectus. At qualis regni? Eius nim-
 rum, quod sub se habet centum sexaginta Episcopos, tre-
 centas sexaginta Ecclesiæ: mansiçilli & hæredibus illius
 hæc possessio plus minus ad ducentos annos incolmis.
 Si ad Viennam suos oculos dirigat Cæsar, suos triumphos
 videt: si ad Aphricam, Tanense regnum suis titulis adie-
 ctim contemplatur. Non sinunt illum nec sui cultus hoc
 bellum omittere: si coronam intuetur; videt eam duobus
 imperijs detractis mutilam: si aureum vellus in pectus pro-
 pendens, in memoriam veniunt Colchi & Pontica regna:
 si orbem quem in manu gestat, quid à suo imperio aliena-
 tum sit, intelligit: si titulum Terræ Sanctæ, quam inter sua
 regna adnumerat, animo recolit; videt quid sibi, quid
 Christo detractum sit. Cupit Hispania sexcentorum an-
 norum

norum clades, quibus à Sarracenis vexata est, hosti repponere: cupit primum ex Hispano genere Cæsarem, verè Cæsarem esse, hoc est, imperio reddere, quicquid illi à Turcis auulsum est. Memor est, Pontum quondam à se possessum: ibiç adhuc supereesse Iberiam sui nominis gentem. Cupiunt Galli felicem sub Godéfrido expeditionem repetere: nec in obliuionem abiit Galiogræcia, quondam ab ipsis in media Asia constituta: cupit Italus veterem Romanorum gloriam renouare: Cupit Germanus iniicias suas vires in Turcas experiri: Cupit Hungarus hostili sanguine suas manus cruentare; spirat adhuc veteres animos; habet pectus & fortitudine solita, & nunc etiam ob acceptas clades ira plenum: Cupit Morauus, cupit Silesius nullis delitijs mollita corporis robora in Turcarum prælijs experiri: Cupit Bohemus, solus inter Germanicas gentes incola, colonias in Turcicas ditiones emittere: Cupit Fortuna, perpetuò Cæsari addicta, sua beneficia non repudiari: Cupiunt tot opportunitates, ne negligantur: Cupiunt tot millia Christianorum apud Turcas in carceribus, in pœnis agentia, in libertatem restitui. Optant has lacrymabiles voces, & ad Dei, & ad Cæsaris aures pertinere: Domine Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum; posuerunt Hierusalem pomorum custodiām: posuerunt morticinā seruorum tuorum eas volatilibus calicarnes sanctorum tuorum beslys terra. Cupit ipsa mater Ecclesia tot quondam fideles prouincias sibi restitui: cupit habere liberum aditum ad præsepe Domini: Cupit in Caluariæ monte sponsi sui crucem liberis lacrymis irrigare: Habet in manibus Canicum Delboræ: Cupit in aures Cæsaris & Christiani populi bellum in Turcas arripientis occidere: Qui sponte offertis de Israel animas vestras ad periculum, benedicte Domino. Noua bella elegit Dominus, & portas hostium ipse subuertit. Cor meum diligit, principes Israel, qui propria volumate offertis vos discrimini, benedicte Domino. Liberet igitur Cæsar orbem à seruitute: Christianam religionem à Mahometi-

caimpietate: sua regna ab hostiis incursu: vindicet fratris iniurias: vindicet sororis charissimo marito viduatae: vindicet suas: vindicet Christi. Habet ubiq; pacem: habet hostem alijs bellis implicitum: habet hostem bis a se vicitum: habet militem perpetuis viatorijs assuetum: habet aurum ex Antipodum in fulis: habet duces optimos: habet in Tunensi rege auxiliares sibi Turcas: habet hostem ipsi Deo hostem: habet fortunam perperuo faveat: habet deniq; Ecclesiaz preces, omnium vota, Deum auxiliatorem. Dixi.



FRAGMENTVM ORATIONIS EXHOR- TATORIAE AD BELLVM Turcis inferendum, ad Maximilianum I. Cæs.

Inceto Auctore,

Turcarum gens ante pauca secula adeo obscura fuit: ut ipsi etiam nullas a se res gestas memoriz dignas ante Orthmannū, qui primus hanc gentem illustravit, narrare possint. Et licet de origine eius apud authores variū conster; eam tamen Scythicam esse, & mores & lingua haud dubie demonstrant. Plinius quoq; grauiissimus autor, in Asia circa Mæotidem lacum Turcas usque solitudines saxosis conuallibus asperas accolere prodidit. In primis iraque inopia rerum coacti, vicinas nationes latrocinijs potius, quam legitimis prælijs infestarunt. Mox

crescen-

erescente audacia, duce Othmanno, viro bellicosissimo & callidissimo, non solum, ut prius, rapinis & incursi-
nibus, sed iam aperto Marte conterminos populos inua- Regum
serunt. Cuius successor Orham, infeliciter contra Tar- succellio,
taros pugnans, cum multis populis gentis suæ occubuit. Post quem Amorath factus imperator; ubi ita imperium
auxit; ut usq; ad Pontum longè lateq; fines suos extende-
rent; debitum naturæ perfoluit. Succedit huic Bayazith; qui cum pari audacia finitos populos inquietaret; cœ-
prus tandem à magno Tamberlano, cù ingenti clade gen-
tis suæ, finem audaciæ suæ fecit. Post quem quatuor Imper-
ratores successerunt; qui quamuis de gente Othmana non
fuerint celebres, tamen bella gesserunt. Nam Celeby
multorum populorum viator partem quoq; Imperij Tra-
pezuntis subiugauit; Soleimani cui Tamberlanus tributū
rependit: Orhan secundus, qui multas vrbes Asiae & Ponti
expugnauit: Muscavie cùm Orhanum dolo intermitteret;
magnam partem Asiae in suam ditionem rededit. Post Mu-
sem culmen imperij ad gentem Othmannam rediit. Ma-
homet iraque ex eadem gente potitus imperio, Saracenos,
Georgianos, Persas, Cappadoces varijs prælijs fudit; no-
menq; Turcarum ira celebre fecit, ut iam gentes Europæ
illud reformidarent. Cuius frater Amorath, qui primus
Turcarum in Europam cum exercitu traiecit; multis Re-
gnis Europæ deuicit: memorabili illo prælio ad Varnam
Vladislaum fortissimum regem Hungariæ cum magna cæ-
de populi Christiani debellavit. Huius res gestas filius eius
Mahometus in tantum superauit; ut ad Solis ortum & oc-
casum plures terras, maria, insulas, populos, regna impe-
rii Turcarum solus ipse adiecerit; quām omnes decem su-
periores; Cuius viatorias si quis vellet recehseret; profecto
maximam partem Asiae & Europæ enumeraret. Nec conté-
tus filius eius Bayazith, qui hodie regnat, tanū imperium à
maiorib. suis partū conservare; sed plura castella & oppida
in ditionē soā rededit; nec indies cessat terminos imperij
sui usq; quaq; dilatare. Croatia igne ferrocip consumpta &
crebris in-

incursionibus penè exhausta , nuper celeberrimum Regnum Poloniæ inuasit ; & abducens LX. millia Christianorum cum inaudita crudelitate vastauit , & damnum intulit . Cui nisi ciò per Maiestatem vestram & cæteros principes Christianos succurratur ; paulò pòst ipsi etiam hosti immanissimo erit miserandum . Et deinde quid mali ex ipsius ruina cæteris regnis ipsi adiacentibus immineat , oprimè intelligere potest Maiestas vestra . Sunt enim huic Bayazitho filij nouem : quorum nomina exprimere non pigeat . Est itaq; primogenitus eius filius Mahoireth Celebi , qui hodiè præses est in Amasia . Secundò genitus est Churchut Celebi , qui præses est in terra Charanian . Tertiò genitus est Synan Celebi , qui præses est in Domusby circa Rhodum . Quartò genitus est Ahmath Celebi , qui præses est in vna ex prouincijs Husunchasan in Persia . Quintò genitus est Murath Celebi , qui præses est in Trapezunte . Sextò genitus est Hally Celebi , qui præses est in Chapa . Septimò genitus est Halhamassach Celebi , qui præses est in Chestemoni . Reliqui verò sunt in curia Patris , quibus dominia huc vscq; non sunt assignata propter infantiam . Et ut de ista pestifera progenie Maiestati vestræ plenissima informatio detur : Sunt ipsi Bayazitho filiæ octo ; quarum prima est vxor Ahmath Basçæ , filij ducis Stephani de Bosna . Secunda est vxor Capitanæ Ianciorum , qui dicitur Agga . Tertia fuit vxor Vsunchassan , quæ hodie vidua est . Quarta est vxor Mustaphabegh , qui præses est ducatus Sandi Sabbe . Quinta est vxor filij Tanch Basçæ . Sexta est vxor Iusselahmath , qui præses est Vaulone . Septima est vxor filij Ieddyaniath . Octaua est vxor Muscababegh , qui præses est Chrosentze . Nunc autem considerandi sunt prosperi successus & benignæ fortunæ huius pestiferi Draconis tam in amplificatione imperij , quam in procreatione liberorum . Sed nemo miretur , quo pacto res Turcarum ex angustissimis principijs , tam breui tempore ad tantum fastigium peruerenterint . Multitudinem enim Principum Europæ , odia atq; intestina bella inter eos

Successus
regni Tur-
carum eius-
que causa.

eos præcipuam caussam esse crediderim. Ars quoq; mili-
taris , qua quondam Lacedæmonij & Romani totum pe-
nè orbem subiecerunt, apud multos Principes Europæ ex-
tincta est. At summa Imperij Turcarum penes vnum Prin-
cipem habetur ; vni Imperatori parent ; vnuſ cunctas re-
git ; vnuſ omnes redditus possidet ; &, vt summatis dicam ;
vnuſ tantum dominus est ; Cæteri verò mancipia , & ad li-
bitum eius periclitari possunt. Præterea disciplina mi-
litaris apud eos adhuc docum habet. Nullum autem di-
scrimen nobilitatis vel generis. Is namq; generosior ha-
betur , qui fortior in bello extiterit. Is plura stipendia
meretur , qui fortiū dimicarit. Vnde præmia tanta mili-
tes strenuiores reddunt ; vt vnuſquisq; cæteros fortitudi-
ne superare conetur. Ut igitur Maiestas vestra liquidò
cognoscere possit, contra quem hostem dimicatura sit ;
hoc commentariolo , stylo rudi & crasso exponam , qui-
bus magistratibus totum Imperium & aula Imperatoris
Turcarum gubernetur ; quanti sint ordinarij redditus im-
perij , quæ sint genera militum , & numerus eorum , mo-
dus qui sit construendi exercitum , cùm Imperator ipse
ipse bello interest. A gubernatione imperij exordium su-
mam : Summa igitur totius Imperij tribus magistratibus
gubernatur ; quorum summus est Quatuoruiratus , qui i-
psorum lingua appellatur Vesierbascia. Hi sunt princi-
pes consiliarij , qui quater in hebdomada sedent pro tri-
bunali , in loco qui dicitur Duyan ; vt audiant legatos na-
tionum , & hominum supplicationes , quas Imperatori re-
ferunt. Hi quoq; iudicant cauſas , quorum gratia pro-
vocatum est ad Imperatorem. Et cùm quis horum depo-
ſitus aut defunctus fuerit ; alter denuò substituitur , vt sit
semper magistratus Quatuoruiratus. Post quem sequitur
Magistratus Duumiratus , qui dicitur Beglerbeghi , Prin-
cipes Præsidum. Hi prælunt Præsidibus prouinciarum.
Et vt hic magistratus melius intelligatur , diuīſio totius Im-
perij hoc in loco recensenda est. Omnia itaq; Turcarum Imperij
Regna in duas partes diuisa sunt : Orientalia , quæ nuncu-
tes duæ.

Monarchia
Turcica.

Natolia. patur Natolia; & Occidentalia, quæ dicitur Romania. Natolia sita est ultra Hellespontum, quæ continet in se prouincias infra scriptas, Bithyniam, Asiam, Cappadociam, Paphlagoniam, & Cariam: Insulas vero principales quatuor, Æoliam, Ioniam, Lesbum & Smyrnam: quæ omnia nostro seculo Turcarum aduentu commutata sunt, & ad eorum linguam accommodata: In ipsa quidem Natolia ista sunt linguartum genera, Græca, Itala, Scythica, Armenica, Aggiaminica, Cercasica, Zissica, Egæasica, Menglorica, VValachica, & Ruthena. Tenent itaque totam Natoliam XXXVI. praefides vexillares, qui Turcarum lingua dicuntur Sangiarchæ: Iis enim Imperator autoritatem tribuit erigendi vexilla in proprijs prouincijs, quibus præsunt. Quorum quidem praesidum residentiæ loca proprijs non minibus ad maiorem rei intelligentiam nominabimus; videlicet Amasia, Trapezonta, Capha, Cheshemoni, Bursa Domussi vel Spetri, Sarchan, Karaman, Vsunkassan, Aydimentes, Languri, Kermen, Enguri, Boliassiria, Engheri, Iaia, Charasarchen, Ghenimussolni, Chesle, Mitili, Emittili, Syschup &c. Romania vero continet prouincias istas. Partem Daciæ, Thraciam, Dardaniæ, Achaiam, Peleponnesum, Acarnaniam, Macedoniam, Epitum, Rassiam, & Illyriæ partem. Et ipsæ prouinciae gubernatæ sunt per persidos vexillares, sive Sangiarchos XXV. Quorum loca residentiæ sunt ista: Kilia, Nicapoglia, Bdyngh, Callipoli, Seres, Salonych, Negroponte, Morea, Arguocastro, Ismane, Presrer, Okeid, Vocetorum, Costadin, Cernomen, Azigan, Scodri, Smederoua, Bosnauerbo, Zonnya, Kruzenze, Suonick circa Taurium. Tur-

Propriæ carum itaque regna in LXI. prouincias distribuantur, & in qualibet sunt milites; quibus agri assignati sunt, vnde viuunt, qui Timari appellantur, de quibus postea mentionem faciemus. Beglerbeigh ergo sine principes praesidum, quilibet in sua parte sine praesidibus imperat; videlicet unus in Natolia: alter vero in Romania; & si quæ discordiæ inter milites ortæ fuerint, ipsi discernunt; quoru*ius*

iussa præfides nullo pacto retractare possant. Et quia omnium possessionum militarium collatio ad solum Imperatorem pertinet: quilibet nihilominus Beglerbegh in suis prouincijs conferre potest, cui vult, posse sionem ad summam asprum quinque milie, hoc est, ducatorum centum. Per hos igitur tres magistratus tota summa Imperij optimè gubernatur. Sunt præterea alij magistratus; qui licet imperium non gubernent: tamen æquitatem & iusticiam tuentur: sive quibus nullum Imperium stare diu potest: siquidem ad gubernationem imperij iura pertinere videntur. Pescherchadi summi iudices exercitus qui duo sunt: unus Natoliæ, alter Romaniaæ, qui iudicant homines causas, tam ciuiles, quam capitales: pro quibus ad Imperatorem prouocatio facta est. Quin etiam hi possunt retractare sententias latas per Imperatorem, si contra legem Mahometilatæ fuerint; quia secundum ipsius legem omnia iudicant, quibus semper auditus ad Imperatorem patet. Nec possunt præsidere huic magistratu, nisi ab origine Turcus fuisset, id est, Mussoman vel circumcisus. Secundus Magistratus nuncupatur Muchti, id est, summus legis interpres; qui cum de aliqua lege ambiguitas erit, ipse discernit & explicat, quid lex ipsa & iura velint, cuius sententia non potest prouocari. Sunt etiam Moderis, id est, legis periti & doctores; quos consulunt pro varijs causis & necessitatibus. Sunt & Thephterderi, hoc est, administratores rationum; quorū unus procurat Rationes Natoliæ; alter vero Romaniaæ, qui magistratus eximiae dignitatis habentur. Nunquam ab aula Imperatoris recedunt, sicut & Vesierbascæ, id est, consiliarij. Et quia de questoriis hic mentionem fecimus; subdemus etiam, unde proveniant omnes reditus Imperatori ordinarij & quæ sit summa ipsorum. Ex vniuersa itaq; summa domus in imperio suo existente, tam Christianorum, quam Turcarum, & aliarū nationū, quæ viritim pendunt tributum singulis annis: Item ex fodinis auti, argenti, ferri, plumbi & aliorum metallorum

Magistratus
alij.Pescherchadi
iudices.Muchti le-
gis interpre-
tes.Moderis:
Iurisperiti.
Thephter-
deri Ratio-
cinarij.Imperij
Turcici
reditus.

rum, ac ex Syla monetarum, tam in Romania, quam Natolia: Item ex aurifodinis in Chestemoni, & ex fodinis aluininis in Natolia: Item ex Bonibate, Orcza & ex vettigalibus Serici in Bursia: Item ex piscibus salitis, tam marinis, quam fluuiatilibus: Item ex redditibus salium, tam in Romania, quam Natolia: Item ex decimis & pascuis cunctorum animalium: Item ex omnibus frugibus & ceteris terra nascentibus: Item ex portorijs in Natolia & ex Schalogijs in Romania, id est doanis sive vettigalibus: Item ex traiectu Callipolitano, & aliorum locorum: Item ex hereditatibus mortuorum, quando ex defectu seminis propinquorum bona deuoluuntur ad Imperatorem: Item ex tributo variarum vrbium, quae sunt Romania, Morea, Epiro, Moldlama, Scio, Calloier, & Ragusio: Similiter ex vribus & prouincijs, quae sunt in Natolia, Charaman, Scytrubitorum
 Summa
 nope, Symisso, Auguri, Finica, Candeloro, Capha & ab alijs Satrapis maioribus vel minoribus, habet circiter Scribarum
 diversitas.
 quadragies centena millia nummorum aureorum: Sed quia varijs nationibus & linguis terrarum imperat; necesse est; vt sint varijs scribae & Cancellarij, secundum varietatem linguarum. Est tamen inter eos unus supremus Cancellarius. Græcis itaq; & Italisch lingua scribuntur. Hungaris, Moldauis sive VValachis, Sclavis, & Raguscis, litteris Rascianis. Turcis praeterea, Sarracenis, Persis, Armenijs & ceteris nationibus lingua Agiamica, Arabica vel Persica. At ille qui est custos sigilli Imperatoris, Nilancibastia nominatur. Singuli autem Principes consiliarij peculiare sigillum habent. Peractis magistratibus, quibus tantum imperium gubernatur, veniendum est ad eos, qui Palatio Imperatoris scriuunt. Ministri autem Imperatoris omnes sunt Impuberes; eliguntur eximis venustatis, in flore ætatis sue; nominantur Spahioglani, filij nobilium; & secundum varia ministeria varia nomina sortiuntur. Quidam sunt dapi-feri, pincernæ, cubicularijs, custodes rerum præciosarum, quos Haznador nominant. Cumq; ad annos pubertatis perue-

peruenient, ad maiores dignitates ascendunt. Nam multi eorum præsides prouinciarum efficiuntur, secundum virtutes & merita eorum. Maior tamen pars eorum post annos pubertatis custodes corporis imperatoris efficiuntur. Ita hi qui minus strenui apparet, retinent pristinum nomen, & dicuntur Spahioglani: Magis autem strenui Solophtuarij appellantur. Cum igitur Imperator iter facit: est stipatus vndiq; cateruis horum custodum. In Satellitum vna enim parte sunt Spahioglani, qui sunt circiter mille numerus. & Sexcenti: In altera parte sunt Solophtuarij, qui sunt circiter quingenti, qui omnes prænominati viuunt ex stipendio: ingrediuntur præterea quotidie palatum Imperatoris, propter ornamentum aulæ. Sunt & alij magnorum principum circiter septuaginta, qui appellantur Mūtapharichi: & hi sunt liberi ab omni onere militiae & aulæ; nisi cum ipse imperator est in exercitu, ipsi quoq; necesse est ut militent: viuuntq; ex stipendio. Habet etiam Imperator alios corporis custodes, qui sunt optimi Sagittarij, electi ex numero Ianiziorum: Solachi nuncupantur: Hi pon vadunt in equis: & sunt armati framea brevi, arcu cum sagittis promtis adictum: Schcuphias byrreta in capite dekerunt albas & redas, circulis aureis redimetas, & vestimenta succinctæ. Hic enim sunt præcipui custodes Imperatoris, cum in itinere est: nunquam ab equo Imperatoris discedentes: numero sunt circiter septingenti: & sunt distincti per centuriones, & viuunt ex Stipendio. Sunt & Ianitores, qui etiam ex Ianizarijs creantur: quorum numerus est C C C. Caviti vocantur: Hi etiam viuunt ex Stipendio. Sed & Methery, tentoria & Papiliones extendunt: & omnem suppelle etièm aulæ disponunt: qui circiter sexcenii sunt. Sunt præterea artifices diuersarum artium, quæ ad ornamentum aulæ Imperatoris pertinent: qui omnes in aula Imperatoris viuant, tanquam mancipia. Imbraherbastia est magister Agazonum. Imbrahalii dicuntur qui distribuunt vexilla: Segmenbastia est magister venationis. Alia multa officia

Principum
filiij.

Custodes.

Ianitores.

Artifices.

emittuntur, gratia breuitatis. Sed postquam de magistris
tibus, quibus imperium gubernatur, & de ministris ac cu-
stodibus corporis Imperatoris abunde disseruimus: super-
est ut de generibus militum, & modo construendi exerci-
tuta, sermonem faciamus. Sunt ita diuersa genera mili-
tum, videlicet Thimarci, Ianizari, Assapi & Accangi de
quibus singulis singillatim tractabimus. Thimarci sunt
milites, equites omnes, quibus ager ab Imperatore attri-
butus est; unde ipse cum quatuor militibus loricatis vi-
vere possit: & sic Thimar apud eos intelligitur ager unus,
de quo quinque milites viuunt ex decimis per subditos
provinciarum, de domibus & omnibus terræ hascentibus
datis; quamvis ipsi agri non sint aequales. Quia aliquis
est, qui potest dividii in XX. XXX. & XL. partes Thimar,
& tamen ab uno possidetur. Sed ad instar magnitudi-
nis agri prouentuum, talis possessor equites sive milites
tenet. Vnde computatis omnibus agris militaribus ma-
ioribus & minoribus, qui habentur in Romania numero
sunt quatuor millia & quingenti: militum vero viginti
duo millia & quingenti. In Natolia vero facta simili sup-
putatione numero sunt quinque millia & quingenti milites.
Ex quibus omnibus Thimar, in Natolia scilicet &
Romania, resultant quinquaginta millia equitum; qui o-
mnes obediunt suis praesidiibus; & semper stant parati ad
bellum; nec aliud alimentum habent, quam ex agris illis.
Secundum autem genus militum est, qui Ianizari dicun-
tur. Omnes enim pedites sunt. & ex Scipendio Impera-
toris viuunt: & semper sunt, ubi Imperator est. Maior
pars eorum est ex Romania & ab origine Christianorum:
Quia semel in triennio fit delectus per totam Romaniam;
& colliguntur filii subditorum; eosque mittunt in Nato-
liam; ut ibi imbuantur lingua & ritibus Turcarum. Cum
que ad annos pubertatis peruerterint; exercitati in armis,
qui magis strenui sunt, pedites efficiuntur; & ad custo-
diam Imperatoris deputancur; & in ipsa custodia sunt
semper

Militum
genera.
Thimarci.

Agrorum
& militum
numerus.

Ianizari,

Milites
Christiani
sub Turca.

semper nouem vel decem millia: quorum capitaneus Ag-
ga nuncupatur, vir magnæ autoritatis. Qui autem minus
apti videntur milicie; deleguntur ad custodiendas muni-
tiones & arcis; & sunt circiter numero Xx X. millia; qui
obedient suis Dazdar, id est Castellanis, viuentes ex sti-
pendio. Sunt autem Ianzari munimen & robur Impera-
toris: eiisque sunt obsequentissimi: tuenturque ipsum
contra omnes tumultus ac seditiones. Assapi sunt milites
gregarij minus exercitati ac precio conducti; quorum
aliqui sunt pedites, aliqui vero equites. Hi etiam classem
maritimam intrant, habentes pro stipendio viritum alpra
quinque per diem. De tali genere militum, ipse Impera-
tor conducere potest, quantum vuult; cum sint vulgares,
& ad pugnandum inexperti, tam in pugna terrestri, quam
nauali. Et possunt esse Assapi, tam Christiani, quam
Turcae, & aliae nationes. Accangi militant ad fortunam
sine agris, & sine stipendijs: quintam partem prædæ dant
Imperatori: & si qui strenui apparuerint, Thimarei, vel
alterius dignitatis nomen & gradum fortinuntur. Sunt qui Zausti.
exercitum ordinant clavis ferreis: hi milites in stationi-
bus suis stare cogunt, & semper præcedunt Imperatorem,
eiisque viam parant, & appellantur Zausti: numero sunt qua-
dringenti, viuunt ex stipendio. Sunt præterea quidam mi-
lites prodigiorum virium, qui contra quinq[ue] pugnare
perhibentur; Stipendum quoque pro quinq[ue] militibus su-
munt; Belsli vocantur; numero sunt C C. vel circa: vi-
vunt ex Stipendio. Sunt & Gonili, qui in arte gladiaro-
ria peritissimi habentur; maximaq[ue] agilitate, lanceis, sa-
gittis, gladiis exercentur. Sunt semper equites, quorum
numerus est centum & sexaginta; viuunt ex stipendio.
Musselym sunt, qui munitiones, castra, & propugnacu-
la construunt; quorum merces est diurna quinque a-
sprium; quartus ex dicta prouincia intrat exercitum.
Sed Iaya sunt Turcae, qui proprijs expensis militant; qui
excepti sunt ab omni alio onere: ipsi quoque vias mundant
cum Assapis
accangi
Zausti.
Belsli.
Gonili.
Musselym
Iaya.

Sarahori.

cum Musselym. Sarahori habent stipendium ab Imperatore asprium quatuor per diem: homines sunt agrestes, qui sequentes exercitum omnia vilia opera exercent; sicut & alij superius nominati, id est, Musselym & Iaya. Hi omnes sunt, per quos militia terrestris Imperatori Turcarum perficitur. Clavis Turcarum Imperatoris continet ad summum vela CCCC. Supputatis nauibus, triremibus, biremis, Palandiarijs, grippis & alijs generibus nauigiorum: quæ caput circiter hominum triginta millia: & ipsam parare solent Constantinopoli, Nicaoniz, Callipoli, Nigroponti, & Vaulonæ. Sed cum sint in ea homines ut plurimum agrestes, & ad nauigandum inexperti, magnas vires habere non potest: cuius Capitanus semper est praefectus Callipoli; & illi, qui ipsam intrant, omnes sunt precio conducti, secundum distinctionem exercitij & officiorum. Peregrimus tandem magistratus, quibus gubernatur imperium Turcarum. Palatum quoq; quibus ministris regatur, abunde explicuimus. Genera quoque militum distinximus, ac maritima classis quantitatem & quo in loco parati soleat, ostendimus. Nunc super-

Modus castrametandi.

est; ut describamus modum Castrametandi: cum Imperator ipse personaliter adsit in Castris. Prius igitur Castrametatores eligunt locum aptiorem pro castris, qui tutus sit ab omni impetu hostium, ex quo de facili hostes expugnare possint. Eligunt itaq; quod habeat montem, vel fluuium, vel paludem: quibus munitior sit: quem locum descripto ambitu castrorum fossatis altissimis munit. Post quæ sequuntur cunei acutissimi in circuitu castoris de super colligatis. Sequitur postea ordo Camelorum, qui commeatum & impedimenta pro vsu castrorum baiulant. Post quos minor altera fossa foditur in ambitu

Locatio exercituum Imp. Turcarum.

cum hostis pro maiori munitione in circuitu affixis; quo in loco Sarahori, Iaya, & Musselym mansiones & habitationes suas habent. Post tot validas munitiones pedites, qui Iazizari dicuntur, per multiplices ambitus, papiliones & tentoria sua figunt: in quorum medio Imperator ipse

cum

cum suis pueris & ministris ornatisima tentoria haber.
 Eminent præterea duo maxima cornua contra hostes,
 contra quos pugnandum est, adhærentia circulo castro-
 rum; in quibus colloca: i sunt equites cum suis præsidibus.
 In uno enim cornu sunt milites Thimarcij, qui agros pos-
 sident in Romania: in altero vero qui agros possident in
 Natolia. In capite vero cuiuslibet præsidet princeps
 præsidum, id est Beglerbegh. At in medio horum cor-
 nuum locantur omnes custodes corporis Imperatoris,
 hoc est, Spahioglani, Soluphtarij, Solacchij, & cæteri au-
 lici: Post quos Gruata sunt varia genera machinarum &
 tormentorum. Cum igitur pugnandum est: in qua parte imperij Modus
 bellū gerendum est, Beglerbegh illius partis, cū suis præsidib. pugnandi,
 pugnam incipit. Quod si contigerit milites illius cornu
 ab hostibus superari; mox aliud cornu opere fert. Superatis
 ambobus cornubus, pugnatur omnī genere Musselym &
 tormentorum: Deinceps custodes corporis manus confe-
 ruat: yltimo Ianizarij Imperatorem ipsum in medio duo-
 rum cornuum collocant; ne forte vertens ipse terga ho-
 stibus, caussa interencionis totius exercitus constare videa-
 tur. Hæc sunt, quæ de imperio Turcarum longis peregrina-
 tionibus subtiliè indagatione comperimus: quippe
 cùm civitas nostra Ragusium, quæ in confinibus ipsorum
 sita est, quamplurima commercia cum gentibus illis ha-
 beat; non desunt nobis facultates singula perquirendi:
 quæ quidem humili sermone, & sine ullo elegantia fuso
 scripsimus: non ad res Turcarum extollendas, & ad incu-
 tiendum terrorē Maiestati vestra, & cæteris principi-
 bus Christianis: quin potius, ut clariss Sole demonstra-
 remus; si ipsi Christiani potentiam Turcarum recte iudi-
 cio perpendissent, viresq; suas agnouissent; iam pridem
 de imperio Turcarum actum esse. Nunc quæso animad-
 vertat Maiestas vestra; qui fuerint ante pauca tempora
 Turcae; quam imbellies gentes deuicerint; & quam vanis
 & falsis terroribus imperium suum auxerint. Reperiet
 nempe eos suis homines agrestes & inermes; inopia o-

mrium rerum ad latrocinia & rapinas coactos. Perquirat diligenter historias variarum gentium; Romanorum monumenta euoluat; inueniet semper Asiaticos fuisse molles & timidos: Ut extat vulgatus ille Iulij Caesaris titulus, quem in curru, cum a triumpho Pontico rediret, inscribi iusserrat: Veni, vidi, vici: imbellem illam gentem, nulliusque momenti existimans. Siquidem Romani, orbis ferè quondam domini per plures annos contra Numantiam unam urbem Hispanie pugnauere, quam contra totam Asiam. Quid ergò tam magnum, gentes Asiaticas imbelles & semper seruire assuetas deuicisse? Quid tam arduum, Græculos effeminatos, intestinis odiojs semper dissidentes, debellasse? Quid tam grande, Rascianos & Bulgaros, homines inermes, circa metalla & pecudes occupatos, subdidisse? Quid tam generosum, Bosnenses debacchantes dissidentibus inter se principibus Hungariae, in ditionem accepisse? Quid deniq; tam strenuum, principibus Europæ ferè dormitantibus, gentes timidas & infidas sponte tese dedentes in ditionem suam redegisse? E contrario vires suas Maiestas vestra & cæterorum principum Christianorum examinet; generositatem & potentiam consideret: Nisi quæ propè inumeros annos Serenissimæ Maiestatis vestræ Hungaria regio populissima, tamen adhuc rudis, contra Romanos orbis dominos fortissime pugnauit: ingentesque clades illis intulit; & deinde pro Christiana fide toties Saracenos debellavit: nunc florencissima, artibusque, militibus apprimè instructa; cui quodammodo nulla gens nullaque potentia resistere potest; ut ex gloriissimis victorijs constare videatur: contra vilissima manciyia pro Christiana fide bellare non audebit, & usq; ad interacionem prosequi non patietur? Furor est profectus, deterrei à potentia Turcarum: quippe præter quinquaginta vel sexaginta milia equitum & decem milia peditum, quæ supra retulimus, esse in exercitu Turcarum, reliquum vulgus iners & inermis est; ac velut greci pecudum ad libitum

rum vicitorij sine villa pugna duci potest: quod secus in
provincijs Christianorum coactigit: Nam & vulgus ar-
mis aptissimum est, & ad pugnandam ferocissimum. Ex-
surgat ergo Maiestas vestra una cum Principibus Európæ,
qui commone bonum & utilitatem desiderant; & præce-
dente Christi cruce arma contra hostem suissimum tu-
mite: Eadem, Patriam, leges, templa, uxores, liberos, pa-
renteisq; charissimos defendite, iustissimoq; bello auxili-
um divinum vobis non defuterum scitote.



PAVLI LOVII EPI- SCOPI NVCERINI ORDO ac disciplina Turcicæ mili- tia

AD CAROLVM QVIN- tum Cæsarem Augustum.



Is omnis Turcicæ militiæ in Portæ mili-
tibus, quos vocant, sita est. Ii verò ho- Portæ mili-
tines selectissimi sunt, partim peditum, tes-
partim equitum Ordinibus ascripti.
Spachioglani (sic enim eorum aliquos
Turcæ appellant) digniorem locum ob-
tinent. Nam iij ipsi in eo, cui Claustræ
nomen est, loco educati ac literarum atq; armorum disci-
plinis instituti, veluti principum filij habentur: Legatorū
& commissariorum, præsertim si honorificū aliquod atq;
utile negotium peragendum sit muneribus funguntur: ac

Saniacathibus ac alijs huiusmodi dignitatibus præficiuntur. His præterea Clasuræ iam dictæ mulieres, nec non filiæ ac sorores ipsius principis nubunt. Summa hæc est: Ii ceteris omnib. nobiliores ac Principi gratiores sunt: excellentiores equos, equorumq; ornamenta pulchriora, vestes preciosioribus suffultas pellibus, feruos robustiores eleganterq; indutos, quam quodlibet aliud inter Turcas genus, habent. Ut autem tam egregiè ornati incedant, Persicæ acq; Alcairienses efficiunt prædæ. Nam anteà sub Mahomete nec preciosis pellibus, nec gemmis, nec pannis auro intextis, nec multis holosericis vestimentis vtebantur. Sunt verò iij numero mille; quorum unumquenq; tres aut quatuor, aut ad summum decem servi comitantur; qui quidem servi capita quibusdam, ut ipsi vocant, Særcolis limbo aureo cristaq; pulcherrima ornatis obtegunt. Ipsi autē Spachi Turbantes (vrendum est enim eorum vocabulis) in capite gestant; vestesq; aureas, varia textura pictas atq; holosericas, vel Tyrio vel alio colore infectas induunt. Cùm verò extra urbem equitandum est: iij Principis dextrum latus claudunt. Porro sinistrum mille item equites, quos Sulastros vocant, eiusdem cum Spachis educationis & nobilitatis, ijsdem vestibus atque armis videntes occupant. Et ijs quidem bis mille equitibus honorem exhibent omnes, quemadmodum (quod exempli causia dictum sit) ducentis nobilibus illis, quos Gallorum Rex apud se haber, exhiberi solitum est. Horum quamplurimi armis oculis omnium expositis induuntur; paruisq; phaleris Damascoeno artificio elaboratis, Persarum more proprios equos ornant. Has duas equitum alas mille adhuc alij equites Vlufagi dicti subsequuntur. Ii verò constati sunt partim ex Ianizaris, qui ob aliquod egregiū facinus ex pedestri ad equestrem euerūti sunt ordinē: partim ex seruis, qui Bassis ac Bellerbegis fidelia ac forcem operā in bellis nauarunt: quos Princeps, defunctis eorum dominis, relatione multorum probatos assumit. Atq; huiusmodi tres militum classes è Christianis, qui tam-

Clasuræ.

Sulastri.

Vlufagi.

men abrenunciarunt iam Christo, constat. Post has Ciripici (Ica enim à Turcis appellantur) milenarium & ipsi Ciripici. numerum explentes, equitant. Si verò leuis armaturæ sunt equites, equorum egregij domitores, ac pugnandi arcu, lancea, scuto atq[ue] ense, (quem cimitarram vocant) eos v[er]o periti; vt res supra humanas vires efficiat. Mamaluchorū more yideantur. Omnes autem iij Mahometani sunt ex varijs prouincijs; nimirum ex Persia, Turcomania, Syria, Africa, Alarbia, Seythia, atq[ue] etiam ex India v[er]o in ynum collecti. Stipendium satis amplum habent; idq[ue] priuilegijs à principe ipsis conceditur; vt quandiu ipse Constantinopoli moratur, v[er]ilibet hybernare atq[ue] a stiuarre valeant. Tertia quoq[ue] hebdomada die Lunæ ad Portā (sic ipsi nominant) mitiunt, qui stipendium illis debitum accipiunt: quod quidem illis illicò exhibetur. Sic Turcicus Imperator quatuor millium equitum ele[ctissimorum] catarua stipatus incedit; ipsorum equitum seruis minimè in hunc numerum vocatis. Nam & iij quamplurimi sunt; & vestibus, armis, equisq[ue] tam ornati; quam proprij domini principem comitantes. Sed loca deputata seorsim habent, neq[ue] ordinibus iam dictis immiscentur. Ad h[ec] Ianizariorum circiter duodecim millia fortissimorum sanè peditum custodia princeps perpetuò munitur; qui quidē & ipsi ex eorum numero sunt, qui Christum abnegarunt. Eliguntur autem iij, cùm parvuli adhuc sunt ex bellicosis simis Christianorum nationibus; atq[ue] educantur pars quidem in Principis Clausura; pars verò apud Natoliæ Turcas; quoniam pueri omnes, siue ex tributo, siue ex bellicis excursionib[us] accepti, per Turcarū domos distribuuntur, atq[ue] ipsorum nomina in schedis quibusdam annotantur; vt numerus tam eorum qui emergunt, quam qui pereunt, facile inueniri possit. Et vnuquisq[ue] quidem puer aliquam mechanicam artem militare utilem discit; ac simul se exercet, vt tractandorum armorum, & quibus eminus & quibus continuo pugnatur, peritus euadat. Qui verò ex ijs ad militiam feliguntur, caput operiunt pileis quibusdam ex

panno albo, sed admodum rudi, in caligæ similitudinem
confectis; atq; eos glutino vsg; adeo durant, vt ictum cu-
iusvis gladij sustinere possint. Et qua parte huiusmodi pi-
lei supereminet fronti, aureo limbulo precij non parui
ornantur; cui inquam limbulo vaginala itidem aurea in-
est; quæ cristas impositas veluti conus excipit, eosq; sic or-
natos, Exarcolæ. Exarcolæ vocant. Ensem (quem superius citaram
appellari diximus) & pugionem, biciachum dictum, ac se-
curiculam à cingulo post terga pendente continuè ferunt.
Vtuntur præterea nominatis antea Scopletis, & ijs qui-
dem oblongis, atq; eos agilimè pertractant. Nonnulli ex
ipsis dimidiatas lanceas, atq; alia huiusmodi plura bellica
instrumenta portant. Et ante Selimum quidem plurimi e-
ius ordinis erant; nunc autem non admodum multi sunt.
Sagula quedam passim atq; circumquacq; densissimis filis
consuta, armorum loco induunt. Faciem habent miris mo-
dis effictam: etenim barbam integrum non alunt: sed eam
tantum, quæ à superiori labio dependet; partem prolixè
demittunt. Maior istorum pars ex Hungaris, Sclanonibus
atq; Albanensibus constatur: reliqua ex Græcis, Germanis,
Polonis, Seruianis atq; ex occidentalibus hominibus con-
stat. Cæterum ex integro omnium Ianizaroru ordine cir-
citer sex millia, qui seniores sunt, feliguntur: vt non à Bel-
lerbeis, sed ab ipso principe immediatè pendeant. Præte-
rea circa decem millia iuuenum, tyrocinium Ianizaricum
excentium, varijs in locis aluntur; atq; ex ijs Ianizaro-
rum duobus generibus demortuorum loca supplentur.
Porrò stipendum non omnibus æquale est; sed vnicuiq;
pro meritis augetur. Neq; commendatione aut fauore ad
hanc rem opus est; quoniā qui egregium aliquod faci-
nus aggreditur; plurimorum oculis expositus; aut pro-
speram, si vicerit; aut aduersam, si succubuerit, fortunam
experitur. Id quod in cassa est, vt in viros fortissimos eu-
dant; quemadmodum in varijs conflictib. cognoscere po-
tuimus. Etenim post Amurathis tēpora, qui primus Ianiza-
roru ordines instituit, nunquā eos acie integrā pugnantes
fuisse

Exarcolæ.

fuisse fugatos inuenimus. Deniq; Ianizari Præpositi vnum
 habent; quo cñ sub vno & eodem papilione versantes, officia
 inter se distribuunt. Nā nonnulli coquim; alij verò tengē-
 di ac colligēdi Papilionis curā habeant. Sunt etiā qui ipsi
 Papilionis custodiæ præsumi; sicq; summa in concordia quie-
 tissimè viaunt. Deinde centeni quinq; ac milleni suis præ-
 fectis parent; quo usq; tandem ad ducē vnum omnīs supre-
 mū ac supremæ autoritatis deueniant; quē ipsi Agā appellāt.
 Aga.
 Ia super ex omnib; Ianizaris ducenti, ceteris & corpo-
 re proceriores, & sagittandi arte peritiores eliguntur; qui
 densis arcub; ac sagittis neruo apicatis equitantiē principē Solachū
 circundant; Solachū iij nominantur: Sagēlis aliquanto, quā
 reliqui Ianizari, breviorib; vtuntur; pileos albōs in formā
 pyramidalē oblongos in capite gestant; quorū summitatib;
 cristulas aliquas plerunq; affigunt. Neq; aliud omnino hic
 Ianizarorum ordo est, quā Mæcedonica phalanx: qua to-
 tum Orientem Alexander Magnus debellavit: Videntur
 jam Turcæ, quemadmodum Imperium Mædonici occu-
 patores sunt; ita & militaris disciplinæ ab antiquis Mæ-
 doniæ regib; institutæ imitatores esse: quanquā in quibus-
 dā à Mædonib; differant. Mædones enim longis lance-
 is, lorica, galea, & parma ferrea vtebantur: quæ quidē par-
 ma ab humeris pendebat: vt quoties ense cominus pugnā-
 dū erat, ipsā arripere facile valerent. His igitur equitum ac
 peditū generibus principis Porta concéditur, quæ (vt su-
 perius dictum est) semifugatis sē pius inter pugnandū ex-
 exercitib; opē terens, nobilissimis potitur vietorijs. Omnes
 autē alij equiū Ordines sub Bellerbeis sunt. Bellerbeius vñ
 rō idiomate Turcico Principē principi sonat. Sunt iij nume-
 ro duo, totius equitatus præcipuiduces. Imperat Saniacis,
 qui quidē praincipiarū præfeti sunt, ob eximiā aliquā vir-
 turē ad id munera assumsi. Alter autē ipsorum Bellerbeiorū
 in Natolia moratur, atq; orbem Galatiz Cuthelam diem
 inhabitat: Alter verò in Romania versatur, ac Sophiā Ser-
 uiꝝ ciuitatē incolit. Porro vterq; plurimos sub se Saniacas
 cōtinet: qui Saniacarus licet sub Baiaz te non nisi duo
 de quinq;

quinquaginta essent; nihilominus aucto postea per Selim
 um ac Solimannum Imperio etiam eorum numerus au-
 sapasij Ti-
 moriotes. etus est. Sub Saniaeis Subasij ac Timoriotes sunt; qui pro
 numero villarum & locorum, quos possident, equites ale-
 re, ac singulis pro stipendio tria millia asprorum (quæ
 summa Turcicæ monetæ sexaginta Ducatos efficit) annu-
 atim exhibere tenentur. Si quis autem ex ipsis equitibus
 arma atque equum ei traditum non recè curat, statim ex e-
 quitum numero expungitur. Cæterum Bellerbeij, quo-
 ties princeps iubet, sexaginta millia equitum & eo amplius
 paucissimis diebus congregantur. Et Natoliæ quidem
 equites pulcherrima scuta, lanceas, arcus, secures ac Cimi-
 tarras ferunt: Romaniæ verò lanceis & scutis more Al-
 banensium, sed paucissimis arcubus viuntur; atque iij sanè
 Natoliæ equitibus robustiores sunt; licet illi meliores ac
 robustiores equos habeant. Omnes autem eodem modo
 Turbantis siue caputijs (ut ita eos vocem) acuminatis ex
 pellibus, vel ex qualibet alia materia (ut vnicuique magis ar-
 rideret) confectis, capita teguntur. Sunt prætereat quidam alij
 ex Turcica natione; quibus Clîm ab Ottomannicis prin-
 cipibus agri varijs victorijs acquisiti, pro singulorum me-
 ritis sic distributi sunt: ut unusquisque pro singulo terræ iu-
 gero, quod accepit, equitem unum, aut duos pedites,
 quoties maiora instant bella, exhibere principi teneatur:
 ij vocantur Mosellini; ex quibus nonnunquam plus quam
 sex millia equitum ac peditum magnus numerus in vnum
 coit. Sed neque rei bellicæ periria, neque viribus admodum
 valent. Habet iij quosdam veluti censores à Principe
 constitutos; qui, prouincias omnes Turcicas circumuen-
 tes, huiusmodi agrorum possessiones agnoscent, ac seue-
 rè iudicent. Cæteri omnes Turcici exercitus equites, for-
 tunæ equites sunt, absque certo Stipendio militantes, ap-
 pellanturque Alcanzi. Et quidem natura ipsa maximi & cru-
 delissimi latrones sunt; pangosi incedunt, ac pileis pelli-
 ceis capita obtregunt: Militiam non nisi spe prædæ exer-
 cent. Cum aliquò eundum est, itinere vnius diei aut duo-
 rum,

Mosellini.

Alcanzi.

rum, reliquum exercitum præcedunt; igne ferroq; omnis
 deuastantes. Non unquam numerum triginta millium
 excedunt; quibus omnibus dux vnuis militari prudentia
 præditus præficitur. Enim uero ex hoc ordine extitere ij,
 qui anno superiore Solimanno Viennam oppugnante
 trans urbem progressi; regionem Lincio adiacentem me-
 morabili clade affecerunt; miseriq; senibus crudeliter
 interfici, ac locis igne consumtis, quam plurimos capti-
 uos abdixerunt. Inter hos Alcanzos plurimi Marte-
 lossi, Vallachi, & Tartari inhumanissimi alioqui homines
 militant. Est adhuc genus militum, qui Asapi vocantur: Asapi,
 sed ij pedites sunt; quos prouinciae ac Turcicæ ciuitates
 iubente Principe ad bellum mittunt: ac singulis tres au-
 reos coronatos in singulorum mensium stipendum exhi-
 bent. Suntq; ferè omnes sagittarij. Verum genus hoc
 ignavum atq; inerme est, ac bellis parum aptum. Vnde
 etiam ipse Princeps, quoties navale bellum parat, ijs re-
 migum loco uitetur. In terrestri autem bello ipsos earuope-
 raru vice habet; quibus (vt superius diximus) nostri exerci-
 tus in excauandis & supplendis fossis, atq; alijs huiuscen-
 modi ad bellum necessarijs exequendis vtuntur; quemad-
 modum eos Rhodi ac Viennæ habitos esse constat; adeoq;
 Imperator istorum salutem parum curat; vt saepe fossas
 oppidorum, quæ oppugnat, ipsorum corporibus imple-
 at; quo facilius aditum ad loca expugnanda Ianizaris,
 paret. Duce nihilominus bellandi peritia insignem sem-
 per habent. Ceterum Visiri Bassæ Imperatori à consilijs
 sunt: cum quibus de negotijs omnibus, tam ad pacem,
 quam ad bellum pertinentibus, agit. Sunt autem nume-
 ro tres, aut ad summum quatuor. Nunc, vt res habent,
 tres tantum esse dicuntur; nimirum Hebraimus, Ajax &
 Cassimus; ex eorum & ipsi ordine, quibus Christus ab-
 iuratus est. Ii verò vt summam autoritatem, sic infinitas
 diuitias habent. Sed huiusmodi eorum potentia in-
 uidiae oppugnatione non carens, multis periculis exposi-
 ta est. Nam pro Principis libitu saepe etiam strangulantur.

Sic enim Acomathes Gendich Baizetis; sic Mustapha & Ianus Selimi; sic Faracates huius Solymanni iusti periére. Aliquando dignitatibus priuantur; vt Pyrro ante hosce non ira multos annos euenit: qui nunc senio confectus, in villa quadam Principe concedente priuatam vitam viuit. Verum quod ad bella attinet, expeditiones Bellerbeis committuntur, qui s̄apenumero vno & eodem tempore etiam Visiri, id est, consiliarij sunt. Sicuti Hebraim us Vngarico bello contra Ludouicum regem, & Bellerbeius, & Visirus erat. Idem erat & Sinanus Eunuchus, qui sub Selimo in conflictu Mattareæ habito interfecus occubuit.

Linguarum variarum vsus in aula Turcica.

Porrò in Principis aula variatum linguarum vsus est; quarum tamen omnium cognitionem omnes ferè saltem aliquo vscq; habent; quemadmodum etiam in tuæ Maiestatis aula Gallicè, Hispаниcè, Germanicè, atq; Italicè loquuntur. Enim uero lingua Turcica, qua imperator ipse levitur, primum sibi vendicat locum. Arabica secundum, qua Turcarum lex (Alcoranum vocant) conscripta est: & in vniuersum Turcæ literis seu characteribus Arabicis inscribendo vtuntur. Tertium locum Sclauonica occupat: qua(quia latissime patet) Ianizari loquuntur. Græca quartum locum habet: ea verò Constantiopolitani ac rotius Græciæ vrbiū ciues vtuntur. Verum

Militaris disciplinæ obseruatio.

enim uero Turcæ disciplinam militarem tanta & iusticia & severitate exercent; vt veteres Græcos ac Romanos facile superent. Nulla vñquam inter eos pugna exauditur; propterea quod vel minimum etiam delictum capite videatur. Tribus vero de causis Turcæ, quam milites nostri, meliores sunt: Prima est, quia promptè obediunt imperantibus: quod inter nostros raro fit: Secunda, quia nullum, quamvis manifestum vitæ discrimen in pugna subterfugiunt; temeraria quadam opinione sibi persuadentes, vnicuiq; quomodo & qāndo mori debeat, esse cōstitutum: Tertia, quia absq; pane & absq; vino diu viuere possunt, oriza & aqua contenti: S̄apenumero etiam & quo animo carent carnibus, Quod si contingat eos orizam quoq;

quocq; minimè habere; Salitis carnibus minuatis contritis, ac velut in puluerem redactis, utuntur. Nam eiusmodi pulueres in quibusdam sacculis secum ferunt; cùm opus est, immixta calida aqua dissolutos eibunt, atque inde nutriuntur. Præterea soliti sunt, præseriū cum nimia fame laboratur, equos phlebotomare, atque eorum sanguine vitam propriam alere. Quin etiam equis carnibus non inuiti vescuntur. Deniq; multò commodius omnem inopiam ferunt, quam nostri homines; qui nunc etiam in castris plura fercula expetunt. Vnde tu^z Majestati nihil difficultius in pertractando hoc bello se offeret: quam vt ratio conducendorum commeatuum constet; præcipue panis ac vini; quas tamen duas res Romani veteres non admodum curabant, contenti videlicet aqua, & frumento contaso, atq; in lebetibus cocto; quod illis ordinario iure exhibebatur. Quòd si pane vel cendrum erat, quasdam conficiebant placetas; quas vel sub cineribus, vel sub testis quibusdam ferreis in hoc super enribus post legiones conductis, coquebant. Etenim illud nobis persuadeamus oportet; si hosti obuiam eundū erit; Turcas in itinere non permisuros, vt aliquid commatus in nostra castra deferatur. Nam equorum multitudo maxima occupant spacia, atque iter ad castra circum quaq; impediunt. Neq; huic difficultati ylla ratione occuri potest; nisi vt unusquisq; miles, quæ ad sustentandam vitam necessaria sunt, secum ferat; utputa saceulos farinæ plenos, aut paues rectoclos, aut alimenta alia huiusmodi. Ad hæc illud obseruandū, vt legiones in acie dispositæ, ac leuioribus machinis æreis circumdatæ semper incedant; neq; impedimentis pluribus onerentur. Enim uero si Dominus noster Iesus Christus id gratiæ tuæ Majestati cōcesserit; vt Christianos milites Ianizaris opponat; procul dubio certissimā adipiscetur victoriam. Et fortissime quidem Germanoru^m peditū legiones primum educendæ erūt, vt sustinere, ac dēmū etiā reiwcere Turcicos equites pos-

Militum
nostrorum
intempe-
rantia.

Expeditiō
in Turcas
quomodo
suscipienda.

quo usqtandem ad pedites penetrare liceat. Turcicus autem peditatus, quamuis fortissimus sit: nunquam tamen Germanis lancearijs, presertim Boemis, Hispanis atque Italij Scopetarijs, (ut vocant) adiutis par erit. Quod si Ianizari in fugam verterentur; iam æreis machinis impedimentisqz, atqe adeò castrorum hostilium omni apparatu potiri fas esset. Neqz admodum referret, etiam si omnes equites incolumes euaderent: quando experientia ipsa iam constat, Ianizaros Turcicarum virium neruos esse. In huiusmodi autem euentu etiam Christiani equites, licet pauci commode satis in hostem ferri possent; sic tam è ut à nostro peditatu non longius abirent, ne ab hostibus circumcludi contingeret. Nam cum tam leuis armaturæ, quam cataphracti equites optimè armati sint: Securè hostes insequi, ac se subinde ad peditatum recipere valerent. Neqz id inutile fuerit, si extremi peditum ordines clypeis ac parmis vtantur; quo antequam cominus in pugnam descendant, sagittas excipere absqz nocumento possint. Tanta enim sagittarum veluti grando erit; ut quamplurimi vel armorum vel aliarum rerum tegumenta desideraturi sint. Nec sanè olim M. Antonius sagittarijs Parthis aliter, quam militum capita clypeis tegendo, restitit. Quin & posteriores Romani contra Gothos & Hunnos, qui omnes ferè sagittarij erant, testudinem clypeis itidem confidentes, quam citissimè poterant, in hostem concurabant; quia cominus pugnantes, facilius multò victoriā consequerantur. Summa est, ut Deum Opt. Max. enixè precemur; ne bellum posteaquam inceptum fuerit, protrahatur; sed facultas illicè configendi nobis detur. Etenim! Turcæ, si bellum protrahendum foret, ob equorum multitudinem, ac patientiam militum, innumerarqz pecuniarum myriadas, facile tandem superiores evadere possent. Sed si statim configatur, verisimile est, peditatum nostrorum nobis victoriā paritum. Et quoniam, si huiusmodi conflictu decernendum esset, alea rotius orbis imperij iaceretur: necessarium iudicauerim, ut maxi-

Pugnæ pro-
tractio ca-
uenda.

maximus rerum omnium militarium apparatus fieret; quemadmodum ab ijs, qui sibi timent, fieri consuevit: contemptis nonnullorum vanis atq; inutilibus verbis, qui Turcas, antequam periculum faciant, nihil faciunt: quo, vbi bellum incepit fuerit, adeò nobis omnia bene disposita sint; vt non tantum virtute, armis, ordine, machinis æreis, atq; alijs huius generis rebus, Turcis non cedamus: sed ne numero quidem militum multò illis interiores simus. Cæterùm nonnulli sunt, qui existimant Turcam, si ipse aut Austriam aut Italiam inuaderet, in fugam verti facilius posse; quam si Christiani in Turcicas prouincias prouecti, eò loci ipsum adorirentur; vbi post longorum itinerum labores, etiam commeatus inopiam sustinere fortassis cogerentur. Et hæc quidem opinio forsitan aberraret à scopo; si principes Christiani ita vnanimes essent; vt ad primum ipsius Turcæ aduentus rumorem, validas ad resistendum vires in unum colligerent. Sed sperare vix possumus hoc futurum. Nam nullus unquam sibi persuadebit Turcam aduentare; quo usq; tandem adeò propinquus extiterit; vt omnis ad resistendum apparatus serus ac frustaneus futurus sit; quemadmodum in Rhodia, Bélgradensi ac Budensi expeditionibus contigit. Qua de causa qui rei bellicæ peritiores sunt arbitrantur; certius ac securius in inferendo hostibus, quam in excipiendo ab eisdem bello, victoram consistere posse. Bellum enim, quod nobis infertur ab alijs, vt periculosissimum est; ita Deus summopere orandos, ne huiusmodi nos inuoluat. Porro quo tempore de suscipienda in Turcæ expeditione plurimus sub Leone papa X. sermo erat, Ducecum quorundam primi nominis iudicium fuit; vt ea non nisi valida ac triplex susciperetur: nimis in hunc modum: vt Maximilianus Cæsar, Germaniæ, Vngariæ, Boemiarum ac Poloniæ viribus comitatus, Seruam versus secundum Danubium iret: Franciscus verò Francorum Rex ingenti exercitu ex quacunq; ad bellum disposita nationes conscripto, ex Apulia in Epirum traijceret; ac fauore po-

N.B.

Certior in
inferendo
quam exci-
piendo bel-
lo victoria.

populorum illorum, qui Turcis alioqui infensissimi sunt, adiutus, progrederetur, quod bona fortuna iter ostendisset: Rex autem Angliae Lusitanis ac totius Hispaniae viribus, nec non Venetorum triremibus adiutus, Helle-spontum versus nauigaret; castellisque quos Cardanellos vocant, expugnatis rectâ Constantinopolim petere. Futurum enim arbitrabantur si res Turcica, vel in vnum tantum istorum trium laterum debilitaretur, ut Christiani postea victoriam integrâ adipisci facile valerent. Sed quemadmodum summæ difficultatis erat, Christianorum vires omnes, ac peculiariter etiam potentes Principes in vnum colligere: Sic Dei voluntate est actum ut omnia tunc in nihilum redigerentur; quod huiusmodi debellandorum Turcarum occasio tranquillioribus temporibus, adeoque tuæ Maiestati iam adulteræ seruata, eam ad summum fastigium veræ gloriae, ut suis innumeris virtutibus meretur, extolleret.

Porrò quod

Turcici imperij pruentus, ad Imperij Turcici solidos prouentus attinet: Imperator ipse, connumeratis cum prioribus suis etiam Sultani regni redditibus, sexages centena millia aureorum singulis annis habet: ex quibus quinques & quadragies centena millia expendit: nihilominus quoties ei belli tempore populos censere libet, ex quavis vel minima summa census extraordinariè imposita, pecunias innumerabiles corradit: adeò ut quod ad ærarium pertinet, ex bellis potius lucretur, quam in damno sit. Preterea plus gemmarum ac thesaurorum solus possidet: quam cæteri omnes orbis principes simul possideant. Adhæc tantam ærarium machinrum, ac rerum ad illas pertinentium copiam, tantumque papilionum, armorum, nauium, ac triremum apparatus habet: ut quislibet, qui pauperiem nostram aliquò usque nōrit facile iudicet: cum pluribus simul principibus uno & eodem tempore bellum inferre posse. Et sane quemadmodum Tua Maiestas pluribus regnis præst, quam aliquis un-

quam

quam occidentalis præfuerit Imperator: ita Solimanus potentia imperijq[ue] amplitudine reges exteris omnes, de quibus historiæ meminerint, sine controuersia superat. Quò sit, ut multi existimant, velle iam D E V M orbem vniuersum in veterem Monarchiam redigere; ut Maiestatem tuam vnica victoria, tam re, quam nomine, Cæsarem Augustum constituat.



IOHANNIS LAVTER= BACHII IN NOSCOVVITZ Iurisconsulti

DE BELLO CONTRA Turcas suscipiendo

Commentatio,

 Mnium sub sole rerum, quæ tam iucunditatis quam utilitatis nomine solent homines atscere, pace nihil præclarius est & amabilius: & ideo cùm belli tempus incidit, bonus ciuis: virque Christianus arma quietis recuperandæ causa debet induere; vt nunc à Turcico Tyranno bellum pijs gentibus impendet longè grauissimum. Is enim contra ius gentium ruptis inducijs legitimè pacis, per duces suos Vngariæ fines depopulatus est; & castris aliquot in deditione per trahitis, dāno & mero. re Christia-

Christianos incolas affecit incredibili; cunctis illi se opponentibus extrema minitans: ac præterea nihil aliud habens in animo: quām vt improuisò limitaneis præsidij deiecit, reliquias eius regni domet, suiq iuris faciat: quō ad Imperium Germanicum odijs intestinis & religionum confusione laborans aditum sibi patet faciat. Ac sanè si quis Turcicæ gentis victorias contra Christianos & barbaros tribus iam seculis continuatas habeat ante oculos: quin coherrelcat, metumq concipiatur gentem fieri non potest. Ex omnibus enim principatibus mundanis, quorum ab orbe condito potest haberi noticia, regnum Turcicum propter summam felicitatem & infinitam potentiam in considerationem præcipuam venire debet. Quis autem gloriam triumphosq nationis eiusdem perpendens, non affirmet, disciplinam militarem, obedientiam, fortunamq populi Romani, post illius Reipublicæ declinationem, fato quodam eò translatam; ac Turcas in exercitio illo fortunatæ militiæ perpetuò ad id ascendisse fastigij; vt inuincibiles quodammodo appareant: cùm non tantum multitudine superent: sed principem suum ex Othomannica stirpe ceu numen quoddam reuereantur: & ad illius nutum pugnas ineant, mortemq libenter oppellant? Cæterorum verò principum subiti licet bellum tempore necessitatis ingrediantur: tamen eo finito vita priuatæ redduntur: & opera bellica stipendio deficiente ferè dediscunt. Ac successoi quidem stupendo Othomanorum viam stravit infelix Græcorum discordia: cùm ea tempestate Turcæ inermes & rapto viuentes, mercenariam quandoq militiam sectarentur; suis alioquin contenti sedibus; quas largitione vicinorum in Asia interiore fuerant adepti. Qui verò inde fuerint eorum progressus: & quomodo populis omnibus bella mouendo magnam orbis habitati partem sibi subiecerint; meritò sapientes omnes fuerunt admirati. Ac publicè prodesset, gentibus Europæis res eorum magis esse cognitas: cùm maior frustus e presentibus rebus, quām ex euentuum veterum consideratione

sideratione capiatur. Ita mea sententia fieret, ut quanto magis vires hostium fidei indies auctæ sunt haec tenus: quantoq; magis impij prophetæ sectam Turcæ student adhuc amplificare: tanto quoq; maturius & ardentius Christiani principes de remedio cogitarent: iugumq; seruitutis miserrimæ à ceruicibus adhærentium Christo populum coniunctis armis auertere niterentur. Eam tamen curam promoueret haud dubie seculorum quoq; priorum memoria. Antequam enim Turcarum nomen esset in Oriente cognitum: gens Agarena, postea Saracenica dicta, Mahometi deliria primitus amplexa; ex multarum barbarissimarum gentium colluvie sumens incrementa; eas sibi vires comparauit: ut maximam & nobilissimam orbis terrarum partem bello sit adorta. Mox enim ab obitu blasphemii legislatoris, cui post victoriam Heraclij Imperatoris de Persis illius gentis opera consecutam, ob stipendij denegationem se adiunxerat: anno videlicet Christi 620. urbe Hierosolymorum vastauit, Syriaque deprædata, Phœniciam & Ægyptum suo dominio subiecit. Securis vero annis, non Asiam tantum & Africæ partem depopulata est: sed innumeris exercitibus Europæ quoque prouincias inuadens: terra mariq; crebras de illis victorias est adepta; donec ab Imperio Romano, iam tum à populis quoq; Septentrionalibus multipliciter deformato & attrito, planè descisceret; regno sibi peculiari constituto. Mox Africa reliqua subiugata, Rhodum occupauit: spoliavitq; Siciliam: Exarchi Olympij classe sedē dissipata. Ac licet aliquando fuerint inter Imperatores Romanos & Saracenos induciae, tamen armis assueta gens, pactis diu non stetit; sed negato tributo se rursus in libertatem vindicauit: ac pluribus de Græcis Latinisque partis victorijs, Romani nominis dignitatem penè extinxit. Idem Saraceni cùm ab obsidione Constantinopolis fame, peste & tempestatibus miraculose depulsi, ad nihilum ferè redacti viderentur: resumis viribus circa annum salutiferi partus 714. à Libya in Hispaniam classe

transuerūt, Bæthicam & Lusitaniam vastatam reddiderunt: cum Burdegalam urbem Galliae vi capram solo exquirunt: mox Nemaustum, Narbonam, & Auenionem desolarunt: Pictones quoq[ue] crebris incursionibus fatigantes: vbi à Carolo Martello repressi, nec tamen à bellis diu feriati: exercitu reparato, Franciam denuò ingressi: à Carolo Magno, cui Luitprandus Longobardorum rex cōpias iuxerat, memorabili clade deuicti: in Hispanias retrocesserunt: ibique à Carolo victoriam persequente, irerom prostrati, Bæthicam tamen multis seculis obtinuerunt. Ex altera verò parte Mahometani principes, Christianos in Asia, Græcia & Italia, lacescere nunquam ferè destituerunt: tandemque Nicephorum Augustum conditionibus iniquissimis sibi tributarium fecerunt. Tum Creta, Corsica, & Sardinia capta, ac Sicilia rursum dispoliata, in Italiam vela dederunt: urbeque Roma expilata, in Hetturiam penetrarunt: per Sclauoniam & Dalmatiā ferro ignique paulò pōst eodem modo grassantes: Tum sinum Adriaticum emensi, Anconam bonis & habitatoribus nudatam incenderunt: nec à cædibus ulterioribus abstinuerunt: nisi à Ludouico & Lothario regibus, qui Normannos infidelibus obiecerant, cruentis aliquot prælijs reiecli fuissent. Demum copijs instauratis, Persis quoque bellum intulerunt: hi ad societatem periculi Turcas vel Turcomanos à Tartaris ortum trahentes, & ad Caucasum montem tunc incolentes, inuitarunt: qui Saracenos continentibus irruptionibus è Perside, vbi bona cum pace incolarum interim confederant, ita depresso: ut cūm demum inter se dissiderent; & imperium summi Caliphæ respuerent: eorum régnum in illis Orientis partibus, spreta opportone Persarum societate, sibi vindicauerint: ad illorum tamen superstitionem viōissim transferint: nomine posthac vtiusque gentis confuso: sic ut cum eiusdem pestiferæ persuasionis cultoribus & asseclis barbariss. Christianis adhuc decertandum sit. Posteacladem reliquæ

liquiā Saracenorum; ex Italia & Sicilia à Latinis quoque profligatae sunt. Cum verò nihilominus Africam detinerent: classibus instruictissimis appulsi: Calabriam & Apuliam non semel infestarunt; sed cum alijs in locis, tūm prope Minturnas ad Lirim flūium, virtute Othonum Imperatorum Germanicorum concisi: Italiae mediterranea rursus deseruere: paulò tamen post Genuam improuisò captam diripuerunt. Cumque securis temporibus ex fœdere cum Imperatoribus Orientis, qui Germanis axioma illud Imperij inuidebant, multisque modis nocebant, Italianam repeterent: Henricus Secundus Imperator Capuam illis ademit: eosque omni Italia rursus expulit. Ita tamen frangi nunquam potuerunt: quin maria omnia Christianis redderent intesta: & passim latrocivando clades Europæ continentes inferrent. Ut igitur tot à Saracenis & Turcis acceptæ clades semel vindicarentur: Principes in Europa, cùm rei indignitate permoti: tūm Papæ Urbani in concilio Claremontensi oratione excitati: collecto cruce signatorum & voluntarium exercitu firmissimo: expeditionem illam famosam in Asiam, bellumque Sacrum contra gentes infideles Anno salutis 1096. suscepérunt: ac dederunt illi militiæ nomina ab extremis orbis insulis viri fortes clarique bello duces magno numero: ductisque in hostium itinere terrestri copijs, & exercitu barbarorū numerosissimo: cui Solimanus Turcicæ stirpis Tetrarcha præterat: ad Nicæam superato: viam sibi in Syriam & Palæstinam aperuerunt. Terræq; sanctæ regnum plenæ gloria, Mahometanis Turcis, qui sopra quadraginta annosib; dominati fuerant, expulsi: in Christianos transtulerunt; quod & à primo Rege Godefrido Bilonæo, qui in muros Hierosolymitanos prior evaserat, vsque ad Guidonem Lusignanū, quē cum Reimundo Tripolitanio Comité contendentem, Saladinus acie viçtum cœpit: per annos octoginta octo habuerunt in potestate. Tripolimi Tyrum, & Sidonem verò, quæ supererant demum anno Chrīti 1290, id est, centum agnis post vrbis primariæ amissio-

missionem perdiderunt: cum interim multi Imperatores, reges, & principes ab Europa nauibus auxiliares copias adduxissent. Inter hos eminuit Fridericus II. Imperator: qui denuo captis Hierosolymis, Christianis pacem dedit: sed scelestis artibus Romani Pontificis retractus, sua defendere necesse habuit.

Anno denique salutis humanae

1301. Othomannus Turca rapinis in Asia ditatus, tantum roboris acquisitum: ut Tartarorum, qui in Asia & Europa Moscouiam versus longe lateque per aliquot annos imperauerant, iugo excusso: & reliquis proceribus Turcicis oppressis, bonam Bithyniae partem, multasque vrbes ad Euxinum Pontum domuerit; & nomen regium primus usurparit. Cuius filius Orchanes, patre vita funto, in idem solium collocatus: Gracis proceribus de Imperio fatali insania concertantibus, deinde Brusiam Bithyniae caput; Nicæam, & Nicomediam vi cepit: à Scythis Tartaris demum, ut arbitrantur, occisus. Hoc progenitus Amurathes, perfidia Genuensium mercatorum primus Helle-spontum traiiciens: prætextu foederis cum Imperatore Graco, Gallipolin & Adriane polin occupauit: cumque Seruiam & Bulgariam viris principibus occisis inuassisset: in Mysia superiore à seruo quodam Lazari Despotæ domini cædem vlciscente, pugione confossus interiit. Quem secutus Báiazethes, regem Bulgarorum vires recolligentem prælio victum interfecit: & post euastatam Croatiam, Sclauoniam, Albaniam & VValachiam, soluens ostennalem Byzantij obsidionem; Christianos ad Nicopolin sudit: Sigismundo Vngariæ rege, qui postea fuit Romanus Imperator, fuga vix elapsus. Sed à Tamerlane Scythico rege, quem Constantinopolitanus Imperator urbe denuo cincta, rebus suis diffissus euocauerat: prope montem Seliam in acie captus: cauea, qua per ludibrium à viatore circumducebatur, miserè vitam finiit. Post hunc regnum Turciæ Celebinus vel Calepinus obtinuit in Thracia: qui nulla re memorabil contra Christianos edita, à fratre Mahomete sublatus est. Is Mahometes VValachia, par-teque

teq; Sclauoniae hostiliter peragrata; sedem regiam à Brusia cum totius Europæ terrore transtulit Adrianopolin; omni Thracia subiugata: & Sigismundum Vngariae regem cum illo iterum congregati ausum, in fugam coniecit: hinc Macedoniam dñmuit: & vsq; ad mare Ionium, regni limite prolatō, vita decessit. Amurathes alter, regni æmulo Mustapha de bellato, Seruiam depopulatur: vbi viator in filios Georgij Despotæ sœuigit: ac urbem Thessalonicā postea Venetis eripuit: sed ab obsidione Belgradi à Iohanne Hunniade magna suorum cæde repulsus, semelq; à Ladislao Vngariæ rege superatus, pacem facere coactus est. Hanc postquam rex Vngarus à Papa Eugenio persuasus irritam fecisset: ad Varnam cæsus Amurathi victoriam reliquit: qui Isthmum, deinde Corinthiacum destruxit: & Peloponnesum populabundus ingressus: mox cum Polonis & Vngaris varia fortuna conflixit. Cum vero demum Croiam à Scanderbego egregiè munitam, multis barbarorum millibus amissis, frustra oppugnasset: morbo ex animi dolore contracto consumptus; locum dedit Mahometi secundo. Is bellum contra Scanderbegum initio parum quoq; secundo eventu persecutus est: eum tamen postea regno patrio decedere coegit: Athenas inde diruit: & Constantinopolin circumseßam Imperatore Constantino Palæologo interempto, subegit: nihilq; in ea urbe ad inauditam crudelitatem reliqui fecit, toto illo regno nullo deinde negotio sub iugum missio. Corinthum postea, Trapezontem, imperatoriam quoq; sedem Mytilenas, cum suo dominio coniunxit; Syrios item & Ægyptios aliquot prælijs afflixit: aduersus Persas, Vngaros & Epirotas non adeo felix. Post hæc Chalcidem in Eubœa occupauit: crebrisq; Dalmatas vexauit excursionibus: quas clades Vsumcasianes in Oriente est vltus. Matthias etiam rex Vngariae furores Mahometis fortunatè repressit: qui Capham Pontici maris emporium olim Theodosiam diadem proditione cepit: & classe versus Italiam missa, Hydruntum tandem expugnauit: nec diu post rebus humanis

exemus est. Successor eius alter Baizethes initio principatus aduersa fortuna cum Christianis certauit. Eius quoq[ue] etate regnum Saracenorum in Bæthica à Ferdinandō rege Hispaniæ destructum: & Matihas Vngarus alteram victoriam contra Turcas uictus formidabilior illis esse cœpit. Sed Veneti multas vrbes Peloponnesi cum insulis aliquot perdiderunt: cum quorum trepidatione maxima Foroium Turcicus equitatus peruastat. Hispani verò trans Gades portus quosdam cum nonnullis urbibus Mauritaniæ redegerunt in potestatem: ac Baizethes veneno à Selymo filio per Iudeum quendam subministrato, vita priuatus est. Selymus rerum potitus Ismaelem Persarum regem in campis Calderanis vincit: Aladulum Cappadociæ dominum debellat: tum signis in Ægyptum conuertis, regnum seruile Mamalucorum destruit & abolet: quo tempore Carolus Hispaniarum rex Maranos, Saracenorū in Granata reliquias internecione deler: ac Selymus parricida vitam cum morte non diu post commutat. In eius locum inaugurus filius Solymannus; Albam Græcam, Belgradum quoque vocatam, fortissimum Vngariæ & regionum vicinarum propugnaculum, cum multis alijs castris expugnat: Rhodum accipit in deditioñem: Ludouicum Vngariæ regem prope Mohaz acie deuincit: Budam diripit: Viennam Austriae frustra oppugnat: eamque repetens metu Caroli V. Imperatoris, cum firmissimis copijs pugnandi potestatem facientis retrocedit: cùm interim equites Rhodij Meliten insulam Saracenis extorsissent. Idem Carolus regnum Tunetes in Africa à Solimanno captum, regi suo restituit. Turca verò mouit in Persas: vbi exercitus eius propter successum rerum securus, Taurisij à Persis improvisò superuenientibus deletur. Deinde Solimannus impetum facit in Corcyreos: diripit etiam Xanthum & Cytheram: Æginam verò solo æquat: & aliquanto post Castellum bouum in Dalmatia cæsis præsidarijs sibi vindicat. Tum nomine tutelæ in Vngariam reversus; Budam, Pestum, & Strigoniū occupat: Quinque Eccles.

Ecclesiastis à fundamentis euerit; & Italiae littora triremibus infestat: sed à Persis denud vincitur: ac paucis annis quiete transactis, Vngaros iterum inuadit: Melites obsidionem verò multis suorum milibus desideratis, solvere cogitur: & post expugnationem arcis Zigelhi, in castris expirat. Selymus filius, exemplo maiorum vicinos carpens; Cyprum insulam Venetis eripuit: à confederatis autem nauali prælio longè maximo ad Echinadas viciissim superatus est. Et Ionia VValachus Cosacis Polonicis sibi coniunctis, cum Turcis multa secunda prælia fecit: sed ducis sui perfidia in extremas necessitates coniunctus: facta deditio ne crudeliter necatus est à præfecto: Selymi: qui Goleta in Africa per suos destructa, morte paulo post ablatus est. Hunc secutus Amurathes Tertius hodie res Turcicas administrat. Eo dominante, Lusitanæ rex Sebastianus, Fessano regi bellum mouit, sed infelix illius exitus Maurorum vires non esse contemnendas planum fecit. Amurathes autem cum Persis anceps bellum gerens, Christianos intralimites haetenus continuit: sed nuper cohortes expeditas emittens, magnam cladem vicinis Vngariæ tractibus intulit: cum persuasum illi esset, se Principe suo Carolo Archiduce orbatas gentes haud difficulter oppressurum. Ex qua retum per tria proxima secula ab Ottomannicis principibus hucusque gestarum delineatione, cuius existimoliqueere: Turcas Saracenis, in quorum locum subintrarunt, imperij proferendi audacia, Christianos extirpandi cupiditate, bellandi peritia, celeritate, & astutia mirabili, imò & cunctatione, ubi opus est, non absimiles esse: sic ut cum non minus feris, at multo ferocioribus & insolentioribus inimicis resistit. Cum verò nunc in eos bellum paretur: ac paucim delectus habeantur: diuersis interim rumoribus, ut in re non omnibus perspecta fieri assolet, sparsis: alijs quidem bene sperantibus: alijs hosti velut inuictiam, quounque modo cedendum, auroisque pacem redimen-

redimendam contenditibus: ad coafirmandos animos
 nostrorum tria diligentius esse videntur examinanda. Pri-
 mūm est, An pugnandum, & utrum Germanis sit hæc mi-
 litia lubeunda: Alterum, Quo cum hoste sit in certamen
 veniendum. Tertium, Quomodo belli tam difficultis ra-
 tiones administrandæ: vt prosper cœptis finis impona-
 tur. Primò ergo satis perspicuum viderur esse; naturam
 optimam magistrum sui conseruationem dicitare: ab hac
 omnia animantia vim vi repellere didicerunt: ex hoc fon-
 te hominibus quoq; ratione præditis, rām gentium, quām
 ciuile ius, arma in armatos sumere concessit. Tum vox
 cœlestis magistratui militiam indicenti iubet obtempera-
 re: Anabaptistæ eandem ex Euangeliō non rectè intelle-
 ctu detractantes, refutare necesse est. Cur enim pijs munia
 politica pro vocatione non obeant: cùm Ioseph editio
 Cæsaris Augusti mandantis, vt orbis totus describeretur,
 cum Mariamatre Domini lubens paruerit: & olim bellis
 interfuerint multi sancti viri? At cùm ad patriæ defensio-
 nem quilibet sit obligatus: præcipue tamen à vasallis præ-
 dia militaria possidentibus, iuxta formulam iuramenti fi-
 delitatis requiritur: vt dominum in bello adiuuent, ei que
 vel personaliter vel per substitutum seruant. Qui verò
 Principum Christianorum regimen propter onerum pu-
 blicorum grauitatem aut aliquam iniustitiam pertæsi, li-
 bidini animi eo usq; indulgent; vt impij regis arma præua-
 lere cupiant: ac, si oprio illis daretur, Turcæ imperium,
 inani specie libertatis cuiusdam fascinati, libentissi fer-
 rent: à vera pietate sunt alienissimi. Non enim tantum
 caritate vacant: & rerum præsentium cogitatione, à cura
 felicitatis æternæ, ad quam conditi sumus, abstrahuntur:
 ac sacris literis, quæ rectoribus, asperis licet & inimicis
 bus, obedire præcipiunt, re ipsa contradicunt: sed ciuili-
 ter quoq; pro deploratis & desertoribus, qui in exerciti-
 bus & hoste cinctis urbibus capite plectuntur; tum pro se-
 ditiosis ac periuris, in quos leges non minùs animadver-
 tunt, habendi sunt. Christo autem nihil commune cum

Belial.

Belial. Ac ut parentum natus aliquos solemus occultare: ita patriæ quoque vulnera tegenda: & gubernatorum vicia, quibus carere in tanta confusionem moleque rerum planè non possunt, & quo animo ferenda sunt: quia parum refert, qua via, quo hospitio videntes, ad cœlestem illam perpetuamque mansionem proficiscamur. Nec verò ullam libertatem corporis aut animi sibi somnient homines illi turbulenti & effrenes sub crudeli Domino, & inter sanguinarios Scythes: ubi religio facilimè amittitur: & Christiani non pro mancipijs, sed pecudum vel canum loco habentur. Fugiamus ergo idola toto pectore: nec ciuitatem sanctam prodamus: multò minus conscijs vel participes efficiamur immanium scelerum: quæ apud hostes fidei quotidie perpetrantur. Germanos autem qui huic expeditioni non adesse debere censem: ne videlicet patria bello non necessario implicetur: nescio quid superuacui timoris, qui raro consilium recipit, præ se ferunt: quod eares nihil videatur habere difficultatis. Cum enim Germania populosissima regio viros fortes ubique gignat & producat: hoc, à multis seculis indigenis fuit in more positum: ut virtutis exercenda causa militatum profecti stipendia facerent: qui ut & nunc optimo Imperatori Rudolpho II. qui simul rex est Vngariae, satis humaniter eos euocanti, ferant supprias, multis modis obligati sunt: præsertim non in uitio eorum principibus: ut olim quoque post receptam Palæstinam Romanos Imperatores, Conradum, Fridericum Primum, eius filium Henricum, & Fridericum Secundum ad bella transmarina contra Mahometanos in Asia, Syria, & Ægypto gesta Banari, Suevi, Saxones & Thuringi cum Principibus suis secuti esse leguntur: ac per multas ætates Francorum, qui in Galliam ex media Germania transeuntes, regnum sibi condiderant, nomen idem quod Christianum fuit: nec gentis tantum, sed religionis habitum: cum barbaros ab Europa frequenter arcerent. Ita terrestres exercitus Sigismundi, Caroli V. Ferdinandi, ac Maximiliani II. Imperatorum

Turcis oppositi, ex Imperio subditis Germanis ferè conflatii fuere; Taceo militem præsidiarium in confinijs Turcicis hodie quoq[ue] potissimum ex iuuentute Germanica constare. Supra dictis addo periculi grauissimi propinquitatem. Quæ enim Vngaris & Croatis oppressis, fortuna futura sit Austriz, Stiriz, Carinthia, Carniolæ: quas iam olim, cùm Baiazethis copiæ per Foroiulium in agrum Taruisinum penetrarent; cumq[ue]; Viennam Solimanus obfidence premeret; Turcici latrones populati sunt: satis apparet. Deinde ea est harum gentium necessitudo: ea finium permixtio: vt vni absq[ue] dispendijs alterius vis inferri non possit. Ac vt maximè non esset: pietatis tamen officium postulat: vt Pannonijs auxilio veniant in hoc discrimine Germani: ac excita pube sua Martia, in hostem pacis violatorem; à quo nihil æqui poterit impetrari: qui-que morte tristiora vincula, & ultima mala succumbentibus intentat: viribus & animis consociatis progrediantur: satiusq[ue] ducant, barbaros in sedibus suis affligere: quam plagam ab illis expectare: & nullum poste à vita diem metu vacuum trāsigere. Sic vt iam dubitationi de primo illo quæsitio nullus amplius locus relinquatur. Id vt appareat manifestiū: publicè omnibus existimo constare: iam à Pannonibus vicinisq[ue] gentibus, quibus Germani plurimi permixti, aleam esse iactam: ita quidem; vt non tam propulsandi bellum, quam barbaris inferendi illis animus sit. Ideo huic loco diutius immorari nihil attinet: ac potius adhortandi milites: vt occasione rei contra Turcas benè gerendæ subministrata, fortium virorum officio strenue fungantur: ne pœnitentia frustra lapsi temporis opportuni vñquam postea torqueantur: magno præsertim nunc hostibus incusso terrore: quorum sedecim ferè millia partim in acie prope Scissium castrum ab illis obsecsum cæsa sunt: partim in flumen vorticolum, facultate transeundi pontis adempta, ab equitum sclopétariorum globo fortiter impressionem faciente, turmatim protrusi & deieci: cùm armis insuper & equis impedirentur: miserè pierunt.

tierunt. Quæ fortuna plura alia barbarorum agmina in tribus conflictibus deinceps exceptit.

Iam verò ad hostis descriptionem secundo loco quod attinet: ante omnia Tyrannus ipse truculentissimus, magnus Turca, propter amplitudinem parti à maiori bus imperij vulgo nuncupatus: se nobis offert. Is postquam rex salutatus esset: ex instituto maiorum tyraunico quinque fratres egregios adolescentes, missis spiculatoribus interfici iussit: cum quibus duorum pellices aluum gestantes, adacto per utriusque ventrem gladio, sunt interemptæ; unum D a v m esse dicitans: nec plures uno Dominos orbi conuenire. Cuenq; rantis viribus & opibus, quantis hoc tempore nemo, subnixus esset: solo ferè nominis sui terrore haec tenuis fines Imperij tutatus est. Ac licet à Christianis plerisque, cum quibus in annos aliquot fecerat inducias, munieribus annuis placaretur: nonnulli etiam in veteri vel clientela vel amicitia permanerent: non semel tamen nefaria in eos fruendi consilia decreta fuerunt: quibus à Christianis fines quoque suos masculè defendantibus obuijam itum. Nil utique mirum: eum, qui terrarum Domini & extirpatoris fidei Christianæ titulo gloriatur, amicitia cum rege Persarum Othomannicæ potentiae amulo constituta, aperto bello nuper Austriacæ domini subiectas gentes imperivisse: cum tam lege Mahometica, quam iuramenti, quod in regni inauguratione præstitur, religione ad hoc sit obstrictus. Et cur diversæ sectæ Principibus regni causa parceret: qui sanguine cognato se propterea contaminare non dubitauit? Huic Tyranno, cuius imperium tot opima regna, totque nationes, lingua, cultu, moribus, religione diuersissimas complectitur; sunt à latere Purpurati, Bassæ, Vestrij: qui parentibus Christianis humili ferè loco nati: & à prædonib[us] vel piratis Turcicis propter facie liberalē, & corporis proportionem conuenientem, regi loco munieris oblati, vel etiā venditi, statim circumciduntur: & superstitione, cuius Mahometes autor est, imbuti,

annis aliquot in ministerijs aulæ vel gynæcci transactis: in Asiam deinde ad opus faciendum mittuntur: ubi laboribus indurati, bellicis studijs excentur: & militiæ Prætorianæ adscribuntur: demumq[ue] aliquo insigni edito facinore, beneficio sortis ad eam dignitatis excellentiam promoueri solent: ut Sultani filiæ vel sorores illis nubant: & opes Satraparum, imò Principum consequantur; cumq[ue] arcanorum omnium conscijs sint: consilijs ipsorum moles illa tota imperij gubernatur: summa tantum rerum Tyranno, cui honores prope diuinos exhibent, reseruata. Post hos sunt alij Bassæ minores, & Bellerbegi: qui propter fidem arduis rebus exploratam, prouincijs cum summa potestate præficiuntur: & locum tenentes repræsentant: homines expertissimi: Christianis etiam, à quibus tamen originem duxerunt, admodum infensi. Sunt & munierum publicorum apud illos nomina, Beg, Sangiach, Chiaus, Caddi, & plura alia: de quibus historiæ vulgares consulendæ. Ex eodem venalito puerorum Christianorum genere, sicut & ex illis, qui iam baptizati, tributi nomine à parentibus auferuntur: quæ servitutis species ipsa morte durior est & acerbior: agiliores & animosiores, zate: maturescenter, in phalangem illam Ianizerorum ab Amurathè Secundo institutam recipiuntur: habito accurato delectu. Hi parent Agæ summo Duci: & non tantum sunt regis stipatores: sed cùm numerus eorum crebris accessionibus valde sit auctus: robur omne militiæ barbaricæ in illis consistit. Non enim solummodo peditatus hostiles omni telorum genere, in quibus exercitatissimi sunt, profligant: sed equites quoq[ue] sclopetorum procellis longè arcent: & ad expugnationes oppidorum capitis tegumento firmissimo freti, accedunt audacissimè. Ad hunc modum suorum ferme dextris Christiani iugulantur: ac Turcarum nomen à multis annis, non gentis, sed sectæ cœpit esse: ad quam deficiunt quotidiè homines leues & nefarij: vel ob scelus quoddam domi perpetratum: vel propter inopiajn: vel deniq[ue] moti successibus infidelium;

lium; Christi fidem repudiantes. Nam quod ad Turcas originarios attinet; inculti sunt: & animis abiectis, ideoque sine Prætorianorum præsidio ad pugnas statarias cum gentibus Europæ inerti; sed equorum velocitate & commilitonum numero confisi: herba etiam, qua in furorem dicuntur agi, comesa: ac horribili clamore sublato, in hostem feruntur: manumque conferentibus cedendo ac circumvolitando; cedentibus verò instando, rem gerere soliti sunt: sic ut opinio sit, domi illos vinci posse, foris ægræ. Subsunt præterea Bellerbeio Asiarico vel Anatoliæ, & magistro equitum Romanæ in Europa, equitum Turcicorum, qui Spachi vocantur, cohortes numerum septuaginta millium complentes; qui ad quamlibet subitam expeditionem sunt in procinctu: & paucorum dierum spacio conteniunt. Post illos Asapi sunt equites armaturæ leuis, imperati prouincijs: quorum ad exploranda hostium consilia passimque incendijs & excursionibus deuastandos agros vsus est; homines crudeles & obscenæ. Ultra quos Tyrannus cogere potest ex omnibus regionibus pedites & equites infinitos, quibus à statibus regnum stipendia numerantur. Et quidem rapinis dedita gens, remissione census ordinarij impetrata, sua sponte castra sequitur: prædam stipendijs loco ducens. Ex illis autem solis milibus, qui perpetuo regis ære fruuntur, tantus conflari solet exercitus: ut cuiilibet hosti negotium facessat: ac uno exercitu deleto, aliud & quidem duplicatum Rex potest emittere: multisque myriadibus copias supplere. Thesauros etiam possidet à maioribus collectos: & ex redditibus, qui in ærarium statis vicibus deferruntur, stupendos & amplissimos: ad hæc vim pecuniarum cogere potest è cunctis regionibus tempore necessitatis ingentem. Abundat etiam multitudine tormentorum æcorum, & omni instrumento bellico: classes quoque viris, armis, annona, machinis potest instruere celeritate incredibili: adeo ut potentia Turcica omnem exceedat modum. Deinde commeatum expediendorum ra-

tio illi facilior est: nauibus, siquidem, curribus, mulis, asinis, camelis, & equis conueniuntur; sunt etiam Turcæ inedia patientissimi; & aqua sicut restinguant: ac pulueri indurata carnis bubula, quo sacculos impletos arcubus ephipitorum connectunt, sanguinem equinum, quem vena scalpellis eliciunt, vel aquam fontanam permiscent: eoq; pulte fami, tristi alioquia malo, resistunt. Consueuit præterea Turcicus Imperator per transtugas hostium consilia diligenter explorare: eaq; magnis itineribus anteuertere & elidere: è quorum perniciitate & suorum fretus industria: Duceq; suis præponit excellentes: quibus ita milites obtemperant: vt spe Paradisi, quod imaginantur, ad omnes casus opera illorum sit in promptu: maximè si pollicitatione muneris aut honoris ad aliquod facinus inflammentur. Pugnas autem temerè non committit: fortunæ, quæ in bellis plurimū potest, nunquam fidens: & castris egregiè munitis suos, vbi opus est, contuluet. Sæpe aumerò custodes arcium & urbium literis benigne scriptis demulcet: auro quoque strenuè se gerentium animos per internuncios astutè tentat: ac fugam simulans, insidijs ad hostem fallendum vafrè collocatis rem gerit. Cumq; regnum aliquod vel vi vel dolis in potestate tuam redigit: sicutiam in principum familias exerceat: incolas honoratores in aliam provinciam migrare iubet: ciuitates & castella præsidijs firmat: opere communis: populum tributis & exactionibus exhaustit: eidem quoq; armorum vsu interdicto. Ac vt spes defectionis fugaeq; tam captiuis quam nouis subditis omnis adimatur: eos ad opus diurnum faste compellit: nec fines egredi paritur: alios ad triremes ablegat: eaq; denum vtitur in cunctis asperitate: vt æ græ spiritum traheantes, vitam habeant pro suppicio: mortem loco solatiij. Si qui vero sacris Christianis ciurat, & animæ salute prodita, Mahumeticum dogma profiteri volunt: præmijs & honoribus afficiuntur: cæteri licet ad hoc vt Propheta faaxit, non semper adigantur: tamen illi contradicere: & blasphemias in Christum voces refutare, sub capitib; periculo prohibentur: cum in reliquis Christianorum

rum bellis, vbi certatur de finibus, gloria, aut imperio, tan-
tum principes vieti domna faciant: ac licet subditi populi
Dominum temporali mutent; omnia tamen loco pristino
maneant. Hac, quam dixi, gubernandi forma, hoc mili-
tia genere, sua non tantum barbarus defendit: sed regnum
sues serè quotannis adanget: tanta ad extremos orbis an-
gulos immodicæ potentiae fama sparsa: ut multæ gentes fa-
tali quodâ stupore perculsa, spē defensionis vñerioris ab-
iijciant. Id quam recte fiat, paucis inuestigare placet. Primū
enim Tyrannum, qui modo rerum potitur, constat esse vo-
luptuarium & libidinosum: ac ideo tam animo: quam cor-
pore imbecilliore. Et alias est obseruatum, in Othoman-
nidarum familia patri crudeli semper successisse filium man-
suetiorem. Deinde tam sancta potentissimi Regis persona
est in potestate Bassariorum: qui non tantum per vim ad hanc
haeresin translati: & à vera virtute propter seruilem condi-
tionem sunt alieni: fastu tantum barbarico tumentes: sed
sapientia quoq; civili destituuntur: quia literis non exculti:
& ab blandientis fortunæ munere ad hos apices elati.
Corporis custodes Ianizeri, serui quoq; sunt: eos, cū Chri-
stiani etiam fuerint, nullius amplius esse religionis: & hinc
fidei parum seruantes, existimare licet. Quocirca sape tu-
multibus maximis excitatis, discedunt à signis: & extraor-
dinarias regi donationes extorquent: iūdo Sultano vita
faneto, ad eum filium, quem illi recte præ futurum barbaris
arbitrantur, rerum summa transfertur: cateris è medio tri-
stem in modum sublatis. Robur illorum vero, si probè per-
pendatur, viros fortes perterrefacere non deber: quia serui
non prædicti sunt animi illa generosa libertate in homine
militari requisita: addo apud illos in opia esse armorū de-
fensuorum. Nā longa veste & ocreis indui, sine armatura,
pelliti non nunquam, pugnas ineunt: brevioribus hastis, acy-
nace sclopetis utentes: quibus Asiz quidē populos imbelle-
les in fugam conuertere: sed Germani, Hispani & Itali, fer-
ro solido recti facile illorum perforant imperius: eosque,
si comitus congregandum, punctum conficiunt. Non
prætero, nostros manuaria tormenta plumbeis glan-
dibus

dibus iteratō promptius implere: & iclus letales velocius
ingeminare. Illi ergo regis stipendiarij Byzantij commo-
rantes: cum toto aulico comitatu, quem Portam nomi-
nant, numero ad quadraginta millia, terrorem non nisi
timidis & ignaris possunt adferre: Peritiores enim norunt,
quartam istius numeri partem efficere venatores, equiso-
nes, cerdones, sartores, circa tentoria curantes, sellas,
fræna & calcaria fabricantes, hortulanos, coquos, opifi-
ces ac artifices alios, lixas & calones. Equitum Græco-
rum & Asiaticorum turmæ septuaginta millia quidem
comprehendere dicuntur: at quales homines? hastati cum
scutis, arcubus, & ensibus incurvis: Turcæ verò naturales:
ergo animo parùm præsentí & erecto: cumq; possideant
agros, à stiua & exercitijs vilibus in castra properant; e-
quitibus illis aulicis neutiquam pares; in his quantum sit
ad victoriam momenti: bellicarum rerum gnari facile per-
spiciunt. neq; enim propter virtutem sub signis manent,
sed ex obligatione. In ordine tertio collocantur Asapi-
pi, vrbibus & præfecturis indicti: à quibus stipem quoq;
percipiunt: in illis nihil firmitatis: quia subitò coacti,
inermes, male culti: gladium falcatum, & arcum cum pha-
retrâ tantum gestantes; ijdem in ob sidionibus vrbium
pecudum ritu cædendi propugnatoribus obijciuntur: ma-
stati verò fossarum gurgites, cum reliqua materia non est
ad manus, complere solent. Spontaneorum tantus est
numerus, quantum princeps expetit: qui ipsius æra quoq;
merent: sed nisi Duce morsiantur acrem, citò dilabun-
tur: hi sunt antecursors: & obvia quæq; deuastant: pe-
cora cum hominibus cathenatis abigentes. Vtitur quoq;
Tyrannus milite peregrino ex Tartaris, Arabibus, VVa-
lachis, & alijs Christianis constante: sed raro & extra or-
dinem; quæ subitaria gentium coaceruatio, prædonumq;
dira colluuius repente quoq; dissoluitur. Has ergo vires
si quis recto pede metiatur: multò minores apparebunt,
quam vulgo creditum. Ac deuictæ quidem à Turcis na-
tiones honoris sui causa non possunt non eas extollere:

sicq;

sicq; natura comparatum est: vt semel victus hostem semper
 putet fore superiorē: & rem aliter cadere non posse
 sibi persuadeat; illa deinde fama cæteros ita conturbat; vt
 fidem dicitis non minūs adhibeant. Carent autem Turcæ
 reto ordine militari: nec vera virtute nititur incondita il-
 la multitudo; qua sola consueuere vincere; quanquam nec
 numerus semper illis profuit: alioquin toties à Dracula
 VValacho, Stephano Moldauo, Hanniade patre & filio,
 Scanderbego Epiota, non esset concisi & castris exuti: cui
 rei fidem quoque faciunt tot vanæ & ipsis ignominiosæ
 obsidiones, Rhodi, Croiæ, Belgradi, Corcyra, Melites, A-
 griæ, Viennæ. Ac fama est, copias Scanderbegi, qui terribi-
 les Amurathis exercitus septies vicit & fugavit, decem
 millium numerum nunquam excessisse. Pares etiam nume-
 ro contra Syrios, Aegyptios, Persas, Scythas, ijsdem sacrīs
 & armis utentes, cum Turcæ pugnarent, sæpè victi sunt. A-
 lexander ille Magnus contra Darium copijs numeroissi-
 mis fidentem, transmittens Hellespontum: non plures
 quadraginta millibus milites fertur eduxisse: & robur o-
 mne in pedestri illa phalange Macedonica collocaſſe. Ro-
 mani quoq; veteres peditibus legionarijs optima discipli-
 na instruētis: decuplo maiores exercitus, turmis eque-
 stribus abundantes, profligarunt: cumq; res erant in ma-
 ximo discrimine: Duces ipsorum relictis equis cum pedi-
 tibus in hostes confertissimos progressi, vīctores euasē-
 re. Achodie peditatus Germanicus acie scitè disposita,
 imperus equitum fortiter solet excipere: eaq; disciplinæ
 gloria reliquas Europæ nationes antecellit: ad cuius ex-
 emplum Galli, Itali & Hispani bellis Italicas ordines luos,
 vt ipſi non negant, paulatim quoq; didicerunt instruere:
 sicut & opera nostrorum mercenaria in expeditionibus
 omnibus adhuc libenter utuntur. Hęc non eò dico, vt
 equorum usum omnino velim exclusum: requiruntur
 quippe cùm ad speculandum, turbandas ordines, ac infe-
 quendos hostes: tūm ad commiatus conuehendos, & re-
 trocedendum, cum est opus. merum verò exercitus aio in

pedestribus copijs consistere. Quantum eriam præsidij s
 sit in equisibus bombardarum pilis Germano more ho
 stem lehaliter verberantibus: notius est, quām vt indigeat
 commemoratione. Ac cum thorace, caside & femo
 ralibus ferreis, nostri contra sagittarum nimbos bene
 sint muniti: Turcicos quoq; contos acutissima cuspide
 præfixos machinulis illis excutiunt; dispersaque fistula glo
 bo sessorem promptissimè traieciunt; ideo tam in velitatio
 nibus, quām iustis prælijs, vbi dolis præsertim non est
 locus, hostium covatus reddunt irritos. Ad sobrietatem
 Turcas lege peculiari constringi quis neget? at vino non
 minus inebriari certum est: ipsi q; nos vidimus: sic vt biba
 citas illa, qua Germani ad risum usq; diffamantur, bello
 non reddit inutiles. Ac vt Turcæ ex herbæ cuiusdam, vel
 allij vel papaueris quoq; nigri præparati comedione, fu
 rore concitantur; ita vini potus Teutones reddit alacri
 ores: qui salutis non ita sunt immemores: vt propter am
 phoram viui victoriam finant ē manibus elabi. Cibario
 rum verò penitiam non minūs, quām cæteri mortales, aut
 ipsi barbari, ferre solent: vt multis in obsidionibus li
 quid declaratum. Turcas itaq; non innitos esse statui
 mus: ac, vt supra fuit à nobis adumbratum, olim quoque
 sepe fuisse inferiores; imò pluries ē regionibus occupa
 tis sunt omnino pulsi: vt à Godefrido & eius socijs ex A
 sia: iterum à Tartaris: denuo à Tamerlane: ex Vngaria ve
 rò à Matchia rege, ex Italia per Arragonios Neapoli re
 gnantes. Venio nunc ad tertium membrum, quo pacto
 videlicet belli tam periculosi rationes rectè sint admini
 strandæ, vt prosperè conficiatur. Vbi se ex una parte
 potentiae Turcicæ prosternentis & eustantis omnia spe
 cies horribilis ostendit: ab altera nostra infirmitas cum
 angustijs illis: in quas Respub. Christiana redacta: animo
 & oculis obuersatur. Quam cum diu ante hæc tempora
 quoq; consideraret Scanderbegus heros inclytus & im
 comparabilis: post res maximas præclarè supraq; fidem ge
 stas, tandem ditione sua à Mahometo Secundo eiecius:

& con-

& consilijs de bello contra Turcas re& gerendo , à Pontifice, Venetis, & Arrogonijs regibus adhibitus : velut immemor pristinæ virtutis & felicitatis : Othomannidas, nisi coniunctis orbis Christiani viribus, vinci posse pernegasbat. Capistrano ergo quodam tempus hoc indigere videtur. Is in Samnitibus ortus, & Francisci factis initatus: Germaniz provincias obvundo multis milibus, qui declamationibus ipsius excitati, crucis tesseram sumebant, se ducem præbuit: hos absq; stipendio militantes cum numerosissimis copijs Mahometis , qui Belgradum tormentis quaiebat, vitæ prodigos opponeret: & effigie crucifixi Domini prælantes animaret: cum Iohanne Hunniade victoriæ ex hoste, propter subiugatam Græciam ultra modum ita ferociente, ut orbis terror dici voluerit, glorioſissimam reportauit. Haud inferior Petro illo ex Ambianorum nobilitate: qui cum literis Simonis Patriarchæ Hierosolymitani è Palestina, quam religionis causa adierat, olim reversus; Galliz proceribus cum Romano Pontifice auctor exitit: vt Christianis grauiore indies ibi seruitute laborantibus opem ferrent; Qua in expeditione Terræ sanctæ regnum Mahometanis, duce Godefrido, armis vietricibus, ut suprà meminimus, fuit ereptum. Quid vero ante recuperatam à Saracenis Palestinam acciderit, sine lachrymis referri non potest. Cum enim inter se patricidialibus odijs digladiarentur optimates nostri: res infidelium in veterem fortunam pavlatim fuerunt erexit. Ac licet à religiosis principib. in Europa terra mariq; magni fierent apparatus: artibus tamen Pontificum, quibus opes suas interim augere propositum erat; nihil dignum laude fuit effectum: sic ut Mahometani facti superiores: pulsis Christianis vniuersis; Hierosolymæ regnum cum prouincijs adjacentibus rursus acquisuerint. Ac ut olim propter Arrij blasphemias punius fuit Oriens ita quoque pœnas Europæis attraxisse: tandem profanationem verbi divini, & cultuum superstitionis prodigiosam cumulationem , dubio plane caret.

Hinc initium plagarum nostrarum : ex hoc fonte promanarunt omnia mala : quæ nomen Christianum , violenti turbinis instar , oppressere . Qui deinde fuerint errores consiliorū in multis aulis , & apud insignes Respublicas : quo pacto Græci de regno contendentes , barbaros primū stipendijs , mox nuptijs inuitarint ; & autores ruinæ sibi fuerint ipsi : quomodo & quas ob causas auxilijs Latinorum destituti , in calamitates vltimas inciderint : si contempleremur animo : peccata nostra multa & enormia , quibus iram Dei prouocauimus , genti tam crudeli vias aperuisse fateri cogimur . Ea caula cùm nunquam remota fuerit : ad priora mala cumulus accessit : & à barbaris in reliquias Christianorum prouincias immanissime sauri cœptum : eosq; tandem finibus Othomannicis regni prolati : vt in aditu ipso Germaniæ & Italiae quotidie ferè pugnandum sit : quas vt opprimat , omnem lapidem barbarus mouet . Vbi deplorandum , Galliæ reges , qui ad hoc incendium restinguendum non misericorditer accurrere , iure foederis cum Tyranno nihil iam pro defensione fidei veteri ipsorum gloria dignum moliri ; & spectatores esse huius tragœdiæ malle : vt videlicet vltimi à Cyclope deuorentur . Quod si de Angliae Regina in idem fædus pertractares ita se habet : est quod ultra modum doleamus : cùm præsertim Christiani exceptis Georgianis , qui Armenijs finitimi sunt , in Asia nihil ultrà possideant : Tartari pagani non tantum quiescant : sed crebra stipendia faciant sub Othomanni . Cyprus quoq; cum nonnullis alijs insulis iugum accepit : & Afri ad clientelam Turcicam pertinent : solaq; Melita inter Africam & Siciliam sita ha-
genus est defensa . Abyssinorum verò in Aethiopia rex , vulgo Presbyter Iohannes dictus , longissimis terrarum spacijs , vastoq; mari strætu dissitus , rem Christianam iuare non admodum potest . Supereft rex Persiæ , qui propter se etiam Sophianam , quæ Legem Mahometi diversimodè interpretatur , cum Turcis assidua bella gerit : sed instituto veteri fines suos , quos tutatur egregie , raro vel nunquam

nunquam solet egredi. Ac ut proprius ad Vngariæ limites accedamus: Transylvanianus Turcæ cliens est & tributarius: Poloniæ regi pacem abrumpere non est integrum. Ideo Vngariam reliquam, vel propter vberes prouentus ex venis metallicis, quibus hostis inhiat, cum tota adeò Christianitate in magno periculo versari manifestum est: & eò quidem magis quod tyrannus ad orbis totius imperium animum dicatur adieciisse: vt principes ambitiosi libenter aures præbere solent loquentibus de rebus magnis & excelsis: Europam veteri iure ad Constantinopolin, quo Maiestas Imperij Romani translata fuerit, spectare iactans: cum tamen nihil iuris in ea prætendere possit: nec Imperatoris vel Monarchæ Romani nomen rectè usurpare. Id cum præuiderent Imperatores & Principes Germanici; virtutis & sapientiæ laude præstantissimi: iam inde à Sigismundo Augusto, cuius extat Reformatio, in omnibus Comitijs Imperij consilia contulerunt: qua ratione tantis malis mature obuiam posset iri: tuitq; de perpetuæ militiæ institutione, & ærario publico sæpe tractatum: vt hosti truculentissimo firmiter resisteretur. Præcipue vero cum Selymi l. armis cessissent Aegyptus, Phœnicia, Syria: noviç & stupendi ab eo fierent apparatus: graues in Europa deliberationes inciderunt de belli Turcici continuatione: quo tempore viri militares & regionum periti, ita censuerunt; Omnia principum contributionem voluntariam, & impositionem tributorum generalem fieri debere: Rebus vero necessarijs prouisis, optimum factu fore: si Imperator stipatus equitatu Germanico, Vngarico, & Polonio, firmoq; peditatu ex Germanis conscripto; secundo Danubio in Bosniam, quæ priscis Mysia fuit, descendenteret: inde Thraciam & sedem Imperij Byzantrium petiturus. Galliæ deinde rex sui regni viribus, Helvetiæ copijs, Venetorum item & Italorum principum auxilijs instrutus, Brundusio moueret: vnde in Græciam plenam Christianis habitatoribus, & propter asperitatem, Imperij barbarici ad rebellionem spectantibus, facilimè posset

150 ORATIONVM TURCICARVM
posset irrumpi. Demum reges Hispaniaz, Lusitaniaz & Angliaz, porta aliquo opportuno capto, cum classe trecentarum triremium, quibus Pontifex ab Ancona solvens, centum rostratas naues adderet, cursum versus Gallipoli dirigerent ; & expugnatis castellis ad Bosphorum Thracium se cum cæteris exercitibus coniungerent. Quibus apparatus contrarijs lata operari posset de hoste superbiissimo victoria : eoque modo sumitus assidui quotannis comparcerentur : & securitas pararetur omnibus Europæ regnis : infiniti quoq; liberarentur Christiani : cum quibus forte Turcz non pauci religionis nostræ luce perfusi saluarentur. Paulò post, cum Magius Dux Moscouiz titulos regios ambiret : & se suaq; Tataris iam intra fines veteres conclusis, ad societatem belli Turcici offerret : ad agmen illud tripartitum plus virium potuisse accedere : sed à Pontifice, aut odio Græcæ religionis, aut Legati Polonici protestationibus ad id impulsò : velut Ethnicus neglectus, imò repudiatus fuit. Dato autem, Moscum esse schismaticum : & impotenter suis dominari : rem tamquam nostram contra hostem communam cum non tantum pecunia iuuare : sed expeditis copijs in melius proferre potuisse, negari non potest. Si enim res ad normam Geographicam expendatur : Smolenskius Ducatus ad Borysthenem ipsi parens, per Russos, Moldauiz, VValachiæ & Bulgariæ, quæ dirionis Othomannicæ sunt, imminet : vnde per vrbes debiliores & latos planosq; campos aditus patet in Thraciam : quæ Constantinopolin usq; pertingit. Sed in sumos abiére quoq; bene pulchreque subductæ rationes alijæ : cum nunquam ferè cessatum fuisset à bellis ciuilibus inter duas orbis nostri potentissimas familias Francicā & Burgundicā: & reges Turcici vires vntas habentes, opes suas semper maiores efficerent, quam acceperant. Consultationes vero posteriores quem habuerint eventum, res ipsa loquitur. Ac ne de cæteris impedimentis verba faciam : Utinam religionis immutare causa, ea qua par erat, animorum lenitatem fuisset agitata : propter quam

quam cum tot iam annos in regnis Christianis sumus si-
ant immunes: & exitialium distractionum nollus haec tenus
fuerit modus aut finis: mutuae defensionis auxilio nosmet-
ipsos fecerat spoliauiimus. Et quomodo Christus dux &
seruator noster tot falsis opinionibus interim velut di-
scerptus, praestò nobis esse debuisset? Sapite igitur tandem
Germani, & vestro & alieno periculo: ne vobis, ne poste-
ris, ne subditis iugo tyrannico (quod abominor) oppres-
sis, exprimatur aliquando haec Psalmi querela; Hei mihi!
quod exulsum in Mesech, & habito in tabernaculis Ke-
dar. Quem verò vestrum, viri Principes, non commo-
ueret ad poenas de Molosso hoc rabioso, eiusq; Cynico
sodalitio sumendas, tot procerum Christianorum cala-
mitas: non eorum quidem, qui in pugnis, ut viros fortes
decebat, passim ceciderunt; sed illorum, qui ferro Tur-
cico contra datam fidem nefariè contrucidati sunt? Vnum
pro multis exemplum, casumq; planè miserabilem, qui ab
historicis nostris, ut alia multa scitu digna, præteritus est,
ex Theodoro Spandugino Canracuzeno, nobili Constan-
tinopolitano, conuersum referam. Cum septennio post
expugnatam Byzantium Mahometes secundus Trapezon-
tem circumvideret: David Comnenus Imperator, viri-
bus inferior, & à socijs omnibus desertus: urbe regnoq;,
quod ad Euxinum Pontum ad Colchos usque possidebat,
mature cessit: & incolumitatem virtus pactus est: ita qui-
dem, ut cum thesauris urbem Seres in Europa pro vita to-
leranda sibi haberet. Mahometes, elaplo biennio, Da-
vidis è medio tollendi quarens occasionem; omne fas ab-
rumpit: & astutè missis literis de maritimis apparatus
Christianorum, Roma, ut fingebat ad Davidem prescri-
ptis, & à prefecto quodam interceptis: grauiter cum eo
cœpit expostulare, mox in vincula conieclum cum uxori
Catharina Cantazena, octo filijs, & unica filia By-
zantium perduci iuber: nullaque interiecat amora omnes,
quotquot fidem Christianam nollent abnegare, ad ulti-
mum supplicium condemnat. David rex in illis angustijs

CON-

constitutus: parumper deliberata, mortem potius obire: quam religioni patriæ renunciare voluit. Itaq; suos ad agonem Martyrij cohortans, cum septem filijs crudeliter obtruncatus est. Octauus trium puer annorum Turcico ritu circumcisus: cum sorore ad sponsum Vsum cassanem regem Persarum missus fuit. Quæ puerila deinde matrem Ismaëlis, cognomento Sophi, Persici quoq; regis, est enixa. Etsi verò Dauidis gazam cum reliquis bonis Tyrannus statim confiscauerat: nihilominus tamen edixit, ut Catharina vidua miserrima, & Niobe illa longè infelior: mulieram quindecim millium Ducatorum tridui spacio dependeret: aut capitis quoq; pœnam subiret. Quam pecuniam præter opinionem Mahometis, veteres Imperij Trapezuntini subditi Byzantium nuper cū familijs translati, primo statim die numerarunt. Imperatrix autem dolore ineffabili confecta, cilicium induit: & ab esu carnium abstinens: sub casa stramine contexta fatum quoque suum decreuit expectare. Antequam verò mundo planè valediceret: cadavera suorum canibus & alitibus obiecta: quæ nullus audebat sepelire: interdiu ab iniuria defensa: noctu in fossa, quam suis manibus excavârat, humo superiniecta sola composuit: & cùm tantis miserijs superesse nollet; Deicq; misericordiam lacrumis amarissimis continenter effusis imploraret: è viuis non multò post & ipsa placide fertur esse sublata. Quid hac Tragœdia potest cogitari tristius aut immanius? Agite ergo, heroës generosi & inclyti, monstrum hoc sanguinem vestrum quoq; sificiens, Vngariæ finibus arcete: hanc feram usq; ad Hæmi lustra persequimic: hunc apicum Christo sacros palmites obterentem conficide. Atqui est sancte hodie, quo vehementer lætemur: & in expectationem rerum maximarum velut signo sublato, erigamus. Quis enim non magnopere collaudet voluntatem Illustrissimorum Germaniæ Principum: qui pro ea, qua præstant, animi magnitudine, Rudolpho II. Augusto, Pio, Felici, iusta arma in euersores illos orbis terrarum, magna semper & neua molientes,

res, paranti, firmas manus subsidio mittunt: omniqe conatus excidium patriæ carissimæ prævertere student; cum stantia facilius contineantur: quām prolapsa subleuentur. Ac cum initia huius belli, Deo propitio, re&ē se habent: in posterum quoqe pro sanctiore causa bene sperandum. Ne verò cætera quæ ad persuadendum sunt apta, congeram: planè Deo-vocanti parendum censeo: is tot iam prælijs aduersis hostem consternatum persequi iubet: eius hæc est voluntas minimè dubia. Accedit vox naturæ monensis, vt vis illa propulsetur: quod non tam his qui nunc sunt; quām posteris, quibus tam graue iugum seruitis impendet, consulatur. Instatqe; tortè iam periodus illa fatalis, tyrannidi tam sœuæ finem minitans: acceleritas quidem successuum decrementum quoqe simile portendit: vt effusæ repente tempestates citò quoqe desinunt; nec immodica diu consistunt; & nullum violentum diuturnum: ortaqe occidere necesse est. Ac vt magni corporis occulti morbi tandem solent erumpere: ita in tam latè fusis opibus aliquando seditiones orituras consentaneum est: vt in eadem secta, potentia summi Caliphæ cum inter duos reges Babylonicum & Ægyptium olim diuidetur, paulatim declinare cœpit: & semper lata tristibus in rabus humanis miscentur: nec vlla gens diutius sœuire potest; quām supremus arbiter permittat. Benè quoqe licet pluribus ex antea&tis augurari. Nam Tartarorum, qui Turicum nomen in Asia penè deleuerant, imperium, non durauit amplius centum viginti octo annis. Dominatus Mamalucorum, qui post Saladini stirpem Syriam & Ægyptum tenuerunt, diuqe represserunt hos ipsos Turcas, centum quadraginta annos non excessit. Cum ergò tertia hæc tyrannis Mahometica tempus id iam prætergressa sit: speremus paulò proptert quoqe de situram. Est etenim non minus, ac duo priora illa regna, à Satana constituta: quia fundatur in mendacio, id est, impia falsaque doctrina; & homicidio ac abominandarum libidinum maculis est infamis, Venit autem Dei filius, vt opera Diabolii

boli destruat. Ideoq; licet euentus huius belli prospic*z*
nequeat i firmiter tamen credamus, Deum tot inuocantum
gemitus, & ætatis teneræ, quæ in templo precum cau-
sa quotidie conuenit, casta vota respicere & exaudire. Er-
rit illi ergo curæ non tantum hæc militia Christiana; sed
& furoribus Mahometicis mundum tandem planè libera-
turus est. De cuius auxilio qeo minus dubitemus: haud
sine eius numine euenisce iudico: quod nuper Tyrannus
Persis noui bellii causam præbuerit. Dicuntur & Veneti
de Christiano nomine bene meriti, classem in barbaros
armare: quæ primo vere in altum delata: conatibus hostis
perfidii progredierur obviam. Nec Hispania rex longè
potentissimus, Austriacus & ipse, ne frustra Catholici,
regisq; Hierosolymæ titulos gerere videatur: maritimis
auxilijs, quibus præ cæteris pollet, rebus communibus
deerit. Italici quoq; principes operam suam hac in mili-
tia desiderati minimè patientur. Ac ut olim Solimannus,
cum quadringentis hominum millibus, in Austriam redi-
ens: classe Christiana Peloponnesum denastante retractus;
nihil dignum memoria gessit: ita vires suas tyrranus hoc
quæq; tempore distrahere; & ad pacis consilia descendere
necessæ habebit: cum præsertim flos lanizerorum bello
Persico proximo feratur occubuisse. Cur enim copias vni-
ret: & fortunæ semel exponeret à tot irritatis hostibus cir-
cumuentus? Præterea fortuna duos uno & eodem tempo-
re fouere non solet. Cùm illa ergo nostris hoc bello fa-
uere cœperit: in posterum quoq; fortiter agentes non de-
sereret. Deus ante omnia, qui manus Iosuæ & Gedeonis
rexit: quiq; exercitum Sennacherib una nocte deleuit: af-
fliktissimi sui gregis misertus: huic aderit expeditioni: &
euentum secundum largietur. Ad salutem verò hæc erit
1. via certissima & expeditissima. Cùm hostiles irruptio-
nes pœna sint inobedientiæ: vt sacræ literæ testantur: omnes
ordines Imperij Christiani, in quo Ecclesiam Dei hospita-
ri certo certius est, vitæ anteaq; veniâ corde contrito pe-
tant: & ad misericordiam summì Numinis humiliter con-
fugiant,

fugiant. Deinde contra furores hostium, quos magnæ audaciae & infinitos esse diximus, cōceptis verborum formis, habitu tenui & lugubri, ab omni ætate sexuq; publicæ preces vbiq; fiant: ad quam sacram anchoram in simili periculo legantur ante omnia confusisse pīj reges, David, Salomon, Aza, Iosua, Iosaphat, Ezechias: quia potens est oratio, & à Deo mandata: nec robore cōstat virtus: sed arbitrio diuino conceditur. Ludi quoq; tabernarum luxus, profusiones omnis generis vetentur: ac ministretur incorruptè iusticia. Cumq; Christus in membris suis ærumnolis affligatur & oppugnetur: sub eius auspicijs pericula sunt libēter adeunda. Si enim pro rege mortali subditi solent arma induere: quis pro rege regū, cuius imperium fine caret, vitam non profundat: & veritatem sacrosanctæ fidei sanguine suo detrectet obsignare? Ac si libertatem corporis non nisi cum spiritu vir fortis amittit: hic certè post arma illa spiritualia, viri, equi, tela paranda, & vires omnes ad resistendum sunt explicandæ. Thesauris etiam tam sacrīs, quā profanis, minimè parcendum: cūm hoc agat hæreditarius & acerbissimus hostis; vt suō ingo submittat omnes. Id vt sine impedimento fieri possit, Principum simultates alta sunt obliuione sepeliendæ: ac si quæ sunt illis de finibus aut hæreditatibus controversia: ad arbitrium coguatorū, aut virorum sapientū, aut ius deniq; publicū rejiciendæ. Huic vero militiæ nomina dantes, ita in hostes conspirent: ut honesta mors omnibus oppetenda sit: ne progredi barbari possint ulterius: aut gloriösè triumphandum. Præcipua autem solicitude est adhibenda in diligendis ducibus & cōsiliariis bellicis: Nec enim frustra ille exercitum ceruorum duce Leone, Leonū copijs, quos ceruus duceret, præferebat. Et Henricus Auceps, copijs è rusticana iuuentute, quam armis antè exercitari iussicerat adancis, ab Hungarorum priscorum sauvicia Germaniam liberavit: ita (ut ait Polybius) vnum sapiens consilium multas manus vincit. Fuit & in bellis contra Turcas vstitutum, Clericorum opera non in consultando solumvti, sed ijsdem re-

rum summam concredere. Id quām feliciter successerit,
 Collocensis Archiepiscopi Tomortai, & Cardinalis Cæ-
 sarini miserabiles exitus ostendunt. Præstat ergo Cle-
 ricos à castris abesse: & votis iuxta vocationem domi pu-
 gnare. Vult enim Deus esse hæc officia distincta: & ma-
 gistratui politico subditorum defensionem commenda-
 uit. Contribuant autem viri religiosi de redditibus Ec-
 clesiasticis & bonis Laicalibus: quæ magno numero pos-
 sident: omni cura belli gerendi principibus relieta; meimo-
 res diuinæ comminationis: Qui gladium acceperit, gla-
 dio peribit. Militare prohibeantur & opifices, vxora-
 ti præsertim: quorum locum adhuc quidem possent occu-
 pare homines otiosi: imò & relegati: iuxta excessuū qua-
 litatem spe illis impunitatis facta, si strenue se gesserint. Est
 etiam Quæstorum rapacitas severo aliquo iudicio coér-
 cenda. Cùm enim patriam propugnantes stipendijs de-
 bitis malignè fraudantur: imperia Ducum moleste ferunt,
 & castris excedunt. Ajunt & Vngarici cœli inclem-
 entiam nostra corpora citò alterare. Id si ita est, nec intem-
 perantia vel alieno vietu morbi contrahuntur, prælium ci-
 tò committendum, nec bellum, in quod sumitus intolerabili-
 iles impendi necessè est, longius esset extrahendum. Optima quoq; disciplina milites indigent: prohibeantur er-
 go blasphemiaz, scortatio, deliciaz, ebrietas, concussio:
 quia summa religione & abstinentia totum hoc bellum est
 gerendum. Quod si fieri: de virtute militum Christia-
 norum omnia nobis policeri debemus. Sed quia Vnga-
 ria diu non erit par aléndis rot exercitibus ab utraq; parts:
 & commeatus angustia multas insignes victorias corrupit:
 maturato est opus: ne belli necessitatibus adducti milites
 graue aliquod damnum incurvant. Semel enim atq; iterum
 repulsus hostis redibit ad ingenium: vitesq; facile redinte.
 grabit. Minimè verò spe prædæ, sine Ducum licentia co-
 horres euagentur: aut hostem nostri post se relinquant:
 cùm infidijs ibi valde sint opportuni: & ignoratio loco-
 rum periculi plenissimæ sit. Cautè itaq; prem gerendo, pro
 viribus

viribus ea recuperent : quæ seuiissimus hostis violenter
 occupata detinet. Clarius autem solet esse triumphus ex
 viatoribus paratus : pacis ergo nulla alia adhuc debet esse
 mentio, quam ut ablata restituat, multum enim in bellis
 valet animus & constantia. Fortè quoque prodeisset inter-
 diutum capitale : ne quis arma, machinas, puluerem tor-
 mentarium barbaris subministraret. Quam dexterabilis
 enim sit avaricia mercatorum : magno Christianarum
 gentium damno pluries compertum fuit. Nec parum ad
 viatoriam pleniorem conduceret : si laboribus n^{on} erces da-
 retur condigna : viri^q fortis donis militaribus afficeren-
 tur : agris quoque captis inter illos dinisis. Virtus enim
 præmium na^cta, plores ad benè de Repub. merendum so-
 let inflammare. Et quid obstat, quod minus vel de partis
 hoc bello bonis, vel de redditibus Ecclesiasticis alijs, com-
 muni principum consensu, instituatur equitum sacerorum
 nouus ordo : ad exemplum Rhodiotorum : vel eorum, qui
 Divi Stephani nomine insigniti, à Cosmo II. Florentie
 Duce sumserunt initium. Ita iuuenes nobiles otio minus dis-
 fluerent : hæc^q militia contrâ barbaros semper excuba-
 ret : hominum denique bellicosorum penuria non esset ex-
 tincta. Omnium verò distensionum ansa in castris
 præcidenda. Quid enim in Thracia, cùm Galli primam
 aciem cæteris inuitis sibi depositerent, vsu venerit : nobilis
 illa clades ad Nicopolin satis superque testatur. Quo-
 modo castra locanda : copiæ viribus admouendæ : quan-
 do prælio deceritandum : an & vbi pedite vel equite res ge-
 renda : ducis peritiæ relinquitur. Tam latè enim patet
 ars Imperatoria : tamque subiti sunt & ancipites bellorum
 casus : ut ineptum sit præceptis omnia velle comprehendere.
 Post annos ramen, militum, pecunia, & instrumen-
 ti bellici : in quibus videlicet nervi retum gerendarum co-
 fistant : sedulam procurationem si quis admoneat : ut na-
 vium quoque sufficiens numerus ad flumen transeundum,
 aut pontes opportunis locis faciendos, si in promptu: non
 abs re fuerit. Licet verò castra tantum viderim : multa
 tamen

tomen consuetudine cum hominibus militaribus didicis;
acié ordine quadrato, quo Romani quoq; veteres vteban-
tur, propter firmitatem contra barbaros numero consi-

21. dentes institui reetissimè. Ulterius et si Deus aliquando vi-
& toriam per paucos concedit: vt Ionathas cum parua ma-
nu Philistæos cædebat: & Iudas Maccabæus paucorum vir-
tute vincebat Antiochum numero valentem: nostra quoq;
ætate septingenti Germani quinq; Turcarum millia pro-
pe Plumbinum occiderunt: vicissim tamen Deus non est
tentandus: nec vires hostium contemnendæ. Iustus er-
go exercitus inimico multitudine superanti opponatur.
Rex Vngariæ Ladislæus cùm in Amurathem secundò mo-
ueret: Draculam V Valachom, paucitate illa Christiano-
rum consternatum, dixisse ferunt: Probè se nosse, Tyran-
num tot stipatum cohortibus, exire venatum: illisq; idèò
tria millia equitum lectissimorum, quib; filium suum præ
fecerat, adiunxisse. Et Ludouicus rex, copijs mediocri-
bus instructus, cum Solimanno temerè congregiens, tra-

22. gicum vitæ finem habuit. De supplemento etiam & instau-
ratione virium, propter inopinatam aliquam cladem, quæ
magis terrere solet, omni studio prouidendum. Ac pars
veteranorum ad omnes casus reseruanda. Neq; enim ea vi-
rorum inopia Germania laborat: vt nouos exercitus, mo-
dò Duces idonei non desint, nequeat emittere; Vni autem
conflictui salutem publicam committere: nihil aliud esset,
quam in exitium ruere: & vniuersale damnum violenter
accelerare. Intelligimus autem post caussæ bonitatem no-
stris animum pugnandi contra barbaros addere quoque
prædictiones nonnullas Brigittæ fatidicæ virginis, & alio-
rum de ruina Turcici Imperij. Dicuntur & ipsi Turcæ
oraculo cuidam de propinquo ipsorum interitu, adeò si-
dem habere: vt cùm eius verba recitant, inter lamentacio-
nes muliebres, crebraq; suspiria, lachrymas copiosas ef-
fundant. Quibus accedunt conjecturae non insulæ, tam de
millenario: quo circumscriptam fore se etiam suam, Maho-
meti reuelatum fuisse quidam volunt, serè exacto: quam
de

de numero Imperatorum Turcicorum completo. Ismaël enim, filius Abrahæ, à quo Mahometani ducunt originem, duodecim principes generasse legitur: iamq; tertius decimus Turcarum rex tyrannidem exercet: ideoq; pro vicitoria de nobis consequenda in Moscheis (ita templum vocat) diligenter orant: diuisions & intestina bella nobis imprecantes. Custoditut à Græcis quoq; yaticinium quoddam de Imperio Constantiopolitano ad Christianos post liminio reuersuro. Cū verò sint, qui de Baptismo Mahometici cuiusdam regis id accipiant: ut olim Constantinus Magnus Ecclesie fuit insertus: & Clodoueo in Fracia, Stephano verò in Vngaria regnante, totæ nationes eorum exemplū secutæ, gentilitate relicta, Christi fidem sunt amplexæ: idq; futurum contingens sit: de quo verbo Dei nihil est patefactum: sit eius fides penes auctores; sicut & illorum traditiones, qui locum certum, ut Coloniam Agrippinæ, propè cuius mœnia barbari religionis hostes sint occidendi, designant: quiq; certæ familiæ, inclytis nimis Saxoniæ Principibus (cum Turcæ tamen Francogallos plus metuant) eam gloriam reseruant: in medio relinquimus: & potentia diuinæ nihil planè derogamus. Ac licet in contrarium similes habeantur Hilenij & aliorum prænunciatiōnes de Turcarum in Germaniam & Italiam progressibus: quæ propter alios indicatos euentus quoq; non omnino videntur esse explodenda: nostamen interim cum summis in re Theologica viris prophetæ Danielis de quarta & ultima Monarchia, id est, Imperio Romanorū Germanico, cuius ornamenta Dei beneficio super sunt: cuiusq; finient, dies nouissimus excipiet: libentiū assentiemur. Eius verba ab angelo interprete profecta, cùm sint minimè obscuræ aut ambigua: Turcicum Tyrannum, quod conatur, minimè effecturum credibile est, Cornu enim illud parvum, habens oculos, & contumelias aduersus Deum loquens, sanctos oppugnabit quidem: non plura tamen cornua ex illis decem, quibus totidem regna ex Imperio Ramanonata

nata significantur, quām tria, quāz Asiam, Græclam & Aegyptum iam pridem reuulsas denotant, auerlet. Danubius ergo erit illi p̄o fatali limite, ut Euphrates Romanis. Vincet ibi tamen, & vincetur: quas rerum vices literæ sacrae docent in populo quoq; Dei fuisse. Illic enim gentes circumuiniaz modò parebant heroibus diuinitus excitatis: modò dominabantur: prout Israēlitæ videlicet haberent Deum propitium vel iratum. Ac mansura videatur ferri natura in d̄igitis pedum statuæ mysticæ, usq; ad finem seculorum: nec quinta futura est Monarchia: quam Turcis magni quidam viri satis confidenter adstruunt. Nondum enim est interfatum quartum illud animal à Daniele visum ex Oceano prodire: nec deleri poterit: donec iudicium fecerit Antiquus ille dierum, cuius nec initium nec finis est. Cumq; Christus alibi citet Danielem: & priora eius vaticinia de supremis mundi principatibus eorumq; conversionibus tempus comprobauerit: ante Christi adventum moles illa statuæ Nabuchodonosoris in d̄itos partim ferreos, partim testaceos desinens, tota minime quoq; dissoluetur. Sentiet ergo Turca, & expertus est hoc anno, plantam illius ferream, grassetur licet, & incursionibus finitos omnes deuexet: Germania tamen, sedes Imperij Romani, in cuius reliquijs vetus illa dignitas adhuc conspicitur, si vires coniungat, ipsius vim facile depellet: permanente adhuc magnæ illius arboris arida licet & despecta radice: quām Turcica securis, Deo dante, non poterit extirpare. Sin verò mutatio generalis impendet: cum ea dies nouissimus, finem laboribus humanis allacurus: ideoq; pijs omnibus optatissimus, ut speramus, simul illucescat. Hac auctoritate verbi divini confirmatos milites nostros fortius pugnare conuehit. Qui verò Turcas hoc tempore planè debellandos esse volunt: & spes fouent immodicas: metas à Propheta posita transgredi videntur. Est quoq; singularis & Ecclesiæ propria sapientia: nosse pios cruci & ætumnis esse subiectos: eosdem tamen Deum mirandis modis liberare velle;

velle; & sanctos affligendos esse, quām diu hic orbis terrarum consistet: totus chorus Prophetarum & Apostolorum commonuit. Præterea etiamsi per Danielem aut ipsum Dei filium Turcicum regnum nobis esset promissum: proprio tamen consilio promissiones non esse arripiendas: clades filiorum Ephraim, qui diu ante Moysen in terram promissam inuadebant, ostendit. Patres Ægyptiaca seruitute pressi, terram Cananæam sibi deberi norant: modum tamen non præsumebant: & vocacionem patienter expectabant. Nec David in regnum vincus, viuente Saule regnum rapiebat: sed consilium Dei præstolabatur. Deinde multæ sunt & infinitæ difficultates, quæ minus ad effectum res tanta perducatur. Ac norunt prudentiores, tantam tamq; vastam potentiam, quam complectitur Imperij Turcici moles, tam subito destrui minimè posse: sic ut optanda potius sit vniuersalis victoria, quām spe præconcienda. Quocirca de defensione solummodo, nisi fallor, fuit hactenos cogitatum: ea quoq; de causa Carolus V. fortis iuxta ac sapiens Imperator: licet exercitum florentissimum & pugnæ cupidissimum sub signis haberet: Viennæ tamen liberatione contentus: Solimannum cum ignominia profugientem minimè persequendum ducebat: sed exauctoratis copijs sua repeters, Fratri Ferdinando honestam pacem non dissuadebat. Ac sanè, si res penitus introspiciatur; aliud est vincere, aliud abuti victoria; Imo cedendo, &, si pugnandi copia æ quo loco non datur, munitionibus inhærendo, non peccatur; quia vir fugiens, iuxta Demosthenem, denuo pugnabit: & Antoninus Imperator aiebat, malle se unum civem servare; quām mille hostes occidere. Est & alacritas militum nonnunquam compescenda. Sunt enim ferè prædae audi: & ignorant gregarij, quibus rebus oporteat esse circumscriptum & suffultum, qui bellum velit ducere. Nec refert, aliquos ante conflictum, hoste sæpe non viso, morbi occidere. Hæc enim est fortuna belli: nec propter vanam atq; alteram cohortem, rei summa fortunæ ludibrijs

est exponenda. Plures opinantur quoq; subditos Christianos Tyranni, vexillis nostris conspectis, arma contra barbaros statim correpturos: & annonæ suppeditaturos affatim: quos falli liquet inde, quod arma Christianis, nisi inilitent, ibi sint prohibita: & ijdem vitam degant inopeim; adhac hostes abeantes frumenta defodiunt: fractisq; molis omnia edulia corrumpunt. Taceo milites nostros, ob cupiditatem prædæ, incolis minime gratos futuros. Etsi simul non inferior: vnica victoria, cui patent omnia, difficultatibus illis remedia posse inueniri: idecirco ad antiquam virtutem præclaras facinora semper nostri sunt excitandi. Qui omne id, quod præter spem boni euenerit, deputabunt esse in lucro. Plura, quæq; magis ex re sunt, monebunt, qui sapientia studijs clariores existunt: quiq; propter experimenta rerum cæstrensiū Principum consilijs adhibentur. Hęc autem tam amore patriæ, quam pio erga religionem nostram sacrosanctam studio, rudi Minerua à nobis in medium prolatā, vt lector Christianus boni consulat, maiorem in modum etiam atque etiā peto. Faxit Deus, vt insigni aliqua victoria parta, Hungaria regnum miserè haecenus dilaceratum, recipiatur, & in splendorem pristinum vindicetur. Quod cùm fieri, nostra quoq; res in tuto colloca: videbuntur.

CVR TVRCA INHIET GER- maniae?

AVſtriacū inbiant cur Turca ſuibus hostes,
Sarmatia rentant nec glaciale ſolum?
Barbarus Aſonij populis, cur parcit Iberis:
Sint licet hūrribes, ditiaregna, viri?
Scit bene quod pubes Germanica gentibus illis
Aduenit auxilio, ſuppetiasq; feret.
Agminaſi Scythico noſratia Marte perirent,
Actum de reliquo protinus orbe foret.

Johannes Lauterbach.

MATTHAEI DRESSE=

RI DE BELLO TVR-

cico

ORATIO:

*EX RATIONIBVS ET
historijs de promta, & ad acuendos Chris-
tianos hoc tempore accommodata: Lipsiæ
habita anno M. D. XCIII.*


 Rationem ad vos adfero, Auditores suauissimi, pro temporum ac rerum
 tristitia & asperitate, tristem & acerbam:
 sed necessariam tamen, & ad exuscitandas
 mentes nostras, ut seriam cogitationem pe-
 riculorum, quæ nos circumstant, suscipiamus, utilem.
 Comimone faciam enim vos magnitudinis ac necessitatis
 belli: quod à potentissimo omnium, quos sol videt,
 tyranno Turca, patriæ nostræ infertur; tanto ardore
 atque impetu animorum & armorum: ut non tam addu-
 cere nos in perpetuam servitutem, quam deuorare pen-
 itus velle videatur. Huius ergo belli quod maior vis
 atque atrocitas est: eò magis commouere nos debet, ut
 omnes vias honestas expediendæ salutis persequamur.
 Ut enim ex ardente flamma, nisi in tempore resi-
 statur, conflagrare oppidum aut vicus totus solet:
 sic nisi insatiabili cupiditati atque furori huius imma-

nissimi tyranni mature occurratur; nulla pars patriæ nostræ ex illis faucibus eripi atq; seruari poterit. Quocirca adeste animis, quotquot adestis corporibus; & facite, vt vestra in me attentè audiendo benignitas orationem meam de re tanta progehat. Circumdabo mihi ipse cancellos; extra quos euagaturus non sum; & primum de magnitudine belli Turcici: deinde de necessitate: tum de armis atq; præsidijs ad propulsandum illius imperium necessarijs breuiter planeq; conabor explicare. Faxit Deus immortalis, cuius natu atq; consilio omnia reguntur, vt precibus & armis ad oppugnandum Turcam nos totos effundamus, votiç nostri compotes quāprimum fiamus. Est autem belli Turcici magnitudo tanta; quanta eñi ipsius imperij Mahometici amplitudo atq; potentia. Patet autem potestas huius imperij tam latè; vt siue Europam, siue Asiam, siue Africam spectes, vestigia tyrannidis Turcicæ vbiq; ferè impressa videas. Et quod mirandum est magis, successuum atq; victoriarum eius monumenta in singulis pñne partibus orbis terræ collocata inuenias. In Asia primum & antiquissimum regnum Babylonicum tenet; & Assyrijs, Mesoþramiaq; populis dominatur. Ab his enim Solymannus anno Christi M. D. XXXIV. receptus: & more institutoq; gentis illius regni insignibus atq; ornamentiis à Calypha sacrorum principe ornatus est. Inde progressus in Medium, Taurisum urbem & sedem quondam regum Persicorum occupauit; quam ante ipsum etiam Selymus ceperat & diripuerat: Amurates vero anno M. D. XXCVI. recuperavit. Idem Amurates Georgiam quoq; quæ Christianorum sedes est, & Iberia olim fuit dicta, inter Colchidem & mare Caspium, anno eodem edomuit. Quin Turcomanniam etiam, quam Armeniam Maiorem pleriq; esse existimant, multò maxima ex parte in potestatem suam redigit. Quid de Arabibns dicam, qui dominum nullum præter Turcam agnoscunt? Parthiam verò toties non insolenter solam, sed immaniter etiam petiuit Solymannus; vt uno impetu absorbere totam vel le vide-

Ievideretur: quanquam ultra Tebrisiam, quantum ego
 compertum habeo, nondū peruerterit. Superest Persicum
 regnum: quod partim intestinis dissensionibus miserabi-
 liter laceratum est; partim Turcorum crebris irruptioni-
 bus ita fractum, debilitatum, & diminutum; ut vix susti-
 nere amplius Othomannici furoris vim posse videat. Sic
 ergo unus dominatu populi orientis ad Euphratem, ad
 Tygrim, ad Araxem, incolentes usq; ad Caspium mare
 longè lateq; tenentur. Quid Syria? quid Palæstina? An
 non penitus imperio Turcico subiectæ sunt? Versus Se-
 ptentrionem cuinam Asie regna maxima nisi Turco pa-
 rent? Tarrariam Minorem, quæ & Taurica Cheronesus
 vocatur, inter Pontum Euxinum & Mæotidem versus or-
 tum ad Bosporum Cimmerium porrectam, Amurates
 anno 1584. in ditionem suam rededit. Idem etiam Cri-
 mæos Tataros inter Borysthenem & Tanaim, liberos &
 propè invictos multis seculis, eodem anno sub imperium
 suum subiunxit. Mahometes vero Secundus duo floren-
 tiissima imperia Christianis eripuit; Constantinopolita-
 num, & Trapezuntinum; indeq; primus imperatorum
 nomen titulumq; sibi vindicauit: regna vero duodecim a-
 demit: & ducentas urbes Christianam religionem profes-
 sas cepit. Hinc Colchis, Armenia, Pontus, Cappadocia,
 Asia Minor, quæ & Anatolia appellatur, Bithynia, Gala-
 tia, Phrygia, Pisidia, Caria, Cilicia, & Græcia, omnium
 disciplinarum & artium mater, barbaris parere coacta; &
 decore florē omni spoliata, in fœdam barbariem con-
 uersa est. Atq; tot tantorumq; regnum in Asia domi-
 nus est Turca. Maris vero mediterranei imperium pot-
 estatemq; idem sibi vindicat: ut nauigare nulli ferè genti
 aut nationi in eo licet; nisi cui is commeatum liberum de-
 derit. Iam ad alterum mundi latus, quod Africam conti-
 net conuersi, quid uspiam reperimus, quod Turcicam vim
 tyrannidemq; non sentiat? Ægyptus ipsa, & Arabia felix,
 quid alind quam tyrannidis & idolomanie Turcieæ sedes
 sunt? Algeria porrò, antè Iulia Cæsarea; Tripolis, antè

Leptis vocata: item Tunis, vel regnum Tunetarum, quod Carolus Quintus multo labore & sanguine acquisivit, nunc à Selymo subingatum seruitutem miseram perpetitur. Ita, quo cuncti aspicimus, Mahometica idolomania atque tyrannide omnia completa reperimus. Atque hæc quidem longinqua & procul à nobis remota loca sunt: propiora multo sunt in Europa, quæ tyrannus ille obtinet: Thracia, Macedonia, Bulgaria, Albania, Myria, Seruia, Bosnia, VValachia; maxima item pars Vngariae, Dalmatiae, Moldaviae, Croatiae, Selavoniae, & finitimarum regionum usque ad Carinthiam Sciriæque fines: ad quos iam furor Mahometicus cædibus & rapinis bacchatur: bellicisque moles pene vniuersa consistit. Quin Viennam usque Solymannus anno M. D. XXIX. excurrit; eamque immanibus armatorum agminibus terra marique circumcedit & oppugnauit. Biennio vero post cum sexcentis millibus hominum in Pannoniam reversus; totum imperium occidentis in ditionem suam redigere conatus est. Et ne dunc quidem quiescendum sibi esse arbitrantur, quicunque Turcicis rebus praesunt: priusquam Christianos, quos ingenti odio plerique omnes Turci prosequuntur, vel conciderint, vel sub potestatem suam subiunixerint. Certum est Solymannum, qui sese regem regum, dominum dominantium appellavit, omni ope atque contentione pugnasse, ut Romanum Imperium sibi subiuceret. Sic enim existimauit, se unum esse, ad quem imperium illud iure omni pertineret: icticeo quod Mahometes, sublato Constantino, Graecorum imperatorum ultra non, fede & sceptro imperij Romani cum vrbibus eius iam dudum potitus esset; omnemque successionis ius ad familiam Othomannicam translusisset. Itaque Carolum V. non Cæsarem, sed Hispaniam Regem, quocties mentio aliqua de eo facta est, appellare consuevit. Amarares vero, qui haec tenus imperium gessit, tanta superbia fuit; ut dominum terræ, gubernatorem mundi vniuersi, municium Dei, fidum seruam magni prophetæ Mahometi, in literarii inscriptionibus sese nominarit. Quanquam non quanto voluerint, aut conatis sint Turci; sed quantum valeant.

valeant, efficerint, aut consecuti sint, spectandum est. Soleo quidem mihi ob oculos potere saepius aliorum regum atq[ue] imperatorum opes & potentiam; sed nescio quo modo vires Turcicæ mihi omnium regnorum & imperiorum, quæ in orbe terræ sunt, facultates superare videntur. Nec inconsultò aut temerè Martinus Lutherus dixit: si Hispania, Gallia, Anglia, Germania, Italia, Boemia, Vngaria, Polonia, Daniæ vires suas coniungerent: opes ramen Turcarum vix & quarent. Quò igitur imperij Mahometici magnitudo amplior est, eò molem belli Turcici à ceruicibus nostris depellere difficultius est. Ac si ex regnorum amplitudine minus intelligi, quanta vis sit belli Mahometici, potest: ex numero copiarum, quas educere solet Turca, & stimare eā non difficile est. Nec necesse est id à capite arcessere; & ex veteri historia repetere exercitum Xerxis ex Persia contra Græcos adductum: qui (vt Herodotus scribit) amplexus est peditū decies septies centenamillia, equitū vero octoginta millia, præter Arabes, qui camelos; & pœnas qui currus agitarunt, numero ad viginti millia. Nihil etiā attinet commemorare, quantas olim copias ex Ægypto cōtra Iudeos eduxerit Sisac rex; quæ constiterunt mille & ducētis curribus, sexagies mille equitibus, & peditū multitudo innumerabili. Satis sit, quanta hoc tempore vires sint imperij Turcici, ex multis breviter summatimq[ue] describere. Totum regnum siue colluies Turcica, quanta est, non nisi ex armis conflata est: armis cœpit: armis crevit: armis adhuc stabilitur & amplificatur. Sanctum enim est lege & iure Mahometico: vt, cùm homines præceptis retineri in officio nequeant, gladio, vi, & armis coërciantur. Et quoniam armis ferè semper gauisus est mundus; & adhuc delicitatur gladijs, cædibus & rapinis hæc labens & inclinata ætas: passus est Deus in medio terræ loco exoriri armamentarium hoc Turcicum: ex quo arma in omnes partes mundi expediantur: & bellis cædibusq[ue] homines miserè dinxentur. Quid enim aliud est Porta siue aula Othomannica;

quam

quam belli officinae ex qua in Asiam, Africam, Europam
hostiles exercitus educuntur? Videas in hac ordine omnia
sic disposita & comparata ad militares usus: ut ad oppu-
gnandum, ad cedendum, ad subigendum, & domandum
nihil deesse ex illa parte videatur. Principio imperato-
rem siue tyrannum stipant quatuor millia selectissimo-
rum equitum; cum ingenti famulorum multitudine: rei
militaris scientia, audacia, celeritate, & immanitate cæ-
teris antecellente. Hos sequuntur duodecim millia Ianiz-
ariorum: qui ex Christianorum liberis selecti quidem sunt;
sed Turcos ipsos truculentia superant; & firmissimum
imperatoris Turcici praesidium, ac prope inuicti pedites
ac sclopetarij habentur. Sunt alij, præter hos, Ianizarii
numero ad decem millia: qui imperatorem comitantur, &
rursum sexies mille per arces distributi. Ac ne deceden-
tibus ex his aliquibus, inopia sit: decem millia iuuenum
passim ad usus beili, ut succedere in locum defunctorum
queant, instruuntur: ad quam quidem rem quarto quoq[ue]
anno ex Christianis ultra decem millia masculorum colli-
guntur. Atq[ue] hi quasi robur atq[ue] medulla exercitus Tur-
cici existunt: equitum vero duces summi Beglerbegi,
hoc est, dominorum domini ex singulis præfecturis: qua-
rum supra quadraginta & octo numerantur: sena vel se-
ptena millia equitum, si amplæ sunt: ad duo vero millia, si
angustæ sunt, educere in aciem possunt. Accedunt ad hos
voluntarij equites: qui nullo stipendio militant: sed ex
præda & rapto viunt: horum ad centum millia esse dicun-
tur: quanquam alij pauciores ponunt. Antecedere solent
hi exercitum bidui itinere, tanquam exploratores: & qua-
cunq[ue] incedunt, incendijs & rapinis omnia longe lateq[ue]
vastant. Hæ quotidiana praesidia sunt aule Turcicæ: &
quidem ad expeditionem in quamcunq[ue] partem orbis pa-
rata atq[ue] facilia. Bassarum vero, ex quibus duces belli de-
liguantur, tanta est copia: ut de imperio, quoties expedi-
tio suscipienda est, inter se certent. Qui vero sponte sua
exercitum sequuntur, nullo conducti stipendio; eorum
tanta

tanta est multitudo, vt s̄epe dimitti eos, ne vel oneri sint,
vel commeatus deficiat, necesse sit. Tanta pr̄sidij mili-
taris copia in nulla alia aula facile reperitur: nisi forte in
Ætiopum regis Dauidis; qui Præco Ioannes cognominatur.
Huius enim equitatus & peditatus dicitur tantus esse:
vt n̄emo percensere numerando queat. In China verò,
nuper admodum peruestigato & cognito Christianis re-
gno, vicies centena & quinquaginta millia peditum, &
quater centena millia equitum circa regem esse feruntur:
vt taceam de multitudine, quæ in singulis eius prouincijs
inuenitur. Copias duntaxat persequar eas, quas patrum
memoria & nostra Solymannus, filius eius Selymus, & ne-
pos Amurathes duxerunt. Primum bellum quod Soly-
mannus anno Christi M. D. XXI. Christianis intulit, con-
tra Belgradum, portam & clauem & propugnaculum Vn-
gariæ totiusq; Christianæ Reipub. suscepimus est; in quo
trecenta millia armatorum fuere. Alia centum millia du-
ce Mechmetbego in Transyluaniam: totidem in Croati-
am & Dalmatiam irrupere. Pax erat per id temporis fa-
ctum cum Persis: fermè vt nuuc, compositis rebus in Persia,
Turci successibus elati altos spiritus gerunt. Implora-
uit autem Ludouicus Vngariæ rex opem vicinorum Chri-
stianorum sed frustra. Inter cæteros Polonorum rex re-
sponsum dedit, ad deiiciendum animos Christianorum
magis, quam ad erigendum accommodatum. Putauit
enim impares esse Christianorum opes tanto hosti: ideo-
que pacem quibuscumq; conditionibus ab eo redimen-
dam. Sequentे anno idem Solymannus Rhodum affli-
& Græciæ propugnaculum, peregrinantium diuersori-
um, naufragorum portum miserorum asylum: quadrin-
gentis nauibus, ac bis centenis millibus armatorā: accur-
rente identidem recenti milite ex Anatolia: expugnauit
& euertit. Anno XXVI, iterum indicto bello, de summa rei
decerta turnus cum Ludouico rege Vngarorum, bis cen-
tena millia virorū contra eum duxit. Ludouicns verò vix
viginti quatuormillia ei opposuit, & in conflictu cum

quindicim millibus Christianorum occubuit. An. XXIX.
 rediit in Vngariam cum bis centenis & quinquaginta ar-
 matorum millibus, Budam oppugnauit: & Viennam Au-
 stria circum sedidit: horribili tremitu, fragore, minis & cru-
 delitate incredibili eam quassans, lacerans, & ignes, cuni-
 culos, & tormenta omnis generis admouens. At cum na-
 uare & efficere tunc nihil potuisset, anno XXXII. auctis
 copijs, in Pannoniam reuersus est: ut maioribus viribus
 Viennam oppugnaret. Habuit in hac expeditione ad sex-
 centa hominum millia, & in ijs trecenta millia equitum.
 In itinere oppidulum Vngaria Gunzium terdecies oppu-
 gnauit: eo tamen nisi per deditio[n]em potiri non potuit.
 Anno XXXVII. emissā classe centum & quinquaginta tri-
 remium, octoginta biremum, & ducentorum ac quinqua-
 ginta varij generis nauigiorum, Corcyram Venetā ditio-
 nis insulam oppugnauit: suburbia incendit: agros popu-
 latus est: multos occidit: non paucos abduxit: tum Zazyn-
 thum & Citheram vestiavit: Aeginam expugnatā, & solo
 & quavit: Parum cepit: ab Andro tributum exegit: ex Ap-
 pulia, & Tyrrheni maris ora prædas magnas fecit. An. XLI.
 iterum in Pannoniam cum ingenti exercitu effusus, Budā
 & Pestum occupauit: tum agmina magna ad vastandam
 cædibus & incendijs Austria[m] & Morauiam emisit. Anno
 XLIII. & sequente ad ducenta viginti millia contra Vnga-
 ros duxit; & arcem VValpo in consinib[us] Bosnæ Croatiae
 & Vngaria sicut, Quinque ecclesiam, Soclosiam, Strigoni-
 um, & Albam regalem in potestatem suam rededit. Anno
 L. Temesuarum cum castellis multis cepit, & agriam, quæ
 Erla dicitur, validissime oppugnauit. Anno LII. ab Hen-
 rico Gallorum rege (quod turpissimum est dico) contra
 Carolum V. initatus, classe ingenti ditiones eius infesta-
 uit. Anno LIII. Zigelum obsedit; ac plus quam decē mil-
 lia globorum in eam urbem & arcē displosit. Sed nihil est
 necesse omnes expeditiones Turcorum contra Christia-
 nos exiliter persequi: certum est, Solymannum viuo rege
 Ferdinando, sexies in Pannoniam irrupisse: eamq[ue] spacio-

centū trīginta milliarī occupasse: vrbes, arces, & oppida munitissima quæc cepisse: de quib. paucula quædam virtute & industria Lazari Schuendij recuperata sunt. Meliten quoq; intulam acerrimè oppugnauit Solymannus: ad ductis centrum & sexaginta oīo triremibus munitissimis: præter naues onerarias, nauigia & scaphas quamplurimas: & ad septuaginta oīo millia pilarum in eam iaculatus est. Mortuo autem Ferdinando, extremum furorem in Vngaros effusurus: an. LXVI. tantas copias ad excidendum & evertendum Zigelum adhibuit: vt duo millaria in longitudine compleuerint. In qua quidem obfideone ipse quoq; tremens & frendens mortem obiit: sed Zigeri tamen exercitus eius potitus est: & Christianos, quotquot Martis vis reliquos fecerat, concidit: exceptis paucis, qui Turcicis pilis testi, cum mulieribus & infantibus in seruitute rapti sunt. Eadem expeditione etiam Giulam cepit. Quid dicam de externis copijs, quibus ipse, & post eum Selymus & Amurates Christianos in Cypro, Georgianos, Persas, & Mauros aggressi sunt? Contra Tammasum Persarum regem agmina militum ingentia sepius duxit Solymannus: & quandoq; ad centum & trīginta millia hominum in pugna amisi. Selymus verò an. LXX. contra fidem iurisurandæ religione firmatam, missis triremibus centū sexaginta, biremibus & alijs nauibus quamplurimis, Cyprum Venetis eripuit. Idem an. LXXIV. classe nauium longarum rostratarum centum sexaginta: oneriarum trīginta: terrestriverò exercitu quadraginta milliū armatorū, Tunetū in Africa, & Guletam cepit. Amurates an. LXXV. rerum potitus, omissa ferè aliorum bellorū cura, omnes cogitationes & vires ad domandū Persicum regnum anticipiti contentionē distractū & miserabiliter conuulsū conuertit. Itaq; missis identidē nouis Bassis cū ingenti exercitu, Georgianos primū, tum Persas tentauit: & cædib. rapinisq; horrenda in modum usq; ad annum Christi M. D. LXXXVII. grassatus est. Quid enim postea in hoc regno gestum, aetūne sit, compertum non habeo. Tanta multitudo, copia,

numeris, atq; vis armatorum hostium non solum aspectu, sed etiam auditu terribilis est. Quacunq; enim, insistit aut ingreditur: longe lateq; omnia depopulat: & tanquam eluuius quædam homines & pecudes abripit: domos incendit: agros vastat: & nihil incorruptum aut inviolatum relinquit: ac si vita ipsa non priuat, bonis tamen omnibus spoliat: & in tristem morteq; ipsa acerbiorem seruitutem abducit. Si quis verò adeo ferreus est, vt neq; numero, neq; vi tantorum hostium percellatur: is horribili crudelitate, quam hæc immanissima gens exercet, commoueat necesse est. Tantæ enim fæuitæ atq; iniquitatis exempla nobis Turcica historia suppeditat; vt eorum recordatione nemo sit, qui non intimis sensibus exhorrefcat. Nolò attingere longinquæ: nec exemplum Mahometi allegabo, qui anno Christi M. CCCC. LXXIV. in pugna ad Euphratem sex millia Persarum & octingentos cepit de ijsq; singulis diebus, quib; stativa habuit, quingentos iugulari: inseptulosc; dispergi iussit: vt totam Armeniam horrendo cadauerum spectaculo compleret: vnum Solymannus tot documenta barbaræ ferocitatis præbet: vt terrorem iniicere summum queant. Anno XXIX. in obfidence Viennensi in imbellem turbam ira & fremitu ingenti percitus ita fæuit: vt infantes medios secuerit; fœminas & senes palis fixerit; verubus transfoderit: & gladijs disciderit: captiuorum verò supra sexaginta millia in seruitutem rapuerit: vites & arbores in agris succiderit: & nullum immanitatis genus prætermiserit. Anno M. D. LVII. Corcyram insulam cum classe invasit: oppidula cum vicis prædatus est: & amplius sex millia captiuorum caiusuis ætatis & sexus Constantinopolim adduxit: vbi facto præconio, fœminas, mares, iuuenes, & senes Christiani per exiguo precio venditi sunt: quod in thesauros regios repositum est. An. XLIII. capta per deditiōnē Alba Regali, quingentis viris fortib; virilia membra execuit: eosq; rafit, & passim per Græciam dispersit: vt vi & oria partæ restes

stes essent. Captus quoq; eodem tempore Tartarus vnum ex ijs, qui pradas maximas in ea regione fecerant, binum ultum infantem ambesum in pera habuit. Ex quo coniectura capi potuit, quantopere gens illa immanis in carnes & viscera Christianorū sanguinat. Mortuo autē ad Zigerū Solymanno, Tarcari infantes medios dissecuerūt; hastisq; affixos ad ignem assarunt. Adeō hoc immanegenus hominū carne Christianorū, & vberib. feminarū delectatū est. An. LXVI. cūm classis Turcica, Melites si obsidione relictā, Constantinopolim reverteretur: in itinere Chium insulam Aegaei maris adorta est. Fuit autem ea inde usque à Græcorū Imperatorum temporibus libera: & ne à Turcis inuaderetur, sponte sua tributum auncum pensitauit. Nihilominus classi præfectus Pialis tunc in ferijs Paschatis, quas more institutoq; maiorum Christiani illuc celebrabant, nihil tale metuentes: multo minus meritos ex insidijs oppressit. Euocauit enim præsidem, reliquumq; magistratum in prætoriam triremem: mox palatum & arcem Turci occuparunt: Christianos magistratu abdicarunt: Turcos in locum eorum substituerunt: templaque Christiana solo & quarunt; reliquio vnicco S. Dominici: quod statim ritibus Mahometicis initiatum est, & idolomania Turcicæ consecratum. Abdicatus verò magistratus cum familia tota Constantinopolim missus est: indeq; in variis regiones deportatus. Hec miseranda clades ad Gallicum regem delata permouit illum: vt pro oppressis Christianis deprecaretur: qui etiam pro foedere & coniunctione, quæ est inter ipsum & Turcam, obtinuit; vt exilibus in patriam redeundi potestas darent: & umbra aliqua libertatis restitueretur: ea tamen conditione, ut prouocatio ad imperatorem Turcicum fieret. Anno M. D. LXXI. expugnata Cypro, supererat Famagusta; quæ tamen destrita Christianorum ope; Turcorum violentam & diuturnam impressionem sustinere amplius non poterat. Itaque Bassæ Turcico sese dedidit, ea conditione; ut liceret Venetis, qui in obsidione erant, saluis corporibus, armis,

facultatibus, & quinq^u machinis bellicis in Cretam discendere: Christianis verò illic mansuris, tam religione, quam rebus suis frui. Hanc conditionem probavit Mustapha, Bassa Turcicus: & subscriptione sua confirmauit. Sine moraigitur Veneti nauibus imponere cuperunt ea, quæ à duce Turcico impetrarant. Ante discessum verò Venetorum p^raefectus Bragadinus quosdam de suis ad Bassam Turcicum misit: clademq^{ue} more dediditorū tradidit. Bassa quidem missos ad se humanissimè accepit: Sed videre sese cupere ostendit prius Bragadinum: aliosq^{ue} primarios milites, à quibus tanta fide & fortitudine Famagusta defensa esset: Ideoq^{ue} ut ad se venirent, postulauit. Accessit necessitate compulsa Bragadinus, quinquaginta selectioribus militibus comitatus. Acceptus est primum benignè: sed præter spem & opinionem in tentorio Bassæ detentus: audiuit confita quædam aduersus se crimina: quasi ad se missos legatos contraius gentium male tractasset: & causam necis eorum dedisset. Ob id ira incitatus Bassa vinciri iussit cunctos: nec multò p^ost productos ante tentorium in conspectu suo in frusta secari: Bragadinum verò, auribus prius amputatis, viuum excoriari. Est autem digna omnium posteriorum memoria huius Bragadini in summis cruciati- bus patientia, fides, & constantia in confessione Iesu Christi. Hunc enim quoties astantes magno numero Turci & Iudei per contumeliam nominarunt, illuserunt, aut illi exprobrarunt: ille inuicto animo defedit, inuocauit, & salutem se ab eo petere & expectare æternam ostendit. An. M. D. L XXXVI. capto Taurisio Persicorum regū sede antiqua: potestas data est Turcis prædandi, rapiendi, inuadendiq^{ue} fortunas & homines: quantum quisq^{ue} posset. Mox libido, auaritia, crudelitas, & furor tantus vrbe tota exarsit: ut planè nullū flagitium, nullum scelus, nullum maleficium tererrimū prætermitteretur. Neq^{ue} est ullius hominis facultas tanta: ut vel atrocitatem effrenatae ac furiosæ cupiditatis efferre: vel gemitum, squalorem, eiulatum liberorum & parentum, lacrymas sauciatorū, deprecationes senū, communem

munem dñiq; incolarum formidinem, trepidationem, dolorē in extrema miseria atq; calamitare eloqui possit. Virgines viciatæ sunt; liberi à parentum complexu auulsi; ædes fractæ & exustæ; omnia bona direptæ; nec vlla particula ciuitatis inuiolata est relicta. Semel id factum: sed iterum & tertio multò crudelius & miserabilius. Prædæ tanta fuit magnitudo: vt aliquot millia canelorum ijs operata sint. Ac inter manubias ferè unusquisq; puellulam aut adolescentem, in quibus species aut forma erat liberalis, secum abstulit. Vnicum adhuc crudelitatis ingentis exemplum adiungam de Drusis: qui reliquæ sunt Gallorum illorum, qui tempore quodam ad recuperandum sepulcrum domini in Iudeam profecti sunt: & loca inter Ioppam supra Cæsaream Palæstinam, & Iordanis fontes, ad Libani latus incolunt. Christianam quidem religionem profitentur: sed doctum tamen prophetæ sui Ismani sequuntur: vitamque professioni prorsus contrariam agunt. Turcicam tamen idolatriam & dominationem detestantur: omnique contentione, velis (vt ita dicam) remiscy fugiunt. Ad eos igitur delendos missus Ebraim Bassa non tam vi manifesta, quam fraude & perfidia occulta eos adortus est. Nam & ducem eorum verbis & promissis humanissimis ad colloquium allestitauit: & quotquot ad ipsum venerunt, eos immaniter excruciatos sustulit. Erant autem de his Drusis viri trecenti quinquaginta, præter cæteros ad defendendam patriæ suæ libertatem parati. Præfectus verò eorum erat Macadenus: qui honoribus & præmiis ab Ebraim Bassa ad se delatis inductus: in castra cum selectis illis viris ad tyrannum accessit. Quid Bassa? Præfectum mox in vincula coniicit; viros vero, qui cum eo erant, in vineam duci iubet: & ad unum omnes cōcidi: Præfectum autem ipsum per summum scelus violata fide, viuum excorjari: prius tamen, vt dia cruciaretur, tergo eius perforato, & in tribus partibus carne execta. Quid est, quod ad magnitudinem & acerbitatem huius crudelitatis accedere posse?

Quid est, quod tam angeat belli
Turcici

Turcici atrocitatem; quām augent hēc ipsa tam horrendæ immanitatis exempla? Quæ quia perulgata sunt, & patent omnibus: minūs mirum est, nonnullos, quibus libertas & pietas cordi est, vitam ipsam profundere malle, quām tyrannidem tantam subire. Quare dubitandum non est, quin omnibus votis, summisq; gemitibus tantam belli molem deprecari debeamus; tum studio etiam & viribus cunctis in id incumbere; vt armis iustis vim tantam à cervicibus nostris depellamus. Quò autem atrocius hoc bellum esse intelligimus; eò etiam maior necessitas illius gerendi nobis obuenit. Concurrunt autem hoc loco multa, quæ necessitatē huius belli demonstrant: primū perfidia gentis Turcicæ; deinde seruitutis asperitas: tūm religionis periculum. Ac perfidiæ quidem exempla sunt notissima; quæ ad vnam summam referuntur omnia: non esse fidei habendam Turcis: nisi cùm nocendi aut violandi datam fidem facultas nulla datur. Qui autem fidem violat, oppugnat omnium commune præsidium, vt noster Cicerō ait. Itaq; frustra ad Turcorum fidem confugiunt Christiani: & nequicquam eorum opem vieti implorant. Recentia duntaxat perstringam. Anno M.D.XXIX. Budam venerat Solymannus: eamq; ferè vacuam ciuibus obmetum, arcem tamen militis Germani præsidio munitam repererat. Hanc cùm euertere cuniculis conaretur Tyrannus: Germani, defensionis spe abiecta, cum hoste pari sunt: vt saluis rebus suis abire sibi liceret. Quid Tyrannus? non habita villa date fidei ratione abeuntes cum sarcinis suis milites ad vnum turcidari iubet: custodem verò arcis incolumem dimitterit: quod illo inuito facta esset deditio. Anno M. D. XLIII. cum Quinquecclesias cepisset Solymannus: & Soclosiam arcem circumsideret: vicini populi metu fracti, sponte ditionem fecerunt. Iussi autem sunt commeatum omnem in castra Tyranni apportare. Quo facto, iudices pagorum Solymannus accersiuit: imperauitq; vt postridie singuli cum suis subditis redirent: reuersos verò instar pecudum iugulandos

dos maſtandosq; curauit. Idem tyrannus , cùm Albam regalem cepisset : in loco quodam plano non procul ab urbe conuenire iussit vīcos , quasi in fidem eos recepturus. Venerunt eō , quibus imperatum erat , deposito squalore : armis ac vēstītu solito induiti ; & in aciem ordinemq; redacti . Tyrannus aliquāndiu obequitans , & aciem inspe&tans : tandem , ut arma abiijcant , præcipit ; non nullos ex omni numero viribus & corpore valentiores se legit : reliquos à tergo circumuentos gladijs suis concidendos curat . Erat tunc statutum deliberatumq; Tyranno ; nullum exemplum crudelitatis prætermittere : Ic- circè alios suis gladijs confodit : alios iaculatoribus pro scopo oppōsuit : alios suis filijs , quorum duos secum adduxerat , obiecit : exploraturus , vter eorum vulnera infligere profundiora ; aut plagas edere conspectiores : atq; adeò plus sanguinis è corporibus Gaurorum (quo nomine Christianos appellauit) elicere posset . Memorat hi- storia Noricum quendam magnitudine & robore corpo- ris antecellentem , adductum esse ad Nanum tyranni filio apprimē carum : ut ab eo per ludibrium concideretur . A- stitit hic prægrandis vir , celso & erecto corpore , instar Rulandi . Nanus verò vix genua eius attingebat : & iclus crebros cruribus illius infigebat . Spectaculum erat iu- cundum Turcis : at valde luctuosum Christianis . Tam diu enim imperitus est fortissimus miles ; donec conciden- dens vulneribus passim toto corpore acceptis expirauit . Factum hoc est ad Bedam anno M D. LI. Compertum omnino est exploratumq; omnibus ; pariter vīcos & de- ditos eodem loco à Turcis haberi : fidemq; Mahometi- cati nihil aut parum differre à perfidia . Vnum exemplum seruare fidei à Solymanno legimus in Rhodi expugnatio- ne anno XXII. Cùm enim fortissimi milites Christiani de Christianorum ope desperasset penitus : dedere urbem & insulam hosti barbaro coacti sunt : quod tamen factum est ea conditione : ut saluis corporibus & rebus suis abire eis concederetur . Nam fidem summa constanta serua-

uit Solymannus: misertus insuper etiam Magistri ordinis: qui tanta fortitudine insulam & urbem tutatus esset: & iam ætate aucta, viribusq; infirmis in exilium proficisci cogeretur. In cæteris fidem in perfidiam ferè conuertit: & cum benevolentiam simolauit, acerbatis & sauitiæ virus effudit. Perfidiam autem Turcorum semper sequitur vel cædes deuictorum, vel in seruitutem traditio. Soleat enim Turcorum exercitum comitari ingens turba mangonum cum longissimis catenis; quibus captos Christianos vinciant: & serie longa quinquagenos aut sexagenos trahant: ita ut unius passus interuallo incedant; ne se mutuo conculcent: hos nocturno tempore locis munitis includunt, ne a fugiant: nonnulli etiam talium captiuorum pati libidinosa ab impuris mangonibus coguntur: inde quam miserabilis sæpe audiatur ploratus & gemitus, non verbis explicari potest. Non enim ætas impubes à vi fœdissimæ libidinis tuta est: Turcorum vero quæstus hic longè uberrimus est. Ac de captiuis quidem decimum quenq; imperator Turcus sibi vendicat: eumq; ad certum genus laboris, cui aptus est, destinat. Puellas quidem & iuvenes artificijs instruendas curat: viros ad agriculturam, aut alia opera adhibet. Nonnullis etiam virilia exciduntur cum magno vitæ discrimine: ut eorum usus ad sceleratissimam libidinem esse possit. Suntque magistri ordinati, qui opera à singulis exigant, cessantesq; flagris cedant. Puellæ & fœminæ quandoq; ad fœdissima munia detruduntur: ut heras suas sequantur cum aquæ vasculo, & partes absconditas post alui exonerationem purgent. Durâ omnino & miseranda est talium captiuorum conditio: durior tamen longè eorum, qui nullam artem machanicam didicerunt. Hi enim tanquam inutilia terræ pondera absq; illa commiseratione per saxa, per niues raptrantur: fame, siti, & squalore perpetuo macerantur: nec finis miseriaram ullus apparet, præter mortem. Quin incantationibus etiam uentur Turci ad retinendos in seruitute captiuos; quibus credunt vel in uitios cohiberi posse. Fugere

gere autem qui volant, in periculum summum sese inferunt. Aut enim naufragijs pereunt; aut à bestijs vorantur; aut fame contabescunt; aut ex fuga retrahuntur; & multò inclementius quām antē tractantur. Talibus enim vel plantæ pedum scinduntur sale in fissuras insperso: vel furca ingens cum ferro collari illis circundatur. Non sinit me pietas hoc loco præterire Armeniorum & Græcorum fidem & benevolentiam insignem erga captiuos Christianos; quos, quantum possunt, in fuga adiuuare etiam cum periculo suo interdum solent. Gratiam igitur illis debeimus perpetuam: & si vicissim conferre aliquid in miseros exules possimus: propensam nostram voluntatem in eos esse decet. In fōrum quoties captiui tanquam ouium aut caprarum greges producuntur, ut vendantur; detraictis vestibus omnia membra eorum explorantur, nunquid vitij habeant. Venditi vero onera mandata ferre; vel iugo copulati aratrum ducere coguntur: nec licet cum vlo faciliè colloqui. Si qui etiam liberos procreant, vernæ & ipsi fiunt. En tristis seruitus. Sed tristius multò est conscientiæ periculum, quod in hac servitute Christianis impendet. Si nul ac enim puella aut iuuenis in seruitutem datur: ad suscipiendam circumcisionem, abnegandamq; Christianam fidem solicitatur: & fere semper meliore conditione esse solent, qui Christianam religionem abiurarunt. Hinc (proh dolor!) fit, ut iuniores facile religionis Christianæ obliuio capiat. Exemplū memorabile & recens est. Erant duo fratres in Georgia, quos Mustapha Turcicus Bassa traude & vi circumuentos Constantinopolin attraxit. Christianam religionem, more gentis suæ, profitebatur uterque. Sed Turci operâ dabant enixè, ut à fide Christi ad Mahometicam religionem eos abducerent. Quod cū nullo alio pacto fieri posset, gubernationis munus ei polliciti sunt; qui è Christiano Turca fieret. Ac maior quidē natu animo magno has illecebras aspernatus est: & fidem in Christum retinuit, quamcumq; fortunā subire paratus: Minor vero gubernationis cupiditate incēsus,

Christum nefatiè abnegauit; & circumcisione accepta, Mahometum profiteri cepit. Habet quoq; Turcius imperator ius potestatemq; optimum quemq; ex Christianorum liberis deligandi, & Mahometica religione imbuendi: vt eorum vsus in obeundis reipub. muneribus esse possit. Quanto cum gemitu & dolore parentum & cognatorum id fiat: cogitatu; quam diu, facilius est. Abstrahuntur enim liberi à parentibus & cognatis: & quod atrocius multò est, auelluntur à Christo, & addicuntur Mahometo. Narrant Græci ipsi, qui ad nos commeniant interdum; pueros Christianorum Turcicis ritibus atque moribus informatos, Turcis ipsis esse truculentiores: ob idq; nigri Diaboli vulgo appellantur. Maiores natu & sacerdotes etiam in regno Turcico Christi quidem non tam facile obliuiscuntur: sed miseris tamen modis tractantur. Turci enim pleraq; templo suo Mahometo consecrant: vix vnum aliquod humile aut ruinosum Christianis relinquent. Campanas, organa, & musicam tollunt: potestatem conciones habendi admittunt: publicorum munerum armorumq; vsu priuant: contumelias in Christum, vel in Christianos impunè iactant. Qui verò de Mahometo aliquid loquitur indignius: huic vim adlibent, aut incendium parant. Est ergo bellum contra Turcam, non tam libertatis, quam ipsius religionis causa necessarium. Etsi enim ad religionem Turcicam non facile quisquam compelli videtur in regno Mahometico: tamen non solum allestantur ad eam suscipiendam iuniores: sed attrahuntur etiam: & multi quotidie reperiuntur; qui spe honorum atque præmiorum, relicta humili conditione Christianorum, sponte se ad Mahometistas aggregant. Sunt reliqua Constantinopoli templo Christianorum complura; quæ hactenus per Mahometi II. sequentiumq; Imperatorū priuilegia steterunt: An. autē M.D.LXXXIV. parum absuit, vt non omnia in Moscheas; sive templo Turcica conuersa sint: vix Græcorum, Armenorum, & aliarum gentium Christianarum precibus obtineri potuit,

vt duobus erectis, cætera Christianis relinquenterentur. Quam facile verò in tanto contemptu Christianæ religiosi sensus pietatis evanescit, & ex animis effluit! De nobis quid fiat quotidiè experimur. Languescit miris modis cultus Dei: & amittitur doctrinæ integritas: etiam cum assidue tractatur & inculcatur; nedum in tanta contemtione, squalore, & negligentia. Nullum præterea genus hominum deteriori loco & conditione est in regno Turco, quam Ecclesiasticum: quod labore manuum cogitur non victum tantum parare, sed etiam tributum. Singuli enim singulos ducatos annuatim pendunt: quod nisi faciunt, oportet eos vendere liberos: aut perpetuum subire carcerem. Quam cara igitur nobis est religio pura & integræ: tam curæ etiam nobis esse debet bellum contra Turcam: qui nullum pietatis Christianæ, nullum legum, nullum libertatis officium iniuriam relinquit. Vera enim est, & omnium æratum testimonio comprobata Poëta Græci sententia: Barbarus sit, qui diu inter barbaros versatur. Aliquando seuerius appellaui Græcos, qui stipis aut eleemosynæ, ut ipsi vocant, colligendæ causâ ad nos commeam: sacerdotes præsertim: quod non plus operæ aut studij in doctrina Ecclesiæ, aur linguæ patriæ collocent. Barbari enim sunt plerique omnes: ignari sermonis patrij: nec doctores Ecclesiæ græcae Nazianzenum, Basilium, Chrysostomum legerunt: multò minus historicos, oratores, aut poëtas græcos cognoverunt. Sed hoc responsum plerique dederunt: non plus temporis aut ocij se literarum stadijs tribuere posse: quam labor & cura vietus, tributiq; anni concedat. Et cum concionum usus apud eos nullus sit: facilè intelligitur, etiam discendi atq; docendi operas omnes negligi. Scholas planè nullas habent, nisi quibus Arithmetica, & forte etiam Musica traditur. Vbi autem fementis nulla sit, quæ spes frugum aut messis esse potest? Iacent literæ: friget religio: abolita est libertas: seruitutis iugo horrendo oppressa sunt omnia. Quod quò intolerabilius & formidabilius est: eò majori

nefarijs Turcorum conatibus statuamus. Quam quidem ad rem complura sunt, quæ nos excitare atq; inflammare debent: In priuis gloria Dei, & filij ipsius Iesu Christi; cuius maiestas & honos agitur. Non enim patitur Mahometicus foror Christum ad dexteram Dei sedere: sed detestanda audacia imperium omne ei derogat: & autoritatem dignitatemq; Christo debitam impio & execrando suo Mahometo tribuit: huic robur & potentia, Christo infirmitatem affingit. Quam igitur necessaria est nobis Christianis domini nostri Iesu Christi professio: tam necessaria etiam est eiusdem nominis & gloriæ defensio, & à contumelijs Mahometicis vindicatio. Et quoniam aliud nomen nullum est datum nobis, per quod salutem consequi possimus, nisi nomen Iesu Christi: etiam propugnare pro hoc Seruatore nostro non minus, quam pro ipsa salute nostra, debemus. Postulat deinde ipsa mater Ecclesia nostram in arcendis Turcis curam & diligentiam. Estenim Turcus hostis Ecclesie Christi, & etiam si tributo accepto, viuere sub imperio suo finit Christianos: tamen Ecclesia sub tanto hoste atq; tyranno qualis potest esse! quam est miserabilis status Ecclesie Græcæ! quam tristis facies Ecclesie Asiaticæ, & Africanæ! quam immani & horrenda barbarie contaminata vbique sunt omnia! Videlimus quanta vis sit & magnitudo iræ diuinæ; quæ, vbi semel exarsit, non facile restringitur. Effudit Deus iam dudum furorem suum in eas gentes: ad quas omnia sua bona transtulerat: & quibus lucem verbi sui cumulate tribuerat. Huius furoris reliquias omnes posteri sentiunt: & Turcicæ tyrannidis iugum etiam nunc ferre coguntur: nec semel suscepimus illud de ceteris suis deiectere possunt. Non dissimilis fortuna nostra erit: nisi maiori fide, cura & diligentia tueri communicata nobiscum Dei bona studuerimus. Quare providendum est etiam nobis; ne eodem modo iusta Dei ira aduersus nos exardecat: & in immanium Turcorum potestatem redigamur: unde liberatio sperari nulla possit. Flagitat hanc ipsam animad-

animadversionem atque studium etiam patria : cuius libertas omnis in hoc bello agitor. Turcica enim tyrannis nihil libertatis reliquum facit. Vbi autem libertatis nihil est ; ibi nec iuris, nec æqui cura est : vbi iuris & æquitatis nihil est ; ibi neque ego meum , neque tu tuum tueris aut custodire possumus ; sed iuriæ, cupiditati, avaritiæ, & violentiæ subiecta sunt omnia. Tolle iura, & quis dicet, Hoc meum est ? Iam sub Turcicaytannide ius neq; auditur, neq; admittitur. Quām igitur horribilis confusio in ea sit, & stimare quilibet potest. Ins dicunt, non qui iura didicerunt ; sed qui armis tractandis ab intente & ate assueverunt : his subesse imbellies Christianos, his parere necesse est : apud hos si de iure querat aliquis ; id ferè audire cogitur ; quod ab Antigono seniore audiuit is, qui liberum de iusticia conscriptum illi exhibuit : Sic enim respondit Antigonus : Despis , qui cùm me videoas alias urbes armis vexare , de iusticia tamen mihi audes concionari. Quin etiam superbia Musulmannorum sive Turcorum tanta est : vt despiciant & pro nihilo putent Christianos : adeo vt , si quis eques Christianus Musulmannum præterit, de equo descendere cogatur : & cernuo vultu sedentem Turcam adorare : hoc nisi faciat, de equo deiici solet. Tali seruitus si nobis indigna , si turpis, si intoleranda deniq; videtur : impellere nos debet , vt omnes vias persequuntur , quibus tueri nostram libertatem possimus. Ac si nihil horum , quæ recensui , tantam vim haberet , vt nos ad oppugnandum Turcam acueret : tamen suspicio, gemitus, lacrymæ , & assidua vota captivorum & detentorum sub Turcico imperio Christianorum animos flectere ad misericordiam deberent. Hi enim defatigati ac languentes ingo acerbissimo seruitutis dies ac noctes , animos & eculos ad nos conuertunt ; precibusq; & ope nostra se iuvari perit. Deus bone ! quām grauiter hi sub me tanta ingemiscunt , quantum vim lacrymarum profundunt ! Quos quidem gemitus, plangores , & voces lacrymabiles si minus auribus exaudimus ; animis tamen & intimis sensibus pereipere possumus

possimus atq; debemus: decetq; adeo nos identidem ad eos respectare, & voces precesq; nostras cum illis coniungere: vt per latum & desiderabilem aduentum Filij Dei ad iudicium, si alia ratio forte nulla inueniatur, ab hoc immanissimo iugo liberentur. Quod nisi facimus; tanquam immites & immisericordes conserui poenas graues Deo exsoluemus: ab his verò fratribus & sororibus nostris, q; in seruitute sunt, diris & execrationibus deuouebimur. Hæ rationes satis magnæ ad demonstrandam belli Turciæ necessitatem mihi esse videntur: acerba scilicet seruitus, quam Mahometicus dominatus importat: religionis imminutio: Ecclesiæ clades: gloriæ Christi obscuratio: libertatis omnis, iuris & æqui euersio: assiduis denique oppressorum Christianorum plangor, & spes auxiliij in nostris precibus & adminiculo posita. Superest, vt quibus armis præsidijsq; viad repellendum hostem tantum conueniat, explicetur. Sunt autem dæo, quorum ope atq; opere profligari atq; euerti Turcam s̄poret: unus est Christianus, alter Rudolphus. Christianus quidem precibus: Rudolphus verò armis & gladio pugnat. His nisi Turcarum potentia frangatur & debilitetur; tuti esse ab illorum impressione violenta non possumus. His præsidijs iam olim Israëlitæ hostes suos Atmalecitas, Midianitas, & alios fuderunt. Preces enim sunt, quæ diuinum numen sceleribus nostris violatum placant: arma verò, quæ vim hostilem atq; imperium à nobis propulsant. Orante Mose, pro salute Ecclesiæ & Reipub. sūæ propugnabant Israëlitæ in deserto: Gemente & clamante populo, iudices Israëlitici prolege & pro grege suo dimicabant, hostesq; devincebant. Sæuiente Maxentio & Maximino, Christiani preces & vota pro Ecclesia faciebant: Constantinus verò manum cum hoste conserebat. Juliano ignem & minas aduersas Christianos spirante, ipsi precibus ad Deum conceptis se se muniebant; & tyrannum furentem, & crudelitatem ex insimo pectore anhelantem interimebant. In Viennensi obsidione, cùm Turcæ omni opere & machi-

machinis urbem oppugnarent: eamq; iam spe & cupiditate deuorassent: Christiani hymnos sanctos, & dominum suo Iesu Christo gratios cecinerunt. Fridericus vero Palatinus Comes cum suis militibus arma ad arcendum hostem pro salute communi cepit. Etsi igitur tormentorum vim maximam adhibuit Turca: adeo ut cœlum tegi glandium & missilium multitudine; tellus vero tremere & ingenti mugitu percelli videretur: tantum tamen preces armag; Christianorum valuerunt: ut territus fractusq; Tyrannus cum indignatione summa recedere coactus sit. Cum idem tyrannus Gunzium exiguum oppidulum, neq; arte, neq; opere, neq; natura munitum, ob sideret; eiusq; oppugnatione die ac nocte vrgeret: inclinata iam ad ruinam omnia esse videbantur. In oppido enim centum duntaxat milites cum præside Nicolao Iurischizio erant: at hinc non tam armis, quam precibus summa contentione pugnabant: & quanquam fortitudo ducis & militum tanta fuit, ut hosti etiam admirationi esset: tamen plus profecerunt deprecationes Christianæ, quam confictiones cum hoste. Cum enim in extrema fortuna circumfessi starent: imbellis ætas, senes, pueri, matres familias, voce contenta & ad miserabilem sonum inflexa, Dei fidem, misericordiam, & opem imploravunt. Estq; hoc ciulantium clamore ita conterritus hostis: ut milite armato undiq; oppletum esse oppidulum pateret. Itaq; percussus quasi dimino quodam pauore expugnationem in medio cursu victoria abruptus; & nemine persequente, aufugit. Verumq; igitur præsidum ad oppugnandum Turcam adhibendum est: ut & domi precemur: & foris præliemur; animis vota faciamus: manibus vero hostem repellamus. Preces vero oportet esse ardentes, frequentes, & puras. Nullus enim cultus, nullaq; invocatio potest placere Deo aut placare iram eius: nisi mens incensa sit timore Dei, fidei, ac sensu iræ diuinæ, virginiumq; vel certè impendentium malorum. Neq; etiam fieri potest, ut ardens oratio ad Deum perueniat: nisi ardeat, qui orat. Est ergo ne-

cessarium in hac parte, ut animis attentis cogitemus iram
 Dei aduersus nos inflammatam; & magnitudinem calamiti-
 tum nostrarum consideremus: tum iusto dolore scelera
 nostra detestemur: ac vero gemitu pœnam deprecemur.
 Hic enim locum habet id quod Deus aquid Ezechielem
 ait: Quæsiui, nōm quis esset, qui se opponerebat quasi mu-
 rum pro Ecclesia & populo, & sedare studeret iram meam.
 Rupturam sanè fecit Dominus magnam: dum iterum par-
 tem de Christianorum sede in Croatia detrahi à Turcis
 passus est. Huius enim extrellum oppidum & arcē VVi-
 hitsch, quæ annos centum quinquaginta iam propugna-
 culūm Christianæ reipub. aduersus Turcas extitit; cum a-
 lijs castellis & vrbibus illi occuparunt; multa hominum
 millia, sine discriminē sexus, ordinis, & conditionis tru-
 cidarunt: reliquam multitudinem in seruitutem ipsa mor-
 te duriorem abduxerunt. Quæ quidem repentina & vio-
 lenta impressio, quò magis contra opinionem nostram
 accidit: eò grauius mentes & animos nostros percellere,
 & ad emendandum mores & viram incitare debet. Im-
 minent ijdem ex omni parte infesti in Styriam, Carinthi-
 am, Carniam, Foroium: & erecī paſsim in Vngaria
 cum minis & immani terrore vagantur. Quò sane magis
 excitanda est cura & animaduersio: & ita velut è superiore
 loco concionandum: Indies, Christiani, magis exardeſcit ira
 Dei, & cumulatur pœna: quia atrox insertur contra nos bellum, in-
 gensq; à Turca impendet periculum. Occurrite ergo flagranti numinis
 diuini ira, placare Deum precibus ardentibus studete: & dum in
 cursu est furor Turcicus, omni contentione resistite. Ardere hic
 necesse est concionantem: ut ardens oratio eius ad audi-
 tores perueniat. Ardete oportet auditores: ut vero a-
 nimi imperu ad mitigandum Deum iratum, & auerten-
 dum horribile bellum incuibant. Vi enim tubæ sono ad
 præliandum excitantur in acie armati: ita orationis gra-
 uitate adorandum inflammandi sunt togati: ut, nisi se-
 riō & ex animo orient, pereundum sibi cum omnibus, quæ
 possident, statuant. Cui ergo cara est patria; iucunda
 Ecclesia;

Ecclesia; grata salus publica & priuata; dulcis vxor, liberi, domus, suppellec, agri:is, nisi oret, omnia ab immanibus Turcis direptum inflammatumque iri leiat. Aspiciat modò vnuquisq; ea, quæ cara habet: & quò agriclus ea amissurus est; eò ardenter animo precetur. Philippus Melanchthon aliquando ex Milnensis ludi visitaione domuni reuersurus; tractum atque nissimum ad Albinum inter duos montes situm, flumine, valle, vineis, pratibus, & arboribus vndiq; vestitum accuratè intuens: lacrymas profudit; idq; cur faceret interrogatus, respondit: Doleo hætam culta loca prædæ barbaris Turcis fore. Sic tua domus, tuus hortus, tua vxor & liberi & quæcunque alia cara habes, prædæ hostibus erunt: nisi precibus iram Dei auertere; & mitigationem penæ flagrantis impetrare studueris. Siue enim omen hoc sit Melanchthonis, siue coniectura: certum est, nisi penitentiam egerimus, nos cum omnibus, quæ habemus, perituros esse. Obuer-satur animo meo dies & noctes terræ motus, qui anno XC. Viennam & vicina loca conquaflavit. Non enim obliuisci possum Pliniani dicti, quod de Romana urbe pronunciauit: Nunquam vrbis tremuit, ut non futuri aliquius euentus id prænuncium fuerit. Nihil opus est exemplis ex veterum aut recentium rerum memoria petitis. Facile est cuius ex ijsdem causis antegressis eosdem effectus ratiocinari. Frequentes deinde processus nostras esse oportet, & crebras. Quò enim maior est necessitas; eò magis urgenda & frequentanda oratio. Sine intermissione (inquit Paulus) orate. Si cessat Turca; cessare potest aduersus illum nostra oratio. Sed si is in opere suo noctes & dies pergit: res cogit nos etiam summo studio perseverare in preicatione. Hic iterum contendenda est vox: & exacuendi Christianorum animi: ut, quoad orant, consecuturos se se aliiquid laxamenti arbitrentur: simul ac verò relanguent, aut de studio suo perseverantiaq; aliiquid remittunt; periculum intendi existimant. Mosi quid acciderit, historia peregrinationis

Israëlitarum indicat. An non , quoties ille manus leuabat , exercitus Israëliticus prosperè pugnabat , & hostem profligabat : simul ac verò manum suam remittebat , hostis vincebat : Ita dubium nullum est , inuentos esse haecenus Christianos : qui Turcam precam suarum assiduitate represserint , & à finibus nostris propulsarint . Ac nunc , quoniam iterum ille hostis adeo saeire in nos incipit : argumento est , nos ocio & languore à cura precandi abducōs esse . Quamobrem , si denuò quietis , si pacis usuram aliquam expetimus ; denuò orandum nobis esse sedulò frequenter & statuamus . Deniq; pura oratio nostra esse debet : id quod Apostolus præcipit , cùm iubet nos manus puras leuare , hoc est , non pollutas malo proposito in peccatis perseverandi . Nam & apud Esaiam Deus disertè negat , se exauditurum esse multitudinem precum , si manus sint repletæ sanguine . Sic igitur orandam nobis esse sciamus , ut omne præpositum peccandi , omnem libidinem , avaritiam , superbiam , luxum , priuatæ vindictæ & cupiditatem , & alia delicta , quæ Deus odit , abijciamus : & mente sancta atq; integra ad Deum accedamus . Inspiciat modò se ipsum quisq; : & quæ in se deprehendit iniqua , superflua , aut inuisa Deo aut proximo , corrigat . Odit autem Deus etiam omnem insolentiam in gestu , vestitu , & viatu . Hanc ergo quam diu usurpas , precari recte non potes . Hic iterum contendenda vox est ; & ad curam abijciendi superbiam , libidinem , luxum , & vestium nouitatem atq; insolentiam inflammandi Christiani : ut non prius credant , se exaudiri à Deo in hoc summo periculo posse ; quam manus puras tollere ad ipsum ceperint . Et est profecto amentia summa , in calamitate accedere ad Deum audere : nisi gestu & vestitu etiam luctum & squalorem praetereferas . Saccus enim & cinis est pœnitentium habitus . Hoc usus est in medio omnium rerum certamine atq; discrimine populus Israëliticus . Sic enim scribitur in historia Iudith : Vniuersus populus serio inuocabat Deum : & ipsi ac coninges eorum humiliabant se cum ieiunio & preca-

precatione : Sacerdotes verò circumdederunt sibi saccos : & infantes iacebant in vestibulo templi domini : & altare domini tegebatur sacco : & clamauerunt ad Dominum Deum Iſraēl magno consensu; ne abducerentur uxores & liberi eorum ; & ne ciuitates vastarentur, & sanguinum ne pollueretur : deniq; ne ipſi ludibrium fierent Ethniciſ. Et Ioiakim ſacerdos magnus domini lustrabat regionem : & horribatur populum Iſraēl, dicens : Certò vobis persuasum ſit : idq; exploratum omnino ducite : quod Dominus ſit exauditus preces vestras : ſi perſue-rabitis in ieunio, & preicatione coram Domino. Quanta item dementia eſt, Turcas, cum oppugnare Christianos volunt : tota die & nocte ieunare : quemodmodum in op-pugnatione Constantinopolis fecerunt : Christianos verò in necessaria & legitima ſuī deſenſione parem summiſſio-nem & curam adhibere non velle? Quoad igitur mollici-em ſeſtaris : ornatum ambiriosum geris : luxui indulges : puras manus ad Deum leuare non potes. Proſectò Deus non ſolū mentem contemplatur : ſed inceſsum etiam tuum obſeruat, gemitum, ornatum, calceos, fibulas, armil-las, fimbrias, annulos, & alia minuta ; quæ tuis oculis placent : ipſe verò abominatur : de quo ſi dubitas, Eſaiæ concio (cap. 3.) te conſirmare potest. Non potest, non potest eſſe ſeria precatio ſine abiectione propositi mali, & vera conuersione ad Deum : nec eſt melior portus pe-nenti, quam mutatio confilij. Quocirca arcere ſi vo-lumus Turcam à noſtris agris, tectis, & mœnibus: ut ar-dens, ut crebra, ut pura ſit noſtra precatio , neceſſe eſt. Quod enim in acie ſtantes milites facere oportet; ſi vice-re oppoſitum ſibi hoſtem cupiunt: idem nobis in publicis congreſſibus, & priuatis exercitationibus noſtris facien-dum eſſe putemus: ut precibus depellere & concidere Tur-cam non minori contentione ſtudeamus; quam milites profligare & delere eum nituntur ſclopetis & gladijs. Non ſolus autem Christianus eſt, qui Turcam proſternit & fun-dit: ſed opus eſt etiam Rudolpho Cæſare, magistratu-

stro legitimo & ordinario. Huic enim attribuit Deus gladium; & mandatum dedit tuendi subditos; depellendi ferrum & flammam ab aris & focis nostris. Ad talem autem defensionem opes est prudentia & pecunia, Prudentia enim consiliorum rectrix est: sine quibus nihil valent arma foris. Pecunia vero nostra est belli: & sine ea nihil geri aut effici potest, quod decet aut conuenit. Iam prudentia in imperatore nostro, & adiunctis imperij principibus magna est: utinam adsit etiam efficiendi facultas, diuinusque successus! In Davidis Israëlitarum regis exercitu singuli milites poterant esse ductores copiarum: utinam etiam in Christiano hoc exercitu contra Turcas non solum copia, sed etiam delectus aliquis heroicorum bellatorum sit; qui non solum rei militaris scientia, sed etiam auctoritate, fide, & felicitate antecellant! Neque vero defant vires imperio: sed firmamenti & roboris multum suspetit. Prætereat aeru etiam bellii in conuentibus imperialibus decreti sunt: &, quod optabile nobis omnibus est maxime: auxilia Christiani principes magno consensu & voluntate pro salute communis offerunt. Quæ quidem subsidia atque præsidia ego arbitrör magna esse: ad quæ si accesserit diuinum auxilium: industria in agendo: consilium in prouidendo: prosterni hostis, quamuis in orbe terrarum potentissimus, poterit. At sunt, quæ dubium facere alicuius animum in hac causa possint. Non enim haec tenus ex sententia successit ullum ferè bellum contra Turcam suscepturn. Non Ægyptus, non Asia, non Persia, non Africa, potuit de potentiae eius quicquam detrahere, aut ex faucibus illius eripere, quæ semel ceperit, aut occuparit. Immò ne Christiani quidem milites, cum in eum iuerunt, amissas opes inquam recuperare potuerunt. Anno M. CCC. XCV. ad Nicopolin cum Turcis conflixit Sigismundus imperator: sed vixus cladem ingentem deportauit. Anno M. CCCC. XLIV. ad Varnam Vladislaus cum Amato signa contulit: sed equo deieclus cum ingenti numero Chri-

ro Christianorum perijt. Anno M. D. XXVI. Ludovicus
Vngariæ rex Solymanno in Pannoniā irruenti occurrerit:
sed eum flore regni occubuit. Anno M. D. XXXII cum So-
lymanni exercitus in Styriam usq; penetrasceret, & iā in Ger-
mania pedem posuisset: delectæ ex Germanis, Italisch, His-
panisch, & Vngaris copiæ, Imperatore Carolo V.
contra illum ductæ sunt: sed fugiente hoste, opera & im-
pensa iōanis fuit: Christianorum verò ad triginta millia
partim capta, partim concisa fuerunt. Anno M. D. XLII.
in conuentu Norinbergensi triginta millia peditum, & sex
millia equitū ab Imperij ordinibus in Vngariam ad recu-
perandum Pestum & Budam decreta & missa fuere, duce
Ioachimo Brandenburgico: sed irritus conatus omnis fu-
it. Anno M. D. LXVI. cùm Solymannus Zigetum obside-
ret, militum firmianus, imperatore Maximiliano, co-
acta est: sed frustra suscepimus labor est. Hæc prosectoria
eiusmodi sunt, ut deterrere à bello Turcico etiam fortè
animum posse videantur. Sed sunt in alteram partem quo-
que rationes & exempla: quæ demonstrant, neque iuui-
etū esse Turcam; necq; usq; adeò formidabilem: ut, si contra
fidem aut pæcta bellum inferat: vel larrocinijs & excur-
sionibus fines Christianorum depopuletur: non omni o-
pe & opere arcendus, & vis vi repellenda esse videatur.
Primum enim causa Dei est, cuius gloria agitur in hoc
bello. Odit enim nos Turca, & oppugnat propter pro-
fessionem sanctissimi nominis Iesu Christi: quem ipse de
gradu & maiestate conatur deijcere: & in locum eius
Mahometū suū impiū collocare. Etsi igitur maximas, vel
innumerabiles etiā copias contra nos ducat: tamen verè
illud ad nos applicare possumus, quod Deus per Prophe-
tam ad Iosaphatum & subditos eius dixit: Nolite timere
aut animo angi coram hac maxima multitudine hosti-
um: non enim vestrum est prælium, sed D e u s. In D e u s
igitur nomine prælium omne cum Turcis ineundum
est: nec dubitandum, quin I e s u s C h r i s t u s,
quem

quem profitemur, nomen suum à contumelia Mahometica defensuros sit. Hic enim est, qui in media acie stans pro suo sanctissimo nomine propagnabit: & præliantes in hoc ipso suo nomine Christianos, diuinitus suppeditato robore & successu iuuabit. Cettum est etiam tale bellum contra Turcam esse legitimam detensionem magistrati mandatam à Deo. Contra verò Turcicam tyrannidem esse Deo & legibus inimicam. Quod autem legitimè geritur: diuinitus etiam fortunatur: & exitum plerumq; habet salutarem. Tùm res etiam probat, verum esse quod in versibus dicitur:

Frangit & at tollit mentes in milite causa:

Que nisi iusta subest, excutit arma pudor.

Memorabilis quoque viri fortissimi vox est apud Poëtam græcum: In iusta causa decet esse invicto infractoq; animo. Quod verò temerè & absq; diuino mandato suscipitur: quamuis exiguo tempore procedat, & spem magnam præbeat: tandem tamen dilabitur, & perit. Quis ergo militum omnium est, qui non malit in exercitu Cæsaris Rudolphi militare; quam in turba & colluione impia Turcorum? Quis est, qui non succumbere (si ita Deus velit, aut res cogat) sub vexillo imperatoris Christiani & legitimi malit, quam in castris aut acie Turcici tyranni florere, aut vincere? Scimus quo pacto tantas opes parat Turca; non profectò iure aliquo; multò minus Dei mandato: sed vi, tyrannide, dolo, & perfidia. Quam igitur firma aut stabilis eius potentia esse possit, quinvis intelligit. Et sunt in promptu exempla infelicium pugnarum eius, quæ superioribus exemplis successum illius opponi possunt. Quis ignorat Ioannis Huniadis virtutem & felicitatem adeò terribilem fuisse Turcis, ut audito seleni nomine ipsius exhorruerint? Hic est, qui arma Turcorum ab Vngaris, quoad vixit, depulit; & victorias illustres ab illis reportauit. Matthias Baizetem in summo cursu viatoriarum acinacem suum aduersus Vngariam stringentem eximia fortitudine repressit: in easq; angustias adduxit:

duxit: ut missis legatis atq; muneribus inducias ab eo ppterit. Memorabilis est Christianorum pugna naualis ad Naupactum (hodie Lepantum vocant) in sinu Corin-thiaco, anno 1573. qua classem Turcicam vniuersam, ex-ceptis paucis triremibus ac nauigis depressoient; & qua-tuordecim millia Christianorum liberarunt. Quanquam prter fama celebritatem & gloriam immortalem nihil acquisiuerunt. Quod vero ad Nicopolim male contra Turcas a Sigismundo Vngariae rege pugnatum est; super-bia & insolentia pœna fuit. Ferunt enim (vt Bonfinius lib. 2. scribit) iactasse Sigismundum, se tam numerosum ductare exercitum; vnon solum Turcam, sed ne cœlum quidem ipsum, si forte rueret, formidare deberet: huius enim (inquit) ruinam facile hastis nostris subire posse-mus. Diuina igitur vltione factum est, vt parum absuerit, quin is, qui celi ruinam contemserat, in manum hostium deueniret. Quod etiam Xerxi Persarum regi contigisse ex græca historia dидicimus. Varnensis vero clavis, quæ alia fuit causa, quam induciarum iureirando ab vtraque parte confirmatarum, impulsu Eugenij pontificis, & Iuliiani Cardinalis violatio Belgradum porrò quid perdidit, & in potestatem Solymanni rededit: nisi superbia proce-rum Vngariae? Sic enim habet historia Vngarica, & Boie-mica. Miserat Solymannus initio imperij sui legationem in Vngariam, qua significauit, Portam suam regiam omni-bus patere, qui vel pacem vel bellum poscerent. Vtrum ergo mallent Vngari, cognoscere ex ijs voluit. Hic Vngari Solymannum juuenem contemserunt, & legatum eius in custodia afferuerunt. Ea igitur contumelia irritatus Solymannus, Belgradum, dissidentibus præsertim in se, & discordantibus Vngatis, inuasit. Ludouico viuere & regnare per fata forte licuisset; nisi à suis ipse & Turcus superbè essent contemti. Præterquam enim quod Episcopi infideliter neruos belli suppeditabat: etiam nobiles, ocio & luxu diffluentes, manu exigua se concisuros & pro-fligaturos esse Turcos iactabant. Accedebat Pauli To-

194 ORATIONVM • TURCICARVM
morei Monachi imperiti & inepti temeritas : qui imperium militare cupidè iaconsulti oþ arripuit. Quid attractivit Turcam in Pannoniam, ad occupandam Budam, Pestam, & alia oppida munita : quam Ioannes de Zapolia Transylvanianus VVevoda:qui, sublato Ludouico, regnum affectauit : & de consilio & ope Hieronymi Lasci in fidem tyranni Turcici se se dedidit ? Quæ res Giulam Turcis stipendiariam fecit, nisi nefaria Ladislai Kereznij præfecti proditio ? Sed hæc dico longius fortè, quam instituta ratio postulat. Evidem Ferdinandus (ut reliqua etiam strictim attingam) quoniam bellator minus felix erat : sicut nec Augustus Cæsar ad arma natus fuit : pacem necessariam cum iactura aliqua regni Pannonici eolete maluit : quam armis cum potentiore decertare. Maximilianus verò in sua contra Solymannum expeditione nullam partem boni & fidelis imperatoris prætermisit. In primis enim ad Deum confugit, ab eoque opem & salutem petiit : iccirco promulgato edicto mandavit : ut Viennæ, alijsque urbibus, oppidis, & pagis regnum suorum, statutis horis, quæ campanæ soni indicabantur, preces Deo adhiberentur. Quod etiam factum est ; & quoties campanæ sonus auditus fuit, de equis descenderunt etiam superioris conditionis homines : & genibus flexis, Dei auxilium implorarunt : ludos verò, aliaque instrumenta Musica prorsus intermiserunt. Iuit hac fiducia divini auxilij ipse met imperator, exercitu præclarè instrutus in Ungariam : consilia, serocitatem, & impetum hostis vidit : sed reprimere & frangere non potuit. Quid igitur ? num invictus adeò tunc fuit Turca : vt neque invadì à Cæsarianis, neque repellì ab obsidione Zigeti posuerit ? Postremus ille furor tyranni fuit : calamitas verò fatalis : quam ferre Christianos oportuit : quoniam vi nulla depelli potuit. Sic tamen vltus est Deus hunc Tyranni furorem ; vt in castris ante expugnatum Zigetum de vita cum cum fremitu horribili expulerit. Hæc & alia huiusmodi exempla intuentes, vim fati agnoscamus : & misericordiam nostra culpa attractam deploremus : nihilominus tam en

tamen facere , quod nostri muneris & officij est, constanter pergamus: & precibus hoc etiam tempore à magistratu nostro ordinatis placare Deum, & auertere meritas pœnas studeamus: tum arma, quanta possumus, in hostem expediamus: omnem spem salutis & victorij in fide Iesu Christi positam habentes. Hæc copulatio precum & armorum si villo tempore, hoc certè in primis necessaria est: quo Turcicus furor in limine nostræ patritæ bachiatur: & à magistratu nostro utrumque mandatum est: vt & oratione contrahantum hostem pugnemus, & vires ad repellendum illum conferamus. Non enim parua diminutio de Christiano orbe facta est; sed magna pars de Croatia & finitimis locis, superiori anno iterum detraeta est. Nec finis est furentis ac violenti illius impetus: sed in eunte vere inumerabilis multitudo contra nos ventura esse dicitur. At quanto satis est antea uertere: & precibus tantum Tyrannum auertere studere: quam committere, vt magnitudine exercitus tyrannici tanquam fluctu rapido obruamur. Et iam quidem precandi in ocio & pace tempus est: quo si intemperanter abusi fuerimus: haud scio, an postea in magna vi tempestatum, & concursu calamitatum, remedij salutatis locus aliquis futurus sit. Quocirca cum magnitudinem belli perspiciamus: necessitatem intelligamus: & præsidia ad repellendum hostem diuinitus nobis suppeditata cernamus: non aliud nobis hoc difficilimo tempore maiori curæ esse debet: quam ut utraque manu, totoque peccatore talia amicula amplectamur; operamque demus in primis: vt in cœtu coēentes, Deum quasi manu facta; precibus ambiamus: idqne non semel aut iterum, sed sedulò frequenterque. Tum domi etias suæ unusquisque vota Deo nuncupet: hymnos decantet: &, quod cor precatiōnis est, in vera fide Christi, abiecto omni proposito impij fanas manus ad Deum leuet: & ex animo serioq; imponentes calamitates deprecetur. Quod nisi tecerimus, nostra ignavia, petulantia, & in malis perseverantia

Turcam vel nolentem & invitum attrahet: vt patriam nostrā tanquam diluuium inundet & opprimat. O carum imperium, quantum cunctū est reliquum! ô beata Germania! quid tibi ad summam felicitatem, quæ quidem contingere vlli regioni potest, deest? Habes verbum Dei ex puris fontibus Istraëlis haustum; munita es iure & legibus: vales opibus: referta es vrbibus & rebus omnibus ad victum cultumq; necessarijs. At quò preciosiora & formosiora hæc sūt tua bona; eò horribilius devastaberis, euenteris, & omni re possessioneq; spoliaberis: nisi in tempore tibi caueris: & iram Dei mitigare pœnitentia & precatione seria studieris. Non procul sumus ab anno millesimo sexcentesimo: quo Hiltenius prædixit, hominem fœuilsimum: millesimo verò sexcentesimo sexto Gogum & Magogum regnaturum esse in vniuersa Europa. Cui quidem prædictioni tantum ego nequaquam tribuo: vt fatalem aliquam necessitatem, euentum, aut exitum in ea ponam: sed eò tamen pertinere illam prorsus arbitror: vt ad precationis assiduitatem nos accendere, & flectere ad modestiam debeat. Beatos nos: si impendentes tempestates, procellas, ruitas, incendia, & cladem à patria, ab Ecclesia, ab vxoribus, à liberis, à tecis & alijs quæ cara habemus, in ocio & tranquillitate propulsare studuerimus! Miseros verò, imo miserrimos: si cœci furentesq; calamitates, cædes, flammam, seruitutem, & alia horrenda mala per fraudem & malitiæ nobis & posteris nostris accerere perrexerimus. Adsit verò honestis & pijs Christianorum conatibus aduersus tantum tyrannum ex impietate, blasphemia, fraude, crudelitate, sauitia, & immanitate conflatum, is, qui nomen nobis de suo nomine imposuit, Christus Iesus; in quo Constantinus Magnus hostes deterrimos, Maximinum, Maxentium, Licinium, Christians, cruces & tormenta minantes vicit; quiq; sedet ad dexteram patris: & dominatur in medio inimicorum suorum; dozec ponat eos scabellum pedibus suis. Dux.

CHRISTOPHORI
VVARSEVICII, EQV. POLO-
ni

ORATIO
TURCICA
prima.

SVperauimus tandem mirabilem annum, & hand dubiè adhuc aquiri sumus mirabiliorem; si diuina non cessauerit ira; quæ sceleribus nostris quotidie prouocatur. Videre est quidem singulorum mensium numero, cladium memorabilium numerum in eo anno respondisse. Quæ omnia mala & Reipub. funera, tanquam ex quodam fonte, ex ciuili Christianorum scaturire discordia, omnes sani intelligunt: & ijs maiores motus & conuersiones circumspetant. Nam ut singulorum mensium percurramus spatia: & memoriam calamitatum recordemnr omnium: Mensis Ianuarius in Silesia Bicinensi confli: Etu: Februarius, Belgarum motu: Martius, Turcarum in Perside clade: Aprilis, regis Danicæ morte est nobilitatus: Maius, Luteciæ Parisiorum tumultu: Iunius, classis Hispanicæ ab ultimis Lusitanicæ oris nauigatione; Iulius, Arabum in Turcas seditione: Augustus, nauali pugna: September, ditione Bonnensi: Octoher, Hungarica de Turcis victoria memoratur. Nouember deniq; armorum in Sabaudia strepitu, & December, obsidione Bergensi, & Antistitium atq; Du-

cum in Gallis nece est insigis. Quæ ut magna sint omnia
(ut certe sunt maxima) maioribus tamen malis & ærumnis
materia quodammodo comparatur. Obest ad sua sacerdūcē
retinenda potentioribus inuidia; vexat imbecilliores po-
tentia: est, qui anticipi conditione distrahendis potentiori-
bus, aut tutiores, aut meliori loco suas futuras res opina-
tur, sed fallitur. Hoc enim modo Paleologis in Græcia di-
strahendis quidā, qui prouincias Græciae se per id assequi
posse existimārunt, non modò illas; sed etiā suas proprias a-
misserunt. Sunt qui vicinorum calamitatem, veluti quandā
grandinem in agro inspectant alieno; & Polyphemi bene-
ficio, qui de vorandis Vlyssis socijs eum fore postremum
pollicebatur, sunt contenti. Utinam quidem id, quod se-
quuntur, assequantur: Sed ego video ab hac tam immani
Turcica bellua, etiam socios ipsos, opinione celerius non-
nunquam deuorati. Apparuit olim id in Regno Bossinæ: ap-
paruit in Regno Iohannis Hungariæ posteritate: apparuit
nuper in Venetis ipsis Cyprio regno perfidiosè spoliatis:
ne aliorum exempla, quæ multa sunt, persequamur. Ma-
gnæ deniq; quibusdam videtur esse prudenter, suam & ho-
stium metiri potentiam: & quo ad eius fieri maximè po-
test, cum hoste viciao & potenti sua etiam cum iniuria
colere societatem. At enim hoc ipso modo Poloni amise-
runt Valachiam: qui dum Solymanum Turcam petro Va-
lachiæ Palatino castigando accersuerunt: ipse quidem ijs
potentibus, à gubernaculis Valachiæ eum amouit: sed eo
etiam ipso tam nobilem prouinciam, quæ in fide & clien-
tela regni Hungarici & Polonici tam diu fuerat, suæ effecit
potestatis. Non enim solùm vi & potentia, verùm etiam
arte & consilio, regna & prouinciaz occupantur. His tamē
omnibus non obstantibus, Christianos Principes à tam
potenti hoste Turca irritando, Vladislai ad Varnam, & Lu-
douici ad Mohaccum casu, verbis (ut sit) exaggerando,
dehortari audimus non neminem: quasi etiam Christiani
nullas de Turcis victorias vicissim habuissent: & perinde
ac si duo illi iuuenes reges, iuuenilis feruoris & rei in con-
fide-

sideratē cœptis, quām belli iniusti pœnas persoluisse non
magis videantur. Nam quod ad victorias Christianorum
attinet; ut vetustiores, quæ sunt infinitæ, taceantur: Io-
annes Huniades Matthiæ regis Hungariæ pater, antequam
ad Varnam prælium committeretur, nescio si nouo
anno, septies vel octies collatis signis Turcas profligauit.
Quoties verò Scanderbegus eos fudit? Quoties rex Mat-
thias Hungariæ castris exuit? Quoties Veneta Respubl.
terra mariq; de ijs triumphauit? Sed non hoc agimus: non
in Turcicis aut Christianorum, tam secundis quām ad-
uersis, commemorandis prælijs nostra versatur oratio;
aliud nobis proposatum est: ut nimirum, quibus nunc dif-
ficultatibus implicatus Turca hæreat: quæ Christianis oc-
casio eius debellandi oblata sit: alius animo & cogitatio-
ne contempleremus. Mentiis quippe acies ad cernendas suis
oculis res nō adhibet corporis aduocatos. Et erit, qui du-
bitare possit vel debeat, quanta bene gerendæ contra Tur-
cas rei iam oblata sit occasio: cùm fractas Turcicas in Per-
fide vires; exhaustum ærarium; veteranum desiderari mi-
litem: multas in Turcico imperio exoriri passim seditiones,
videamus? Quæ omnia simul iuncta ad quævis magna
Imperia euertenda sufficiunt. Atq; haud scio, si magnis,
quām mediocribus, non sint calamitosa magis. Etenim si-
cū magna ædificia, quæ ruere incipiunt, difficulter fulci-
as: & hinc inde concidentes angulos à ruina tueare: sic
etiam vasta & grandia imperia, simul ac domi & foris su-
spicio increbuit armorum & seditionum, mole sua ru-
unt; & tot ac tantis difficultatibus, quibus undequaq; di-
stinentur, non resistunt. Verum nos Christiani hoc cura-
mus, scilicet? Quid ita? Quid inter nos ipsos, hi cupiditate
habendi; illi consuetudine iuvidendi; multi orio sine di-
goitate tuendo: plures occulto odio inter se alédo; omnes
tandem ad interitum ruimus voluntarium. Nihil autem
tam est volucre, quām occasio: nihil lenius penditur:
nihil periculosis amittitur: nihil ægrius recuperatur.
Quod nunq; ita vel fecis se habeat: præteritarum

occa-

occasionum momenta, & quid ijs amissis tandem secutum sit mali: breuiter memoria repetamus. Ut enim præterita facilius reprehendi, quam corrigi, posse videantur: homines tamen ijs, ne in eosdem laqueos incident, admonentur. Capro à Tamerlano Baiazete leues & temerarij Græci omnem ipsius sobolem stirpitus euellere potuerunt. Id quidem tantum abest, vt fecissent, vt etiam paulo post Turcicis auxilijs in viscera Cræciz aliscendis gradum in Europa Imperij ijs fecerint: & serò suas dissensiones deploratint. Quid? Nonné bellum erat Turcis sub altero Baiazete intestinum? nonne Selymus paternæ struxit vitæ insidias? nonné Baiazeti frater Zizimus apud Alexandrum VI. Romæ degebat? qui Christianis egregiam operâ contra fratrem nauare se pollicebatur: Tamen hæc incassum abierte omnia. Zizimus à quibusdam veneno sublatus est: Baiazetes à Selimo filio: qui vt est in imperium adeptus: Syros, Arabes, Caramannos, nescio si non vna & state, ricit: & Sultano etiam Ægypti debellato, dominatum suum in immensum propagauit. Nemo erat, qui id impediuisse: nemo qui, quanta hinc in Rempub. manabant pericula, prouidisset. Etenim quanto imperijs Tyrannieis maior fit accessio: tanto vicinos manet grauius periculum seruitutis. Superuenit demum terror gentium, & procella orbis Christiani Solymanus: & huic, quod cum Mustapha filio, quod cum Perſa ageret, fuerat: cuius etiam filij Baiazetes & Selymus ad Anasum secum pugnarant. Sed ne tum quidem aliquid Christianis inrer se dissidentibus fuit in Turcas animi, vel in consilijs firmitatis. Quid Selymus ad Nau-pactum viatus? An non breui post vires & animum recollegit? & quod Veneto legato Byzantij dixit, id re ipsa præststit: quod classis, quam amiserat, ceu quedam barba ei succreuit: Cyprus verò ab ipso, non secus ac dextra manus, Venetis est amputata. Iam verò Amurates iste Turcarum Imperator, quam magno & diuturno bello in Perſide distineatur: quam grauiter laboret: quam rebus suis diffidat: quantas etiam denuò in Asia & Africæ seditiones

nes contra se experiatur, omnes vident. Nemo tamen Christianorum regum aut principum arma in eum capit: nemo in communionem temporum aliquid confert: nemo Christianis ijs, qui sub Turcico iugo sunt, & libertatem recuperare cupiunt, vel tantillum auxiliatur: nemo tam praesentis quam preteritae rei bene gerendae occasionis vult meminisse: acciditq[ue] illis idem, quod in pecuniarum possessione vsu venit. Si enim pecunias eas, quas semel parauerint, incolumes homines conseruauerint: ingentes habent Deo Opt. Max. gratias: si secus; consumptis pecunijis, ut etiam ei, cui hoc nomine debent, gratias agant, non recordantur. Ad eundem modum, si minus recte usi sunt tempore & occasione; commodorum etiam eorum, quae inde habebant, vel habituri fuissent, veniunt in obliuionem. Posterioribus enim euentis antea& res, ut plerumq[ue] sit, ponderantur. Iam vero sunt (si Deo placet) Politici etiam quidam: qui sicut naui, orta tempestate, minuendis ponderibus; sic Reipub. restringendis potentiorum viribus, Turca in Perside occupato, consulendum arbitrantur. Sed hanc tantam sapientiam pectoris mei non capiunt angustiae: imò vero videor videre mihi, si hanc opprimendi Turcam neglexerint occasionem, eos, non secus atq[ue] etiam alios, prædam futuros barbarorum. Sic nunc demum intelligunt Rascij & Bulgari; quantum eorum expediuisse rebus, intestinos Græciæ motus sedauisse: Sic Hungari; pro Rascia & Bulgaria potius, quam pro Taurino pugnauisse. Poloni quidem nondum animaduertunt: sicuti olim per Hungariam in Poloniam, sic per hanc rursus in Germaniam iter Turcas meditari. Germani vrbibus suis confidunt; & afflictis Hungariæ rebus ut matutè opem ferant, minimè adducuntur: quippe pericula non nisi tum, cum præ foribus sunt, patefiunt. At enim, si alicuius Christiani regis inuidiosa est potentia; Turcica inuidiosissima esse debet: si grauis est alicubi seruitus, longè durior conditio barbaricæ seruitutis: si cuiusvis alterius obstantum est amplitudini; quanto magis i-

istud Turcum monstrum, ex omnium colluione sceletorum conflatum, orbis terræ spolijs auctum, nostra verò ignavia & dissensione confirmatum, in hac fouea, in quam incidit, est obruendum. Seruiuit terrarum orbis olim Assyrijs; seruiuit Græcis: seruiuit & Romanis. At partim Assyriorum æquitas; partim Græcorum disciplina; partim Romanorum solabatur gentes humanitas: Turcis verò (quod ominari horret animus) tot nobilissimarum gentium & nationam dominis, vel potius existentibus Tyrannis, quæ non dicam spes commodi, sed scintilla solatijs relinquetur? Odio ipsis est Christus; nomen odio fissimum Christiani: nihil ingenuum, nihil liberale, nihil moderatum ijs est: animus æger; manus rapaces: oculi furentes, frons fallax: plena omnia barbarie & crudelitatis sunt detestanda: nemo ibi suarum rerum dici potest dominus: vnius Tyranni cuncta patent libidini: liberi ab amplexu matrum, mariti à coniugibvs, coniuges à maritis in seruitutem rapiuntur. Et quisquam dubitabit, (vt alias nationes taceam) ex Slavonico & Hungarico genere quanta Turcis fiat accessio, dogmati Mahometano pueris initiandis? qui postea adulti, arma in suos ferunt: & ea ingenita fortitudine, quæ patræ vsi esse debebar, in eius perniciem abutuntur. Hivos, quoniam apertè loqui non licet, per Christi seruatoris nomen, per communem salutem omnia, per amplitudinem Reipublicæ raciùè orant & obtestantur: vt ab hac Turcica Tyrannide pristinæ aliquando eos statuatis libertati. Hæccine, (inquiunt) qua majoribus nostris refertis, est gratia? vt cùm illi pro vobis tam diutamque fortiter excubarint: cùm laterum suorum oppositu pro aris & focis vestris depugnarint; cùm fortunas & facultates suas, vitam denique ipsam pro vobis profundere minime dubitarint: vos vicissim nos in hac perpetua & crudeli seruitute relinquatis? Quid nobis non licet, etiam vos, quemadmodum creditoribus suos appellare licet debitores. Primùm quidem iijm
tuo

tuo datam modestè petunt pecuniam: mox vrgent solutionem vehementius: ad extremum verò , cùm aliter fieri non potest , in ius vocant debitorem. Ad eundem modum nos quoque maiorum nostrorum erga vos modestè commemoramus merita ; nostra ostendimus vulnera: conquerimur calamitatem. Eo si profecerimus nihil ; primum quidem dicemus , non bona fide nobiscum esse actum ; ingratos & inexorabiles esse vos , qui nulla vel minima re subueniendum nobis statuistis: Postea à eandem calamitatum societatem vobis imprecabimur dñnitus valueris: Ac , quod reliquum est , cùm socios habere renuitis nos , habituri estis Turcicæ protectionis duces , & vestrorum domiciliorum euersores. Hæc illi , si liceret , verba apud vos facerent : vos , quem animum suscipere debeatis , cogitate. Profetò , si non Hungaricæ , non Slavonicæ gentis causa , quæ tam longè latè patet : vestra saltem gratia ab hoc lethargo expurgiscamini. Quæ ex Hungaris , quæ ex Slavonibus , quæ ex Polonis , quæ ex Roxolanis , Turcicis viribus & militiæ accessio fiat , perspicuum est : Cui malo , an à quoquam aliquando occursum sit , res ipsa loquitur. Ac ut de Polonia primùm dicam ; hæc ut dictu etiam incredibilis hominum multitudo singulis fere annis in Turciam & Scythiam ex ea abigatur ; quiduis potius , quam de societate belli contra Turcam gerendi cogitat : quasi in eius fœdere & amicitia tantum sit vel fuerit firmitatis. Deinde Hungaricas res non multūm admodum curat Germania : nec quantum in ijs possum sit , cernit : nec Viennam bis à Turcis tentatam memoria perhorrescit. Cæsar quidem , quæ maxima potest , in Hungaria adiuuanda præstat: Centum & tringinta milliaribus militem præsidiarum in ea alit : nihil non eins causa facit , tūm libenter , tūm etiā studiosè. Sed nimirū , & quid ille tanto onere ferendo posse præstare ; & quid amissa Hungaria Germanicæ periculorū impendere videatur ; si nō corporis , a saltē animi oculis , si liber , intueamur. Duceatis & amplius annis Turcarū vim & rabiem à reliquo Christiano orbe

ceruicibus suis interclusam Hungari tenuerunt. Plurima verò & maxima habent, quibus ad res præclarè gerendas adiuuantur. Miles Hungarus paruo cōfusat mercenarius; nihil nugarum in comitatu trahit: exili victu contentus est: citò eum parat: ordines seruat: præfectis suis morem gerit: in continuo vsu pugnandi & velitandi est: equos præstantes habet: Turcis denique cädendis, & suis vicinorumq; sedibus defendendis videtur esse diuinatus destinatus: sic ut nec Baizetes Turca ad Nicopolim & Columbarium sub Sigismundo Hungarorum exercitibus profligandis; necq; Amurates Vladislao ad Varṇā cädendo; necq; Mahometes Taurino oppugnando: necq; Solymanus Ludouico ad Mohaccum occidendo, delden-
dis Hungaris potuerint suffecisse. Viget eò vsq; Hungarica virtus; & parua nonnunquam Hungarorum manus magna Turcarum copiæ profligantur. Ac memorabilis quidem est, quod Abraymus Solymani purpuratus, Ioannis regis Hungariae legatis aliquando indicauit: cùm a-
cies inter se instructæ iam constitissent ad Mohaccum, di-
xisse ad eum Solymannum: O vtinam isti regi (inquit) in-
mentem veniat, pacem à me hodie petere; quād de sum-
ma rei mecum potius dimicare: non difficulter tandem, si
vellet, id à me beneficij impetrareret. Nam ut noster viator
sit exercitus, hæc Hungarica natio non quiesceret. Et verè
id ille quidem. Nam idem ille Solymanus, quoties tan-
dem aliquid efficere contra Hungaros voluit, in medium
Hungariam ipse semper venit; & tandem Segethi oppu-
gnatione fatigatus, vitam cum morte commutauit. Hos
igitur Hungaros interire pati, impietatis & amentiæ est: si
quidem his, tanquam muro quodam sublati; haud scio,
si ij, qui in stationem succendent, eorum virtuti & feli-
tati respondebunt. Nolo hoc loco præterire, quid mihi
audientibus multis Lazarus Suendius, ut mihi amicissimus,
sic summus belli gerendi Imperator, aliquando de
Hungaris dixit: Eos sibi videri præ cæteris, militum no-
mine digniores; qui tam diu & fortiter Christianos reli-
ques

quos tutareatur. Iam verò quām paruæ istorum reliquiæ
sunt, quanquam videtis; tamen ne à me id quidem dicendo
prætereundum est. Sunt enim certè minimæ; & Canisia,
Bispermo, Papa, Palota, Comaro Iaurino, Noua arce
Archiepiscopali capta; sublatis Hungaris; liberrimum
iter in Morauiam Turcicus habebit Imperator. Ad fines
verò inferioris Hungariæ, oræq; Cassouensis tractum tu-
endum, vnicæ ferè est Agria; qua semel capta, vsque ad
montes Carpatoe patebit Barbaris aditus: & tam in Polon-
iam, quām in Germaniam patefiet. Quarum rerum &
periculorum terrore quis non excitetur? quis regna non
iungat regnis atq; prouincijs? quis vnitam & coniugatam
potentiam contra perfidum hostem omnibus maiori præ-
ficio fore non opinetur? Memini ego Maximilianum Cæ-
farem, memini, in quam, in postremis Ratisponensibus di-
centem Comitijs: cùm de quibusdam Germaniaæ Regulis
tardius aduentantibus quereretur: existimat isti (inquit)
rem esse nihili; cùm de Poloniæ agitur regno vicinis no-
stris regnis & prouincijs adiungendo: Errant, qui mea, &
non totius Reipubl. causa Poloniā me appetere existimat.
Sed veniet aliquando tempus, quo me humanis perfundō
rebus, salutaria secutum fuisse consilia isti intelligent; &
sublatis gentibus, & nationibus ijs, quæ leuiori militiae
assuefactæ, barbarorum conatibus, quò minus ulteriùs
progrediantur, obstant: quantum oneris Germaniaæ &
alijs prouincijs incumbet, secum ipsi recognoscet. Hæc
ille tum præstans magno magnarum rerum vsu & intelli-
gentia Cæsar, omnibus sæculis memorandus: nos interim
videamus, si expedit aliam aliquam contra Turcas bene-
gerendæ rei occasionis expectare tarditatem. Mihi qui-
dem videtur, totum istud mali persimile esse in vasta aliqua
domo, incendio: quod inter densa tecta latens, principiō
non appareat; postremò verò sic erumpat, vt nullò modo
extingui posse amplius videatur. Nam hæc videlicet ra-
tione, quid Hungariæ sit, Germania non considerat:
quid Valachiz, Polonia non curat: Anglia Oceano cir-

cumfusa non metuit: Gallia nihil istorum periculorum penitus pertimescit. Ita demum collapse regno isto, ruit illud alterum: subiugata à Turcis prouincia vna, & reliquæ vicinæ malorum contagione contabescunt; atq; ita demū totius vasti illius ædificij incendium, non aqua, sed ruina extinguetur. Interim quām pulchrum sit Germaniam populo, splēdere Italiam, equitatu gloriari Poloniā, facile perspicitur: cùm hæ omnes tandem præda futuræ sint barbarorum; cùm Turca quasi certam & exploratam de Christianis sibi promittat victoriā; cùm in cinere & cruore Europæ perbacheretur. Et nihil Christianos iuvant opes, quas tā auarè colligunt: nihil prouinciae, quas vicinis eripiunt: nihil tituli, quos tam ambitiosè experunt: nihil principatus, quem tam autē vnos præ altero concupiscit. Ruet hoc modo tandem, quæ Hispaniensi potentia inuidet, Britannia; in fido si federis laqueis seipsum illaqueabit Polonia; Germania quæ vnius non fert, grauem multorum experietur principatum: Hispanijs lachrimantibus non ridebit Italia: nec Belgio lugente, Galliæ exultabunt. Sciet in nos vti Turca melius tempore: excitabitur vel minima occasio, ne crudelior erit accepta calamitate. Amisit in Perside tot exercitus, possuat homines adolescentiæ: amisit grandem pecuniam, potest eam in ætrium tandem inferre: amisit duces & bellatores, & hos potest aliquando recuperare: nos ea quæ semel amittimus, nunquam vicissim nostræ facimus potestatis. Habet ille in Epyro Apolloniam; ex qua vna no[n]c in Italiam Hydruntum visus est appellere; ne Dyrrachium oppositum Brundusio, ne Epidaurum, ne Olchinium & alias eius portus Italæ intestos enumerē. Habet Hungariam, ex qua intra paucas horas, partim in Poloniæ, partim in Austriae fines volet irruere. Habet Choczimum, ex quo Tyro superato Pocuciam potest in Polonia diripere: Habet Slaoniam, ex quâ in Styriam & Carinthiam, cùm libuerit, audebit inuolare. Quid igitur expectamus? Quid tantæ occasioni indormimus? Quid Turcam inclinatum non vrgemus? Enim uero illud forte

operi-

operimur; ut is, qua crudelitare libidine & solertia est, pau-
 lò nunc attritas in Perside suas recuperet vires: & demum
 ab omni re imparatos, cautiū & immanius nos aggredia-
 tur. Absit quidē hoc à nobis omis: sed absit & discordia.
 Vitandis enim euentis; causæ euentū sunt subtrahendæ.
 Ferunt lupum, qui vnius coloris fuerat, audientem canes
 contra se aduentantes contempſisse in circō; quod distin-
 eti coloribus fuisse narrabantur: Turca viros principes,
 non canes, non pilo sed animo & sententijs variantibus,
 non contemnam? Imo verò maximè. Vno ergo animo, con-
 junctis viribus, in communionem temporum collatis opib-
 us, exercitatis dñiq in Turcam nobis opus est militibus:
 vt tandem illius possessionem terræ, quam Christus pedi-
 bus suis instituit, sanguine respergit, miraculis beavit, ali-
 quando adeamus. Eripere tu nos Iesu Christe ex Dæmo-
 num potestate, morte & cruciatu tuo, voluisti: nos Mar-
 tem communem, hæreditate tua è faucibus luporum eripi-
 enda, refugiamus? Miseros nos! qui tam spinosum caput
 Christum Opt. Max. habemus; & ipsi tam delicata mem-
 bra sumus: qui pro angustis terminis internos pugnamus;
 & accessionem tantam tot, tantorumq regnorum postha-
 bemus: qui liberi esse & videri cupimus; & nihilominus
 Mahometanæ seruituti, quo quis Orco fædiori hosti, civili
 discordia nos vtrò mancipansus. Sed finis sit: multis enim
 multa videmus licuisse, quæ idem negarunt proferri decui-
 se. Vos ego oro obtestorq; Reges, & nationes Christianæ;
 vt si in Deum Opt. Max. grati: si acceptorum à socijs be-
 neficiorum memores: si patriæ vestræ amantes, si Christia-
 næ salutis cupidi estis, & haberi vultis; hanc talem & tan-
 tam debellandi Turcæ occasionem obmittendam, & Ise-
 lus scelere cumulandum; non amplius iudicetis. Deus
 Opt. Max. omnia potest: sed Patre benignior esse non de-
 bet: cui si dilecto audientes filij non fuerint, eos tandem ex-
 hæredat. Quid verò Deus nobis indulgeat; qui vt miseri-
 cors, sic iustus semper esse solet, nec iure
 non debet?

CHRISTOPHORI
VVARSEVICII EQ.
Poloni

ORATIO
TYRCICA II.

Ntellectum est vobis (vt opinor satis) quanta
à Deo Opt. Max. bene contra Turcas geren-
dæ rei oblata sit occasio: si quām raras & exi-
guas antea habuerimus, memoria repetamus.
Nunc verò ne diuinum numen defuturnum no-
bis vereamur; quæ nos, si grati fuerimus, diuinitus auxi-
lia maneant; & quod Christianæ & Mahometanæ legis sit
discrimen: humanitate vestra stetus, brevibus explicabo.
Omnia enim in hostes bellorum subsidia sunt bona; sed
ea optima, quæ diuinitus proficiscuntur. Mille abhinc cir-
citer annis, in ignobili quodam Arabiæ pago, Saraceno-
rum Dux & author, natus est Mahometes: qui magistro
& ad stipulatorem Sergio Hæresiarcha, & profugo Mono-
cho; cùm Imperatoris Heraclij militum seditionis occa-
sione ut sciret: in eam quidem venit venerationem: vt do-
gmata suo lange lateq; propagato, finitimos etiam armis
prosequi, & dominatum in ijs sibi usurpare non dubitaret.
Etenim non tam religionis causa, quām regionis gratia,
nouorum dogmatum sunt impij autores. Hic stultæ &
prophanæ doctrinæ suæ, quæ per orbem terrarum passim
disperserit semina, quanquam sciatur: tamen ne ego qui-
dem verba faciens, tacitus id præteribo: vt quales, quibus
tot regnis cessimus, hostes, & quo imbutos dogmate ha-
beamus, nobiscum ipsi recognoscamus: & tandem ru-
bore

bore suffusi, ciuili ista perhorrescamus discordia; quæ nos videntes & volentes sub iugum mittit crudelissimæ seruitutis. Quis enim est qui dubiter, ea secta quanto pretere dissecta sit Mahometis? qui non solum cum Iesu Christi doctrina, verum etiam cum ratione pugnauit ipsa, suis erroribus imperitæ multitudini obtrudendis. Ac ut de Caliphra & Mephri, ut summis, sic sibi contrarijs, apud Mahometanos factorum præsidibus, alijsq; varijs & multiplicibus Mahometanæ legis interpretibus, alio loco loquar: quossum illæ Mahometis ipsius augæ, de duobus Angelis Aroth & Maroth nominatis: quos ille cœlitus in terram missos, ut ius mortalibus administrassent, esse testatur? Quibus cum imperatum esset, ne vinum biberent; nec cum foeminae haberent rem; nec denique ad superos iter alicui ostenderent; illi contraria fecerunt omnia. Ac primùm quidem à muliere decepti, eiusdemq; consuetudine vñi, vino inebriati sunt; & iter in cœlum Mahometi commonstrarunt. Quem cum Deus Opt. Max. aduentantem conspexisset: angelos sibi adstantes, quisnam talii habitu ingredereetur interrogauit. Hic cum repente Angeli Aroth & Maroth errorem esse dixissent; mulierem tandem in Stellam Deus conuertit: Angelos vero concatenatos in puteum misit, æternis ignibus cruciandos. Iam vero illud etiam alterum somnum, vel prodigium verius appellandum, quo loco ponam; quod de animali Ebarachiel nuncupato, suis Mahometes prodidit literis? Quo quidem animali, auctore Angelo Gabriele, vna hora cœlo illatus: oravit pro Angelis Mahometes: & rursus altero cœlo conspecto, quod quingentorum annorum itinere distabat, ad septimum usq; cœlum pari distantia tandem peruenit. In quo demum vidisse ait se Angelorum infinitas legiones; & angeli cuiuslibet magnitudinem, mundi instar vnius; & eorum aliquem mille vicibus grandiorum; & in his demum vnum, cui septies centena millia capita fuissent; & in quolibet capite totidem ora; & in quolibet ore linguae pari numero extitissent. At vero quid est,

ddd

quod

quòd tibi somniare vis, Mahometes? Una hora quinq[ue]ginta annorum millium iter te dicis confecisse? Qui hoc obsecro fiat? qua ratione eueniat? quis talia dicenti fidem adhibeat? Corpori in æterna nondum constituto gloria id dari posse videtur? Nihil minus profecto. Quòd igitur iuisti? ubi fuisti? quid circumiijsti? Cœlum extremum nondum tibi patuit. Quibus ergo in ierris, tanta locorum, temporumq[ue] spatia emensus es? Pro Angelis te orasse ais: quasi verò opus eo Angeli habeant; vel haberint aliquando. Iumentum non tulit te: quis iccirco tulit? quid animal peccauit, ut tuis precibus indigeret? Spatia & longitudinem terræ si, quam asseris, species, falsissima est: Geometræ omnes, ratio ipsa, scriprorum monumenta tibi reclamant: non Dionysiodorus, non Erzphones, non Hipparchus, non Ptolomaus Alexandrinus princeps Astronomorum, tibi suffragantur. Iam quòd Angelos mundo maiores dicis esse, an hoc vel saltem ipso absurdum reperiri, non oportet fateare? Eo verò ipso Philosophorum sententiam, qui mundi ambitu omnia contineri aiunt, accusabis felicitatis. Mitto, quod Angelos corporeos, de flamma ignis creatos, ais esse perituros: & mox, Origenis secutus sententiam, eosdem censes saluandos: cœlum de fumo factum, & Lunam & quæcum sole splenduisse; antequam volantis Angeli Gabrieli alata fulgorem suum amisisset. Hæcine tanti Prophetæ Mahometis est lex? hæcine sanctio? hæcine, quæ parvulis instillatur, sapientia? quæ ne tantillum quidem rationi est consentanea. Etenim lex & sanctio omnis ratio est recta, à diuino nomine tracta; & quam minime dissona, vel contraria veritati. Cuius cum non in ratione, sed in ense vim reponat Mahometes; qui eius substitat lex, tot fallacijs & erroribus infarcita? Fures noctu perfodiunt domos; latitant in tenebris mœchi: ut iugulent homines (inquit Poëta) surgunt de nocte latrones: idem instituti habet etiam Mahometes. Metuit, ne limanda

ne limāda in disputatione veritate dogmatis illius cognoscatur vanitas: verbis de eo prohibet disputari: veretur ne alterius cuiuspiam, quam ipsius assertionum, maior sit authoritas: vult sua tueri armis vniuersa: ne quis eo argumentis se superior, timet: ferro, non iudicio litem terminari concupiscit. Ac, ne multa, impius prophanus, factus legos est legislator: CHRISTVM DASM negat cum Arrio: Spiritum Sanctum dicit esse creaturam cum Nestorio & Macedonio: vxores plurimas, & in his diuortia, ac præter eum usum, omnes etiam nefarias voluptates suis concedit; & nunc in sua se & a pro se quemque saluandum; nunc extra suam legem salutem habiturum neminem, testificatur. Quod si aliquando aliquid non omnino detestandum docet, hereticorum more facit: ut salutaria venenatis miscendo, rudem plebeculam deliniat & circumscribat. Venenæ enim saccaro condita faciliter propinantur. Hic tamen tantum abest, ut cœlestia intelligat: ut ne terrena quidem assequatur: quæ Dao Oprimo Maximo curæ non esse, nec unquam fuisse; & cum Democrito mundum casui fortunæque subiectum ait semper exitisse. Quem ipsum mundum magna ex parte disciplinarum & sapientiæ experiem suo dogmate fecit, atque omni barbarie inquinavit. Vbi nunc sunt Chaldaei, qui cognitione astrorum, & ingeniorum solertia in Syria olim claruerunt? Vbi Aegypti, qui antiquissimis literarum monumentis viguerunt? Vbi Græci, qui tot tantisque sapientiæ studijs, multis alijs præstiteront? Græciam in ipsa requirimus Græcia: urbium Græciæ muros, si queramus, ne ruinas quidem inueniamus: Mahometana fæx & lex obruit omnia; cuius fundamentum, voluptas est scida; ensis, præsidium: forta & latrocinia, incrementum. Sederit fortasse illud, quod mouet non neminem: quod nostro sacrosancto relicto nonnulli Christianorum Mahometani dogmatis sunt discipuli, & autem religionis desertores. At qui & quales isti

reperiuntur? videlicet, aut mancipia libidinis; aut serui
 ambitionis; aut vero expertes inter Christianos libertatis;
 intelligentia rerum nulli, animo abieci; & multorum sce-
 lerum conscientia desperati: ut mirum non videatur, si
 hos proditoriè deserunt; à quibus ipsi ut leues habentur
 despiciunt. Quærit enim latebras is, qui in luce hominum
 ægræ versatur. Quorum tamen si quis intimos introspi-
 cere possit sensus; cognoscet utiq; aut futuræ spem
 habere eos nullam: aut admodum esse anxious, quod suum,
 humaniç generis seruatorem, aquæ viuæ fontem, peren-
 ne solatium vitæ, deseruerint: falso rati, maius suum sce-
 lus fuisse; quam ut Dei Opt. Max. misericordiam mereri
 potuisset. At nimirum illud mouer; mouebitq; semper
 magnam omnibus admirationem: esse in Mahometana
 seruitute, tanquam in quadam Chaldeorum fornace,
 Christianorum quamplurimos: qui non iam libertatem,
 sed mutato saltu solo, eandem repetunt seruitutem: tri-
 buta pendunt: omnia vel grauissima onera ferunt: libero-
 rum non modò corpora, sed animas quoq; perditum tra-
 dunt; & nec deplorare saltu calamitatem suam tutò pos-
 sunt; grauiora mala, si id sciatur, metuentes. His inquam
 tot ac tantis ærumnis non contracti, Christo Opt. Max.
 nomina dant: & nec ipsos se, nec liberos suos circumci-
 dunt: Christianum deniq; non Mahometatum dogma,
 capit is nonnunquam periculo, aperte profitentur. Quid
 ita? Quia integritas diuinæ legis, & æternæ securitas vitæ
 hominem multò, quam præsentis, felicitatis facit studio-
 siorem. Quæ cùm ita sint, vera præ cæteris omnibus
 Christiana est religio; ex vetero Mosaica legis recepta:
 variis oraculis illustrata: infinitis miraculis confirmata: Cu-
 ius ipse Deus Opt. Max. est auctor: Filius Dei doctor: Spi-
 ritus Sanctus propagator. Quâ si liber, cum Mahome-
 tano dogmate conferenda, vel etiùs progrediamur. Nullus
 quippe maior est fons discordiar; quam non idem honos,
 qui à Christiano habetur, à Turca datus Christi Opt. Max.
 diuinitati, Mahometanus siue Turca Dei inficiatur Chri-
 stum

stum esse Filium; assentit Christianus: Vt et rectius, videamus. Turca iecircò negat, quod Deus uxores, ex quibus suscipiat liberos, non habeat: quibus existentibus multis, regna, quæ non nisi unum capiunt, & ab uno omnium optimè gubernantur, tandem interire oportet. At ego quarto, Christianinè tibi ex conubio feminæ Deum generare profitentur? nihil profectò minus. Quid igitur somnias? perinde ac si quis dubitet, hanc Christianam & Orthodoxam doctrinam esse, semperq; fuisse: Deum videlicet esse spiritum incorporeum, immortalem, æternam, & incomprehensibilem. Qui dum seipsum intelligit; in mente sua concipit Verbum: quod Dei Filius nuncupatur. Quæ quidem de Verbo Dei veritas, non illuxit modò apud Christianos: verum etiam Philosophorum olim peruersis Lycea; & magna à Platonicis ea de re prodita sunt mysteria. Sed sicuti oculi noctuæ ad Solem: sic est noster intellectus ad sustinendam aciem diuinitatis. Quod nemini sanctè mirum videatur: quandoquidem & apud Iulreconsultos non omnium eorum potest reddi ratio, quæ à maioribus instituta sunt vel fuerunt: & tamen nulli rei, quam antiquæ legi, maiorem tribuendam esse autoritatem; secretario naturæ, & summo intelligendi Magistro placuit Aristoteli. Iam quo pædo generationem Filij, & Spiritum Sanctum ab utroq; procedentem, rudis & prophanus, & in libidinum cœno volutatus intellexisset Mahometes: cum hac non solum doctioribus, sed sanctioribus etiam eò quidem difficilior videbatur res: quod plus aliquando de ea cogitabant. Hanc quanto æquiùs, cum suas nugas ferro defendi inbeat Mahometes, auctoritate scripturæ sacræ nos tuemur. Etenim & Pythagorici ipsi, à cognitione veri Dei remoti, non Deo sed homini tantum tribuere non sunt veriti: vt sola illa response, Ipse dixit, esse contenti minimè dubitarint. Quod si quis Euangello fidem non habeat; ne Moysi quidem est habiturus: quem tamen hac ipsa Mahometana lex non aspernatur. At credunt certè suis historicis Græci; credunt Latini:

tini; credunt & barbari: nos summis Iesu Christi Cancellarijs, vita innocentibus, miraculis claris, idem & vnum spirantibus, non credamus? Et quidem, quam magna sit istarum rerum disparitas, cognoscitur. Historici nullius ferè auctoritate recepti sunt; & omnium sententia eorum etiam quidam, non tam ad veritatem historiæ, quam imitationis exemplum, sua posteritati legenda reliquerunt: Euangelistarum verò libros infinita concilia, & cunctæ ferè gentes atque nationes acris iudicio examinarunt prius, quam orbi terrarum commendassent. Quòd etiam est factum; ut ex his nonnulla suppressa, & à multorum cognitione constet esse subtracta. Accessit verò his Martyrum robur: qui pro Testamēto seruatoris per acerbissimos cruciatus mortem subire minime dubitarunt: Accesserunt probatissimæ vitæ, & perspicacissimæ doctores prudenter; qui nisi Euangelicæ doctrinæ verā compriissent historiam; in Euangelici magistri verba iurare nunquam omnino voluerint: Accessit tot Imperatorū, Regum, Terrarcharumq; auctoritas: qui rationibus vici, conscientia puncti, miracolis tracti, collū Euangeliō submiserunt: Accesserunt gentes & nationes infinitæ: linguis inter se variæ, locis, temporibusq; distantæ: rerū gestarū gloria & divitijs præcelentes: quæ gentiū molliori abiecta, duriorē Christianā doctrinam amplexæ sunt: & uno vero Deo duce & auspice, tot Deos falsos, ex corū fanis & delubris eiecerunt. Quid? quod illud quoq; non secundū aut tertiu, sed primū & præcipuum veritatis Euangelicæ est argumentū? multis ante Christi adventū sacerulis, tot tamq; certa vatum oracula de eo fuisse: ut non gerenda, sed iam gesta enunciasse viderentur. Qui posteaq; regili & sanguine, & virgine purissima natus esset; quod non edidit exemplū sancti noniæ, mansuetudinis, sapientiæ, benignitatis, & diuinæ potestiæ suæ singularis? Dodecim annorū cū doctribus eruditissimis disputauit puer, summa cum omnium admiratione: Vocatus ad nuptias, aquam in viñū conuertit: Quocunq; ibat solo verbo ægrotos pristine restituit sanitati: mutis loquendi, claudis ambulandi,

bulandi, cæcis videndi, surdis audiendi præstit facultatē. Quo ipso non contentus, non solum imbecillis vites, verū etiam vitam restituīt mortuis, etiā quattriduanis. Secreta & cogitationes hominū intellexit: futura prænunciavit: dæmonia ciecit: super aquis siccis pedibus iuit: ventis & mari imperauit. Postrem d̄ vidēs volensq; captus, crucifixus, occisus est à Iudixis: & pro eo, ac promiserat, cùm sepultus es-
 set, tertia die à mortuis resurrexit: & demū tractandū, palpandumq; suū corpus obtulit duodecim discipulis; quibus cū etiā bibit ac comedit: Nec mora, quadraginta dieb. ex-
 actis, videntibus illis in cœlū est sublatus: cuius p̄ia doctri-
 na, vita sancta, miracula clara, uno celebrantur sempiter-
 no. Quid enim, quod non sanctum esset, vñquam præcepit? Quid aliud docuit, quānū vt colamus Deū Opt. Max. festos
 dies celebremus; proximos, non secūs ac nos ipsos, diligamus: pauperū misereainur: viuas & pupillos & omnes im-
 becilles nostro tegamus patrocinio; infirmos & carceri
 mancipatos inuisamus: humemus mortuos: nec modò ma-
 nus, verū etiā oculos habeamus cōtinentes: stupra fugia-
 mus & adulteria; iurgia, lites, ebrietatē, crapulā & omuē
 turpitudinē auersemur: primos in cœnis accubit, & omnē
 mundi pompam, & blanditias deuitemus: reges & parentes
 honoremus: Magistratibus & sacerdotibus dicto simus au-
 dientes: thesauros deniq; veros, ipsāq; solidā felicitatē, nō
 in terra, sed in cœlo conse& emur. Hæ nimirū Christi Opt.
 Max. est lex: hoc testamentū hæ præceptiones: non minūs
 auditu gratæ, quām re ipsa salutates. Atq; vt simul iunga-
 mus omnia, Christus Dei & Virginis Filius & Spiritu Sani-
 &ō conceptus, agit vitam seipso dignissimam: miracula
 varia & multiplicia edit: naturæ ipsi imperat: legem perfe-
 ctiissimam condit: qua tot Cæsares atq; Reges, tot gentes
 & nationes, vno religionis nexu inter se cōiunguntur: Deū
 & hominem se profitetur: utriq; rei satis facit. Prophetæ,
 Euangelistæ, martyres, & omnes omnium ætatū & gentium
 ei suffragantur doctores: Flarent sub eius religione literæ:
 vigent politiæ: non exulat humanitas: non furor, sed ra-
 tio iustitiam administrat. Hæc simili iuncta, quid sibi
 voluat

volunt aliud: quam quod verum esse Christi de se ipso testimonium, verum eundem esse Deum, veras ipsius promissiones, veram doctrinam testificantur? Mahometes contra quis & qualis sit: quibus à principijs & vnde ortum traxerit: quos errores propagarit, videamus. Gente is
 fuit Agaremus: patria Arabs: ortu ignobilis; pertenui fortuna; nulla proorsus doctrina excultus: dogma suum ex Paganismo, Iudaismo & Christianismo conflauit: Hetericorum quorundam opinionibus fulciuit, simulationum & maleficiorum artificijs erudiuit: de vita æterna nihil in lege sua testatus est: nullum in vita & à morte miraculum edidit: nisi forte, quod vi magnetis corpus ipsius in aëre ferunt pendere: quod in imum inferni præcipitatum esse, ex tot tamq; horrendis ipsius blasphemij, quis non potius arbitretur? Quot enim lactis & mellis viniq; flumina futura in cœlo non somniat? quos non promittit cibos? quos non permittit coitus? quæ Angelorum ministeria, etiam in turpissimis rebus, non pollicetur? O hominis seu quadrupedis potius fœditatem! Et erit qui, quo ad hunc Spiritum ducit, in voluptatam cœno, tanquam luctulentus sus, cupiat perpetuò volutari? An verò non multò plura & maiora sunt, quæ hominem magis recreant & reficiunt? Honoris & gloriæ dulcedo longè omnibus est iucundior, & cōparata magis ad perpetuitatē: si perpetuum debet videri id, in quo aliquid est extrellum. Si labore aliquid quaeritur, labor prærerit: decor est laboris immortalis. Si voluptates tantum blandissimas dominas consertere; breue eorum gaudium; restat turpiter aetate vitæ macula sempiterna: & quidem, quo vehementius intemperans fuerit adolescentia; eò effatum & morborum plenom magis est corpus; Aetna grauiore superueniente senectute. Iam verò, sicut ignis & aqua simul esse non possunt: sic hæ terrenæ delitiae non cohærent cœlestibus. Quas quoniam Lege sua sanxit in cœlo Mahometes: magis morata Solonis aut Lycurgi est sanctio, qui etiam in terra eas prohibuit. Omnia enim obiectamenta eò

vscq possunt tolerari: quod ad speciei hominis ergo conseruandæ, & in suum finem, qui est Deus, directa esse videantur. Fœdior certè Mahometes est Calipho & Synomacho; qui in voluptate honestati coniuncta summum situm esse bonum duxerunt; fedior Erillo, qui in scientia: fœdior Aristippo & Epicuro, qui in sola posuit omnem felicitatem voluptate. Christianorum felicitas nobilioris hominis parti responderet, animæ: Mahometana viliori, id est, fragili & caduco corpori. Christianorum mentem; Mahometana spectat carnem: hæc obscura & rancida; illa fulgens & nitida: Christiana cum Angelis, illa cum portis est communis. Christiana in illo illustri, & pleno syderum loco, iure optimo est ponenda: contraria ne in latrbris quidem Asiæ, aut sterili Libyæ solo perferenda. At ne multa; Dei Opt. Max. iudicia, abyssus est profundissima: Turcæ in nos potestas iusta; licet periniqua sit voluntas. Deus pro peccatis permisit nostris; vt & diuitem Asiam, & doctam Græciam, & fortem Thraciam, & rebus gestis claram hostes possiderent Macedoniam: vt templum illud Salomonis, in quo toties concionatus est Christus: vt Bethlehem, in qua natus; Hierosolymam in qua mortuus est, occuparent: vt deniqz Alexandria, Thebis, Memphi, & tota Ægypto; vt Antiochia, in qua Christianorum nomen primum est auditum: vt Epheso & alijs Apostolicis in Asia sedibus barbari potirentur. Sed non propterea tamen nostra religio contemnenda alicui videatur; quæ est fons perennis clementiæ; culmen splendoris; speculum continentia; seges & materia uitatis. Quid si eñ etiam est tuenda, & defendenda magis? Etenim si pro reperendis rebus iustum belli causam veteres putauerunt: quideo bello sit iustius, quod pro tot ac tantis direptis urbibus, spoliatis fanis, eueris regnis, occisis principibus, suscipiatur & geratur? Sæpe olim Romani pro socijs, sæpe Græci pro augendis confinijs arma cæperunt: vos pro talitantoq imperio, quanto magna ex parte Asiæ, Europa, Syriæ, Ægypti & Africæ regionibus auctus est Tur-

ca, ad vos rursus transferendo, nihil agetis? præterita-
 rum cladium, & cladum non recordabimini? Dei Optimi
 Maximi, maiorum vestrorum iniuriam, vestram perpetu-
 am ignominiam, inultam relinquetis? Atqui, si vel ma-
 xime etiam id cupiatis, Turca vester & Christiani nomi-
 niis hostis hæreditarius, Sathanæ satelles, in hominis
 figura immanis quædam bellua hominum societati infe-
 sta, non permettit: pace in Perside facta, vestrum adori-
 etur hunc aut illum drepente; in viscera Christianita-
 tis veniet: cæde, ferro, flamma cuncta complebit. Non-
 nè ergò præstat, hac ipsa occasione ut: & Turcæ obui-
 am nos progrexi: quām intra nostra tecta tantum cala-
 mitatis ab eo exspectare? Graviora sunt ea vulnera,
 quæ obligat examinata vxor; constuprata luget filia;
 vexatus deplorat pater; incensa exulcerat patria. Stul-
 tum est obijcere barbaro hosti omnia: liberos, quos an-
 te ora parentum abripiat: Rem publicam quām libertate
 spolier, aras quas diruat: religionem quam prophaneat
 & euerrat. Romanis durius bellum nusquam in Italia
 fuit. Philippus Alexandri Magni Pater per Athenien-
 sium, Lacedæmoniorum, Thebanorumque ciuilem in-
 ter se dissensionem, alias inuictam euertit Græciam. An-
 nibal superari non potuit, quām in patrio solo à Scipio-
 ne circumuentus. Caput, caput imperij petendum
 est Byzantium: in quam olim post pacem cum Gratiano
 factam, & à Theodosio confirmatam, Athenaricus Got-
 thorum rex ingressus, hæc verba fari non dubitauerit:
 Verè (inquit) D e v s terrenus est hic habitans Impe-
 rator: & quisquis contra eum manum mouerit, sui
 sanguinis reus fuerit. Tantus illius urbis splendor tum
 & amplitudo extitit: quam sex Turcica inhabitantia
 mostra tantopere defœdarunt. Scio non paucos id
 ad se arbitrari non pertinere: qui aut urbis suis con-
 fissi: aut fluminibus & montibus disiuncti: aut Oceano
 circumfusi, veluti folia Sibyllæ hæc audiunt recitari. Sed
 hæc

hæc eadem illa Græcos, eadem Hungaros spes fecellit.
At verò cupiditatis tyrannica est finis infinitus. Et
si pro angusto Myorum imperio, pro Triballorum mon-
tibus : pro Illyriorum casulis, maiores Turcæ tot peri-
cula adierunt : pro Italæ thesauris, pro Germaniæ epi-
bus, pro magna ad res gerendas Poloniæ opportunita-
te, ille, si his difficultatibus se expedierit, non adeat ?
non aliquid tentet ? non maiorum suorum institutum
vitæ & belli gerendi persequatur ? Atqui non aliud in
victis Turcæ habent, quam ut perpetuis dissidijs Chri-
stiani inter se distrahanter. Hoc in Synagogis diuinis
pertinet & efflagitant suis ; hoc precibus ingeminant:
hoc perpetuò concupiscunt. Nos verò eorum vota
& desideria impleamus ? nos rem eorum agamus ? nos
mutuis conficiamur cædibus ? non toris, sed domi in-
ter nos preliemur ? Quid turpis, quam agere, quod
hostis iubet, non ratio suadet ? quod hosti expedit, non
quod me fugere necesse sit, procurare ? Quod non di-
cam imperium, sed quæ domus vna, sine concordia fu-
it, vel potuit extitisse diuturna ? Corruit olim rerum
domina & Imperatrix Roma ; corruit Græcia : corruerat
omne deinceps regnum & prouincia. Tabida interim
febris ægræ priùs in homine cognoscitur, quam totus ho-
mo ea marceat. Speramus quidem meliora semper:
sed indies magis ac magis deteriora experimur. Paruæ
erant initio Turcarum vires : quæ nunc in immensum
nostra discordia auctæ ; nisi prohibeamus ; orbi terra-
rum interitum minitantur. At prohibere alio modo non
poterimus ; nisi summa accesserit voluntatum animo-
rumque nostrorum consensio : quo pacto Græciam o-
lim à Xerxe, cuius quinquagies centenis hominum mil-
libus exercitus, classis mille ducentis nauibus consti-
tit, liberatam fuisse accepimus. Quid igitur expe-
ctamus ? quid nostra in communionem temporum non
conferimus orania potius ; quam ijs Byzantinorum

more ab hostibus spoliemur? Ferunt Constantinopolim
 quinquaginta millibus aureorum nummum ab extre^mo
 excidio potuisse prohiberi: Taurinum, non nisi centum &
 quinquaginta aureis nummis: quibus commeatus Bud^a
 emprus, ac secundo Danubio, si quæ stores voluissent, de-
 missus: longiorem obsidionem terre defensores præ
 pudore coëgisset. Sed nemo; cùm opus erat, his de rebus
 cogitauit; ac ne nunc cogitat quidem. Potentiam & ma-
 iestatem imperij Turcici, veluti rem aliquam iustum & le-
 gitimam, certatim Christiani reuerentur: Legatos suos
 Byzantium mittunt: omnes aliæ regiæ hanc vnam regiam
 pertimescunt. At verò longè magis iustum & modera-
 tum fuit Romanorum imperium: Illi tamen & Asia, quam
 Attali: & Bithynia, quam Nicomedis testamento habue-
 rant, exuti sunt: & Cyrenas, cuin vrbibus Lybiæ & Pen-
 tapolis, Ptolomæi antiquioris liberalitate: & Libyam su-
 premo Appionis regis arbitrio assècutas perdiderunt.
 Turca in tantayrannide, & vi usurpatis aliorum rebus;
 in tanto gentium omnium in se odio & conspiratione:
 Orientalis imperij caput, Græciæ decus, Thraciæ præsi-
 dium, si Christiani velint, Byzantium, non amittat: in qua
 vrbe tot tantasq; seditiones identidem audimus contra
 eum excitari? non amittat Hungariam, quam specie qua-
 dam ferundi auxilij proditorie occupavit? Quasi verò
 ignoretur. Byzantij vrbe à Pausania quondam condi-
 tam; posteaverò à Constantino Magno, sanctæ Helenæ
 filio, nouam Röمام seu Constantinopolin appellatam:
 sub altero nomen Constantino Dragaze, Helena nato, sed
 religionis Catholicæ desertore; non tam viribus barba-
 rorum, quam vtricibus pœnis, periuro Cæsari diuinitus
 irrogatis, in hanc venisse seruitutem: & Hungariæ par-
 tem, non tam Solymani Turcæ copijs, qui ter ipse in eius
 excidium venit: quam diuiso Senatu, distracto populo, &
 ciuili vigente dissidio, concidisse: ut facile coniecturam
 capiamus; quale & quam diuturnum Turcicum futurum
 sit imperium; si imperium est dicendum, quod latroci-
 nio

nio comparatur. An verò quis dubitet, Christianis gentibus & nationibus Constantinopolim euntibus, omnes istos intermedios populos, qui non ita pridem nomen Christi coluerunt, & nunc etiam colunt, sed a perte tamen profiteri metuunt, ad arma concitatos in Turcas ruere, & extrema quæ experiri, illius causa libertatis: cuius intermissæ morsus grauiores sunt, quam retentæ. Neq; verò etiam omnes ij, qui in Asia sunt, Christianæ religioni nuncium remiserant. Multi in Cilicia, Bithynia, Capadocia, Syria, & Palæstina sunt Christiani. Hyberi, qui & Georgiani vocantur, Trapezuntij, Armenij, Præcopiani, Tatars Christum colunt: nec dubitabunt arma in Turcas capere: quoties rem à Christianis regibus serio agi intelligent: præsertim si vera est seditionis istius in Asia & Africa inter Mahometanos fama; quæ Christianorum conatus magnopere adiuuaret. Non enim leue est inter Arabes, Numidas, & ferè omnes Afros, & inter Turcas ipsos, de Mahometano dogmate dissidium. Hi obediunt Cæliphæ, apud quem summam potestatem voluit manere Mahometes: Turcæ contrâ summum sacrorum Præfidem Mupliti crearunt. Ex ista dogmatum disparitate odia & dissensiones magnæ inter Mahometanos sunt exortæ. Nam in Senatum Turcicum Muphæ vicarij ingrediuntur: qui intercedunt, si quid dogmati suo & legi Mahometis aduersetur: Caliphæ autem sacrat quidem ministros per vniuersam Lybiam: sed nullum sub se regem habet & quæ potentem Ottomanis. Quæ æmulatio quantum pariat contentionum & bellorum; Christiana regna recenter admodum nobis monstrarunt. Vnde enim, quam à varia & multiplici dogmatum interpretatione, tot tanquam bella ciuilia, valde inciulia, in ijs exarserunt? Quod idem si Turciā inundat mali, quale imperio illi allatum sit excidium, quis ignorat? Antea quidem certè viribus Turcarum florentibus, & nullo internorum armorum existente metu, arma & bombardas domi suæ habere prohibebantur Christiani. Quod licet etiamnum capit is

pœna sancitum sit; nihilominus singulis ferè annis diligens sit inquisitio; ne quid armorum lateat alicubi. Simul atq[ue] autem belli aliqua increbuit suspicio; falces etiam a-grestibus adimuntur; & falsi rumores passim sparguntur; undò etiam signa eduntur victoriae, qnæ fuit naſquam; multitudinis ergo in officio continenda. Est quippe metus prouidus magister disciplinæ, ſed minime tamen diuturnus. Hoc tamen non obſtante, multa multis Christianis ſeb Turca degentibus ſunt arma; ad eum uſum aſſeruata; vt ſi aliquando Christiani in penitiora Turciæ ingredi vellet, eos nauiter & oportune adiuuareat: O quot igitur Turcæ domiſuæ tam haberent proditores: coniugum & liberorum ſuorum interfectores; Mahometanæ perfidiæ deſertores! Exſpectant Rascij & Bulgari aduentantes Hungaros: exſpectant Hungari & Illyrij Germanos: exſpectant Epirotæ & Macedonij Italos: exſpectant Valachi & Daces Polonos: quibus quantum expediāt, ne à Tartaris Turcæ emissarijs clades anniuersarias patiantur, intelligunt. Itali, quām infesta maria habeāt, quod ex Foro Iulij, ex Epiro periculum eos maneat, intuentur. Hungari in extrenum adducti ſunt diſcriben: nec aliud deſiderant, quām vt tot tamq[ue] diuturnis bellis confeſti: tot alſiduis ſumptibus exhausti: tam ingentibus periculis expositi; tam inaudita crudelitate hostium diuexati: aut pulchram per vulnera mortem (vt ait Poëta) aut duce & auſpice Deo Opt. Max. viitoriam ſortiantur. Quibus parneerit vos deſſe? par non exaudire eorum queritionias? non ingemiscere calamitate? non perhorrefcere feruitute? Audendum est certe aliquid, & eorum cauſa, & noſtrâ ipsorum gratia. Pacem qui habere cupit; perfidum, crudele, iſtadiſum, hæreditarium hostem bello oportet perlequatur. Non est Turea is, qui antea fuit. Habebatur ille quidem vincibilis ſemper: nunc adeò etiam facilis est ſuperatu. Obtruiuit ſaorū Prætorianorū in Perside legiones: exhausit ex orbis terræ ſpolijs conflatum theſaurum: amisiit, quem habuit, præſtantiorem equitatum: vrgere ſuos tributis vix

etis vix amplius potest; domi hostem & foris habet; cum
metu & horrore interitum circumspectat. Vobis con-
tra Christiani; vobis inquam per omnia regna & prouin-
cias multi & exercitari milites; vobis pecunia atq; opes:
vobis commeaturo: vobis adsunt omnia; ipse etiam aderit
vobis Da v s Opt. Max. cuius olim auspicijs, dum Moy-
ses oraret in monte, populus Istræliticus vincebat in acie:
Sol retinuit suum cursum, ne victoria Iosuæ retardaret al-
terum. Aderit eadem illa prælucente cruce; quâ Constan-
tino Magno, quâ Theodosio adfuit Cæsaribus; quâ Chri-
stianus exercitus Corbonum Mahometanum in Asia supe-
rauit. Impium, impurum, sacrilegum Turcarum genes
fuas conspurcari aras, sua dirui fana, suum proscindi no-
men, suorum Martyrum disiecti ossa non amplius patietur.
Iam tandem mille exactis à nato Mahomete annis: pro ut
de se ipso prædictis aliquando: fortuna olim pauper; men-
te superbus; natione Arabs; consuetudine Idololatra; qui
haec tenus in suis vixit, Mahometes extinguetur. Christiani
saltem, non nomine tantum, verùm etiam re ipsa simus;
pro Seruatore nostro innocentem, scelerati: pro patria
nostrum omnium antiquissima parente, tot nominibus in-
cam ingrati: pro tot gentibus & nationibus Christianis
seruis, nos, qui sumus & adeò liberi videri cupimus, hac
occasione tanta domo egredi, minimè dubitamus. Sic
cum Stephano Protomartyre lapidibus obruto; Petro &
Andrea in crucem acto: Paulo securi percusso; Barthele-
mæo viuente cute nudato; Sebastiano sagittis confosso;
Laurentio flammis exusto (vitam quidem etiam ante in-
Iudæa ista potiti.) ad illam alteram Hierosolymam
celestem, siue vici siue victores fuerimus,
certò veniemus.

CHRISTOPHORI
VVARSEVICHII EQ.
Poloni

PARADOXA DVO
AntiTurcica

*Vincendi Christianos via, victoria
est Invia.*

PARADOXON PRIMVM.

Nter res eas, quæ cùm pro se cuicq; ca-
lamitosæ ; tum Reipub. perniciose sunt, nihil
est deterius Christianorum discordia; quæ vel
priuatæ vindictæ cupiditate, vel lubrica & præ-
cipiti ambitione excitatur. Siue enim turpitudinem rei
quis videat: siue magnitudinem periculorum spectet: siue
victoriar; ipsius ferocitatem consideret; nihil bellis est in-
ciuilius ciuilibus: ut vel moderatissimus quisq; superior
euasisse, in ijs videatur. Omnis enim victoria naturâ su-
perba est: sed bellis ciuilibus superbissima. Quò magis
cùm omnia alia bella minimè bella sint semperq; fuerint;
tum imprimis ciuilia, & cùm omnibus alijs , tum maximè
Christianis sunt fugienda: qui in Christo Opt. Max. salu-
tis suæ autore, & veræ pacis patientiaeq; summo artifice &
magistro, non iam adumbrata, sed expressa vestigia de-
prehendunt Charitatis: & quorum reliquæ res eo loco
constitutæ sunt: ut non alio, quam in testinis Christiano-
rum dissidijs, barbaras gentes & nationes spiritu & po-
tentia augeri magis videamus, regnis & prouincijs eorum
occu-

occupandis. Quis enim nescit, quām à paruis & obscuris principijs, ad hanc tantam amplitudinem Turcæ peruerint? Quod non alteri rei, quam perpetnis Christianorum inter se bellis tribuimus; & maiora inde mala & Reipubl. funera animo prospectamus. Ut enim homines facilius pereunt, quām omnino adolescentur: Sic regna & Imperia longis temporum progressibus & victorijs aucta, vbi semel collabi cœperint torrentis instar præcipitari consueuerunt. Quodne nobis quoq; accidat: circumspicienda sunt omnia vndequaq; pericula; auerenda tempestas, quæ nos manet: & ab ijs rebus omnibus est abstinentum; quibus ut iucundius singulis, sic rursus perniciosus nihil est universis. Sicuti enim priuata vltione releuari homines primùm videntur: tandem verò, vt plorūq; fit, & gritudine quadam animi, & periculorum metu, vehementius agitantur; sic omnino Christiani, vt bellis aliquando triumphant ciuilibus, armis suis ruunt: & Religionis hostium potentiam ciuili discordia repræsentant. Nam vt Mahometem, primum dogmatis auctorem silencio transeam; Ottomannorum familia, trecentis hisce annis Christianorum inter se prælijs quò excreuerit, quis ignorat? Etenim Ottomannus Turca Zichi cuiusdam tenuissimæ conditionis filius, tūm primum vires sumpsit; cūm per omnia Christiana regna & prouincias, belli ciuilis incendium vehementissimum grassaretur. Ardebat tūm bello Gallia & Anglia, inter Philippum Francorum, & Edoardum Anglorum reges excitato. Tumultuabatur Græcia, Andronico Iuniore auxilijs Genuensium imperium Constantinopolitanum inuadente: Clemens etiam V. Pont. Max. ob seditiones Italicas, quibus mederi non poterat, vrbe Roma sedem Auenionum magno Reipub. incommodo, transportatar. Quò est factum, vt Turcæ Tartarorum Imperio dilabente: auspicijs Ottomanni, suam ad Pontum restituerent potentiam: & quatuor ac viginti annis eo duce militantes, dominatum suum propagarent. Huius porrò Ottomanni filius, Orchanes ap-

appellatus, Nicæana & Nicodemiam obsidione fatigatas ; tūm etiam cepit : cūm Palæologus & Cantacuzenus inter se dimicarunt. In quodipsum tempus , duorum Imperatorum Henrici Septimi & Friderici Tertij incidit elecōio : qua ostennale bellum in Germania est excitatum. Age , Turcis in Europam gradus , quis fuit primus , quām sub Amurate Græcorum in Imperatorem Palæologū conspiratio ? Contra quos cūm Imperator Turcas in auxilium sibi acciuisset : & à Marco Craionicio inferioris Myſia princi- pe , iniuriās sibi factas vlcisci voluisse : auctor certe fuit , vt Callipolim in Chersoneso & aliquot vicina Helleſpōti op- pida , Turcæ caperent : mox verò confirmatis viribus , & a- ditu ad Helleſpontum præmunito : Philippolim , & adeò Andrinopolim ipsam ex ruinis Orestiadis instauratam oc- cuparent. Quo eodem fere , aut paulò pōst in sequenti tem- pore grauissima contentio inter Romanos Pontifices est exorta : quæ quietem turbauit Reip. annos circiter qua- draginta. Taceo Baizetem Amuratis filiū : qui occiso fra- tre Solymanno , relictā vrbe Bithyniæ Pruzia , sedem An- drinopoli fixit : & ad vires Asiæ Europæq; coniugendas ni- hil prius faciendū iudicauit : præsettī cūm Veneti cum Genuenib; Hungari cū Transyluanicis Saxonibus , Io- annes Galaeius Dux cū Scaligeris in Italia tunc dimicarēt . Qui idem Marcum Despotam Ducem cum vniuersa nobi- litate fudit : Constantinopolim sic acriter oppugnauit : vt Ioannes eius Imperator eam deserere ; & ad Gallorū Re- gem Carolum auxilia imploratum proficisci cogeretur : qua etiam haud dubiè potius fuisset ; si Tamerlanes Scy- tha ab instituta oppugnatione cū non retraxisset : prælioq; superatum , & cathenis viñctū in triumpho per vniuersam , Asiā quoad vixit , secum non circumduxisset. Qua ne tunc quidem occasione ad Ottomannic; generis principes ex tirpandos vti Christiani voluerunt . Est quippe fatis vel fatuis potius authoribus via ad seruitutem , compendiaria ; perdifficilis verò expediē libertatis . Venio ad Calepi- num , quē Cybellium alijs , siue Griskelebum placuit appell- lasse ;

lassè: qui cùm iam omnes Ottomannici nominis & semi-
 nis principes interituri crederentur: vñus Græcorum leui-
 tate à Baizetis morte, maioribus Christianorū malis scr-
 uatus: multò adhuc in eos crudelior est effectus. Hic Græ-
 corum procerum, qui Palæologo resistebant, opera adiu-
 tus; tantas quidem mox contraxit copias; vt in Bulgaros,
 Seruos, & Macedonas graffari, & adeo Hungariæ ipsi insi-
 diari non dubitaret. Quas ipsius molitiones ne Sigis-
 mundus Imperator, idemq; Hungariæ & Bohemiæ Rex,
 refrænare posset: cùm infelici ad Columbarium cum Tur-
 cis prælio; tñi verò domesticis in Bohemia impeditieba-
 tur tumultibus, Zisca Duce excitatis. Hunc secutus est
 Mahometes, eius nominis Primus, Ottomanico genere
 sextus Imperator: qui V Valachiam Polonorum, Rasciam
 Hungarorum, Epitum Græcorum sepimenta, intestare
 tunc cœpit: cùm Poloni ad Grunenaldum cum Crucigé-
 ris: Hungari cum Venetis; Græci vero ipsi inter se depu-
 gnarent. Quid Amurates Mahometis filiis? an vt alia race-
 am, non tam robore militum suorum, quām siue negligē-
 tia, siue perfidia aliorum Christianorum, ad Varnam supe-
 rauit? A qua ipsa clade Christianas vires & animos traxit;
 barbarorum verò esse elatos, multi existimant. Vna enim
 aliquando victoria improvidè hosti concessa, causa est
 permultarum. Iam sedes & domicilium Imperij, nobilissi-
 sum Græciemporium, Thraciæ caput & ornamentum,
 Byzantium, an à Mahomete secundo tunc non est captū:
 cum Albertus Brandenburgicus, Achilles Germanicus di-
 cus, contra ciuitates Imperij bellum gererent; & Vrsinorū
 atq; Columnen sū contra se arma vrbē Italiamq; cruentarēt:
 Atq; hic quidem Mahometes eò audaciæ iam processerat:
 vt Hydruntum in Italia capere, & vrbī orbiq; terrarum ipsi
 inhibare nō dubitauerit, nisi impios eius conatus mors ino-
 piaata peruerisset. Huins Baizetes filius, Sforziæ Ducis
 Mediolani instictu, sœdus cum Venetis fregit: & Methonē
 Coronem, atq; Naupactum ab eorū Imperio auulsum per-
 fidiosè sibi vindicanit. In quod ipsam tēpus Caroli Octavi

Gallorum regis in Italiam incidit aduentus : & Cæsariss: Borgiæ grauissimus Italis extitit dominatus : Quid Selymus Baizetis filius & parricida crudelissimus? vllane alia re quām Christianorum intestinis dissidijs, & cruentissimo illo multarū gentium & nationum ad Rauennam prælio, spiritu austus, & ipsum Ottomannorum auxit Imperium ; vna ferè æstate, Arabibus, Ægyptijs, Cilicibus & Caramannis subiugatis ? Facile enim Babylonia & tota Ægypto potiri ei fuit ; qui Italiā, quæ eius patrem post multorum mensium possessionem Hydrunto expulerat, in alto bellorum ciuilium fluitantem, suos conatus non impedituram cognonit. Hunc Solymannus eius filius subsecutus, Taurinum non Vngariæ modò, sed multarum etiam aliarum prouinciarum propugnaculum, à maiori- bus suis frustra antè tentatū expugnauit. Quod ipsum Taurinū, exiguo ære, cōmeatu secundo, Danubio Buda demisso, magnoperè iuari potuisset : si in ijs, in quibus summa esse debebat, fides non defuisse. Verū modici sumptus, & laboris tædium ; causa interdum longè est grauiorum. Occisus est ab eodem tandem, & ipse Vngaria Rex ad Mohaccum Ldonicus : At quomodo occisus? sine dolore commemorari non potest. Eductus quippe in prælium ab illis ipsis, quos salutis eius custodes par fuit extitisse : desideratis in expeditione plarimis : quos aut ambi- tio cœca ad promissa suo Regi auxilia subtrahenda addu- xisse, aut torpor animi retardasse. videbatur : Antistitibus sacris ordines ducentibns: militibus verò, vel si cœlum rueret, haftis illud sustentatores esse se iactant, promi- rentibus : ab omnibus quidem si expectioni satisfactione fuit, eventus demonstrauit. Homines qui poë cordati alienis exemplis stolidi suis calamitatibus sapiunt. Quid ve- ro horum Vngarorum casus & pericula num alios etiam permouerunt? nihil minus. Surdis auribus Romæ: sur- dis in Comitijs imperijs Spiræ auditæ sunt Vngarorum querimonie; Atquè adeò cum eorum legati magno comi- tu Spiram venissent: num ijs, qui Turcico habitu vte- reatur,

rentur, Christiani auxiliari debeant: otiosè (ut sit) à quibusdam est disputatum. Quid igitur ex hac tanta rerum omnium neglegione est subsecutum? Primum quidem Solymannus, crudelior & animosior factus: Taurini expugnatione, & regis Ludeuici cæde, & Rhodianorum militum expulsione non contentus: Viennam adeo ipsam est aggressus. Ardebat tūm intestino bello Christianus orbis vniuersus. Nam paulo ante à Caroli V. Cæsaris Ducibus, Franciscus Gallorum Rex captus: & Roma expugnata: & Rusticanum bellum fuerat in Germania excitatum. Quæ omnia arma & occasionem hosti suggestisse: nostris vero principibus virtutibus eripuisse videbantur. Ad eum igitur modum, Rhodum insulam celebrissimam, exulum perfugium, naufragium receptaculum amissimus. Perdidimus diuiso senatu, distracto populo & Hungariam, regnum electionibus geminandis. Adrianus Pontifex Maximus, bonus quidem ille & integer princeps: sed ad gubernandā Remp. (quæ nimirū ars artium est omniū) parum aptus, Hierosolymitanis militibus auxiliū perentibus, paupertatis excusatione opem non tulit; nec aliquo modo afflitis Christianorum subuenire rebus, cùm maximè potuisset, cogitauit. Ferdinandus Romanorum Rex, postea vero Imperator; cui Hungaria à Ludeuici morte regnum detulerant: in tot Comitijs Imperij auxilio contra Turcas petendo, vix aliquando quid efficit. Interim autem Saxonico, & Metensi, Senarum alijsq; bellis, Respublica est agitata. Quòd si recentiores etiam clades commemorare par est; en tibi est Cyprus, quæ cùm bellis civilibus arderent Galliæ: cùm Belgium tumultuaretur: cùm Dania & Suecia secum certaret ipsa: cùm Polonia in sidio si fœderis laqueis irretita, alienam calamitatem ociosa inspectaret; in Selymi Turcæ, non dicam regis, sed Tyranni, non legitimi alicuius principis, sed Iuris humani prædonis; non hominis, sed belluz peruenit potestatem; Occasionibus quippe rerum gerendarum neglegtis, & tardius initis fœderibus: per opiniones de bello gerendo itum est

varias & multiplices: Consultationibus multum extra-
ctum temporis: prouincijs inter se partiundis diu mul-
tumq[ue] disceptatum: & quasi decantatus triumphus ante
victoram. Qua licer potiti tandem sumus: an vt ea sci-
uimus? & longe crudeliorem cautioremque Turcam non
effecimus? Nobis tantum Carinæ: illi Regna & tot mari-
timæ oræ cesserunt sub Imperium, Quid Ita? Quia vt o-
lim capta Buda Ferdinandi Regis Solymannus Turca le-
gatis dixit: Turcarum Imperatorem esse instar Draconis:
qui vnum tantum caput, caudas haberet multas: Christia-
nis verò principibus cauda esset vna: at capita propemo-
dum infinita: hoc igitur faceret, vt nec progredi, nec re-
gressi facile possent, vnum autem Turcæ caput caudas post
se duceret, & quod vellet permearet. Quod vtinam saltem
minus verè experiamur! Omnes quidem apud nos p[re]esse
nemo vult subesse. Nos Oratoribus, ille bellatoribus:
nos differendi subtilitate, ille bene gereadæ rei celeritate
delectatur: h[ic] est victorum otium, illuc negotium: h[ic] Syl-
logismis defensatur religio: illuc semper armis adjicitur
aliquid imperio: h[ic] statuta illuc scuta teruntur in manibus:
h[ic] diu multumq[ue] consultatur: illuc quod nostrum est vi &
fraude occupatur: h[ic] deniq[ue] dies dicitur comitijs: illuc
Turca augetur prouincijs, aut Victoria aliqua est insignis.
Videamus enim spacia præteriti temporis, & vel cladium
nostrarum memoriam repetamus ultimam. An vt recen-
tiora saltem proferam, sub Vormatiensibus imperij Co-
mitijs Taurinum: sub Notinbergensibus Rhodum: sub
Spirensibus, Ludouico rege e[st]o, magnam Vngariæ par-
tem Turca non occupauit? Quis porro Christianorū prin-
cipum opem tunc socijs tulit? quis potius sua suorumq[ue] ar-
ma ciuili sanguine non cruentauit? Mihi quidem videre vi-
deor, Scipionē Nasicam non tantum Romanis suis, verū
etiam nobis Christianis illud dixisse: vt cùm externis non
possimus, domesticis armis concidamus. Quæ(malū)enim
ea est victoria, in qua & victor, quod vincit, amittit: & vi-
ctus interit? Ferunt Pyrrhum Epirotarum regem, commis-
so bis

so bis cum Romanis prælio , vtroq; vero multis suorum
 desideratis, licet post victoriam, exclamasse: O nos infeli-
 ces (inquit) qui sit tertio etiam vicerimus, neminem fortal-
 se cladi superesse faciemus? Quod eò quidem magis bel-
 lis ciuilibus videri debet: in quibus honestam cauſam in-
 honestissima victoria ſæpenumero eſt subſecuta. Inſer e-
 nini, quòd velis, oculos: & omnes omnium temporum e-
 uolute historias: an Syllæ contra Marianos vindicta nō lon-
 giùs, quām par tuit, processit; & honesta cauſa in honestif-
 simam victoriam habuit? Quæ nobilitatis authoritate pul-
 chrè quideo initio defensa, vrbem & multas Italæ partes
 fœdissimè cruentauit: hoc tamen ipſo Sylla aut Mario C.
 Cæſarem crudeliorē, adhuc fuisse M. Tullius testarum fe-
 cit: quippe qui in cauſa (vt ille vocat) impia, crudeliorē ad-
 huc vſus eſt victoria ; & non ſolum ſingulorum ciuium
 bona publicauit: verū etiam vniuersas regiones & pro-
 uincias vno calamitarum genere comprehendit. Iam ve-
 rò hæc noſtra aut paulo superior ætas quām multa edidit
 exempla immanitatis ſuæ deteſtandæ. Ferunt in factiosis Italæ vrbibus, quæ ſub Grelforum & Gibellinorum nomi-
 ne, hæ imperatorias, illæ pontificias partes tutabantur :
 tantum furorem & amentiam quorundam extitiffe; vt qui
 aduersæ factionis eſſent, in hostium ſuorum manus reda-
 ēti; viui quidam diſcerpti: aut ex domorum fastigijſ præ-
 cipitati: pueri eorum in cunis vagientes occisi: matronis
 exēti ventres: & partus ad opprobrium iuueniſi fuisse
 memorentur. Quo ipsa quid ferum aut immane magis
 dici excogitariue potest? Atque hoc quidem bellorum ci-
 uilium eſt proprium & præcipuum, in quibus & victor
 nullum ſineſit nocendi; & vicitus perpetuo vlciscen-
 di agitat studio: donec animus eius vindictæ ſatieta-
 te expleatur. Age enīm recentiora etiam videamus. In
 Bohemia, parricida patriæ Zisca Duce, an tot opulentissi-
 ma cœnobia, tot magnificentissima templorum ædificia:
 deſtructa non ſunt; quot centum quinquaginta an-
 nis poſt restaurari non potuerunt? Nuper vero in Gallijs
 quæ

quæ tanta rabies hostium, quæ tanta crudelitas barbarorum fuisset; quæ tam nefaria multa, quæ à ciuibus & indigenitalibus in visceribus patriæ sunt commissa, perpetrasset? Quot magnifica templa à fundamentis diruta? quo mortuorum sepulchra violata? quot sanctorum ossa disiecta, & Regum ipsorum capita circumgestata in Gallijs sunt vel fuerunt? quæ à feris & Barbaris gentibus, ir agnis etiam propositis præmisj, haud scio si accidissent. Sunt enim domesticis tumultibus immanitate quadam magis effera-
ti animi suorum: quam omnino externorum. Nam quid ego de inferiore aut etiam de superiore Germania loquar? Quid Angliam? Sueciam, Daniamue commemorem? Di-
es me deficeret, si quæ in hanc sententiam adduci huc pos-
sent, enumerare velim. Etenim cùm longè diuersa exter-
ni & domestici belli ratio sit, semperq; fuerit: non qui-
dem is, qui bello ciuili potentia superior, statim est & vi-
ctoria: sed Martem communem, & incertos exitus prælio-
rum cum metu & horrore pro se quisq; circumspicit:
contra quem integri adeo & quieti ciues ipsi aliquando ex-
citantur: partim in victos misericordia, quæ nullius etiam
oratione euocata, præstò est inferioribus: partim etiam
victoris ipsius iniuria: à quo sibi nemo non metuit: cùm
res in orbem ducitur; & crudelitatis vicissitudo exarde-
scit: sic ut nihil minus optandum videatur: quam ciuili-
bas bellis, etiam ad meliores victoriam peruenire. Ho-
mines namq; sumus; & rebus ad voluntatem nostram flu-
entibus, non semper eundem vultum & animum retine-
mus. Qua ipsa de causa olim Romani orbis terrarum do-
mini, & gubernanda Reipub exemplis abundantes: vi-
ctoriam eam, quæ ciuili sanguine constitisset, nulla publi-
ci gaudij significacione prosecuti sunt: & legem tulerunt,
ne pro recuperatis ijs, quæ populus Romanus antea ha-
buisset; sed pro aucto & propagato Imperio, triumphus
cuiquam decerneretur. Tantum enim differt, adjiciat an
detractum quis restituat: quantum est à spatij à principio
beneficij ad finem iniuriæ. Hinc C. Catulus M. Lepido
collega

collega suo cum omnibus seditionis copijs prorsus deleto, moderatum gaudium praetulit & in vrbē rediit. Hinc C. Antonius Catilinā viator, absteros enses in castra reportauit; & deniq̄ Martius ipse crux cūlīs helluo, aduersarijs cæsis ad deorum templa non statim properauit. Est enim omnis gloriæ auditas mala; sed ciuili victoria pessima. Itaq̄ & Cneus Pompeius; cuius gestæ res ijsdem, quibus solis cursus terminis concluduntur: qui antè Imperator, quām miles triumphalis, quām consularis fuit: vi- nius belli ciuili flamma, quæ aut voluntaria, aut non necessaria fuerat; omnia sua inquinavit ornamenta: & C. Cæsar, quo Imperatorum nemo collatis signis sèpius dimicauit: qui Europam cæde, Africam consilio, A siam celeritate vicit: dominatu ciuium suorum sanguine patro, minimè tandem laudatus & diuturnus fuit. Non enim est Imperatorum, multis alijs velle, & ambitioni suæ non posse imperare. Et quisquam dubitat, nihil vindicta deterius, & relata gratia esse præstabilius? quamquam gratia oneri, vltio in quæstu vulgo habeatur. Ac rectius quidem fit, cùm vindicta precibus frangitur: vel communi necessitate abijcitur: vel temporis ipsius longinquitate mitigatur: gratiam verò quod referas minus, nec difficultatis excusatio, nec vlla Reipub. ratio, nec propter vetustatem debet valere obliuio. Quò enim plus pecunia effundimus: eò propiores sumus inopiae. Gratiam autem & referimus habentes, & habemus referentes. Quò magis Lacones id maximè diuinitus precabantur: vt ignoscendi essent potius ipsis causæ: quām vel vlciscendi occasionses infinitæ. Non enim ad magnas obsecundas res natus videtur is: qui ab animi impotentia, tanquam à superbo quodam Domino, de statu mentis deturbatur. Ac verè est regium alienas persequi, suas verò iniurias obliuisci. Quidenim? An & Alexander, rebus alijs magnus, hac ipsa maximus, regium esse, cùm bene feceris, malè audire, crebris sermonibus non usurpauit? Quam magnifica & magno principe dignissima vōce, non modò orbem terrarum, verum seipsum

quoq; viciisse; & non tantum in regni, sed etiam in virtutis paternæ hæreditatem venisse se testabatur. Est enim memoriz proditum, Philippum patrem Alexandri, cùm quendam loqui de se audiueret male, multiq; ut in exilium eum ageret, consoluissent, sic respondisse: Quasi verò huc & illuc ob errans, deteriora non loqueretur. Et rectè id quidem; Si enim maledicū contemseris: ipse te sux condemnat leuitatis; si ei succenseas, ea quz spargit, videris tacito quodam modo de te ipse confiteri. Quòd igitur maledicū non punierit, clementiaz: quòd contemserit, excelsi animi; quòd in exilium non egerit, prudentiæ Philippi est attributum. Quas præstantes virtutes si quis è vitæ tollat societate; n̄ hand multò aliter, quām ē Solem ē cœlo auferre velit, facere videatur. Qui enim in tanta rerum, ingeniiorum, & fortunæ ac conditionis, tot non dicam ordinū, sed hominum disparitate paritas retinebitur animorum; quæ concordiæ mater, altrix internæ pacis, externæ est præsidium? Perinde ac si idem, quod medici iubent, curare contraria contrarijs, cordatis & prudentibus viris facere non expediat: vt videlicet nemine impotenter odio habendo, aliorum malitiam bonitare, amentiam ratione, temeritatem consilio, furorem mansuetudine superent: Quòd si ipsi medici à mente captis æ quo animo ferunt conuictias quid nos etiam aliorum, imo in ijs & nostra non perferramus vitia? Quo pacto patrem cœlestem communem appellabimus patrem, cùm nobis cum eiusdem patris filijs nulla animorū fuerit coniunctio? aut qua ratione alijs habeamur pares, cùm eos despicerimus, quibus despicias & ipsi habebimur despiciunt? Hem! quam perfidè oramus, regnum Dei vt adueniat: quòd regnum est dilectionis atque pacis: interim vero nihil minus, quam de pace cogitamus. Quid? Cum Christus Opt. Max. concordiæ & amoris symbolum cœnam suam & coniunctionem nobis reliquerit: nos discordia nostra tantum illius amitteremus beneficium. Pacem suam nobis dedit, pacem reliquit; nos eam aufersemus? Remittere nobis peccata nostra promisit; sed ita,

vt nos idem alijs etiam faciamus: quod nos exequi nihil o-
mmino cogitamus. Quid ergo publicanis meliores? Quid
Pseudoprophetis iustiores sumus? qui & ipsi odio non
habebant eos, à quibus nihil siebat eis iniuria: Eum verò
non imitamar, qui super iustos & iniustos pluit: pro hosti-
bus & interficēt oribus suis orat; suum exemplum, nostrum
vult esse documentum: doctrinam, mysterium: mortē, salu-
tis perfugium: in aduersis perenne alleuamentum. Fac a-
nimi moderationē, abiectionem: mansuetudinem, formi-
dinem: firmitatem & constantiam, stuporem quis appelle-
ret & ignauiam. Enim uero pius & consideratus vir, summi
& aequissimi tribunalis iudiciū, perfectissimi magistri ex-
emplum, vulgi opinioni aut leuitati non merito antepo-
net: apud quem non tantum factorum, sed & dictorum o-
mnium exactissimam rationem sibi esse reddendam recor-
datur: cùm adeò etiam præter hanc ipsam præriorum
spem, & pœnarum metum hominibus prophanis, & à co-
gnitione veri Dei remotis, ipsa ratione & intellectu duce,
gloriosum in omni memoria fuerit, has tam præclaras vir-
tutes aliquando coluisse. Quamobrem ut unde effluxit, eò
se referat oratio: nihil quidem cupiditate vindictæ, & no-
mine turpius, & re denique ipsa est perniciosius: præ-
sertim si bellii ciuilis incendium, seges & materia calamitatū
subsequatur. Quis enim multitudinem inter-
fectorum? quis spolia & direptiones vrbium? quis vasta-
tionem agrorum? quis omnis generis immauitatem bellis
ciuilibus percenseat? Hæc sunt, quæ tot regna & prouincias,
tot gentes & nationes, sub Turcum iugum mise-
runt: hæc barbaris animum & potentiam, uobis timorem
& imbecillitatem attulerunt: hæc tot tantasq; regnorum
clades, tot vrbium vastitatem, tot exilium ciuium, tot
supra virginum, tot cædes & homicida pepererunt: ex
his tot mala & pericula tanquam ex fonte scaturiunt: ex his
qui aliquid iudicij habet, maiora adhuc mala & Reip. funera
metuunt: & graue multorum regorum conuersiōnem vehe-

extimescunt. Quid Africā Hispanijs est infestius? qua subiuganda suorum intestinis compescendis motibus, anticipi contentionē Rex optimus distinetur. Quid? an vna certa ex parte Africō littori Galliæ non sunt expositæ? At istarum non in defendendo, sed in diffundendo suorum sanguine, ensis hodie exercetur. Pannonia periculum, non præsidium Germaniæ amplius denunciat? Hoc illa curat scilicet. Valachiam suum propugnaculum amisit Polonia: & non Danubio, sed flumine Tyra, Turcæ ab ea distermiantur. Quasi verò non nisi accepto sapere damno proprium sit Polonici generis atq; feminis. At est cum Turcis pax: vtinam quidem non pactio imminentis seruitutis! Ex Græcia in Italiam, Appollonia Hydruntum, vna ferè nocte mare transmittitur. Enim uero hoc de auertendo malo in Italia cogitatur: Dies interim succedit di ei: & calamitatum vicissitudo cuncta peruadit. Iam vero nauigauit olim in Africam Cato: & vt Romanis periculum, quod à Carthaginensibus illis erat metuendum, ostendisset: ficus grandes & recentes secum attulerat: quas in terra Romano nomini infesta cùm nasci docuisset: suis, vt arina in eam caperent, tandem persuasit. Vos non dicam vicinitatis terrore, sed tubarum Turcicarum clangore, quis expergeficiat? Perinde ac si hæc non restet via, & vnicaspes salutis expediendæ: vt isti tandem enses ciuium sanguine oblii in hostium communium transferantur excidium: & non in patrio seu Christiano solo, sed in hostico, strenue & animosè bellum geratur. Etenim subiectis, quos belli vrget calamitas, viuitur commode nemo: & milites à patria remotiores difficilius fogam capessunt: & æquius ea vulnera ferunt: quæ examinata non obligat vxor: non luget constuprata filia: non casus pater: non vincitæ mater: non incensa diuellit patria; quæ omnes omnium charitates complexa, quasi quædam antiquior habetur procreatrix. Hoc videlicet consilio Scipio olim bello in Africam transmisso, patriam armis Annibal liberavit; & rursus idem Annibal Antiocho regi contra Romanos illud

illud suggessit. Cræsus contra Reginam Tamyrim Cyro dedit; & deniq; Agathocles quos domi suæ sustinere non poterat; Carthaginem inuadens, pacem ab ijs impertravit. Est enim impetus inferentis, quam propulsantis bellū, vehementior: & opinione ipsa maior: qua non secūs ac certa quadam ratione in bellis & prælijs homines cōmouentur. Nec verò eo modo simul hosti cuncta obieceris: militem, quo cum pugnet coniugem, quam violet: liberos quos interficiat: parentes, quos vexet: domicilia, quæ incendar: fortunas, quas diripiatur: fana, quæ diruat & euerrat: quæ omnia ipsa aliquando morte sunt grauiora. Finis enim bene exatæ vitæ, initium est felicitatis atq; gloriæ: seruitus extremum malorum omnium, nulla longioris vitæ cupiditate perferendum. Hæc tamen quotus quisq; considerat? quis Vicinitatis Turcicæ terrore, quis seruitutis grauitate, quis nostra, quis Dei Opt. Max. iniuria, ad arma capienda excitatur? Eripere tu nos, Iesu Christe; ex Dæmonum potestate morte tua crudelissima voluisti: nos incertum præliorū exitum, & Martem communem subterfugimus; hæreditate tua, seminario miraculorum, vestigijs pedum tuorum, quibus solum illud institisti, quod sanguine tuo respersisti, vindicandis? Quid pro religione pugnare videri voluimus, cùm ipsum religionis fontem deserimus? quid conscientias nostras liberas esse cupimus, cùm Iugo & seruituti Turcicæ nos spōrē addicimus? quid filios liberæ nos appellamus; cùm filiorū seruæ imperium acceptamus? Hem! quam turpe & ignominiosum est, ferrā in Christianos strin gere & in Turcas recondere: pro angustis terminis digladiari, & amplissimis regnis à barbaris spoliari. Erumpat libera vox: & vera audiatur oratio: vt pescatores, non vt passant, sed vt præhendant pesciculos, esca hamum obtegūt. sic hoc Euangilio, non religionis causa, sed regionis gratia quidam abutuntur: quo quid profecerint, ipsi viderint. Exitus qui sit cius rei bonus, cuius malum est principum? Et an vel salus ipsa saluare potest eum: qui ad interitū properat ipse voluntarium? Sed querelæ amplius non sunt gra-

236 ORATIONVM TURCICARVM
et quando sunt serz: & Scopulosas pœnitenti portus, post
factū sapere. Vos ego oro obtestorq; Principes, qui Reip.
tantū debetis, quātu ab ea plus accipitis: tantum accipitis
quātu opibus & dignitate præ alijs emineris: date vestræ
offensiones Reip. date saluti & cōsciētiæ vestræ. Atheniē-
ses vt patriā liberassent, omnes inter se iniurias obliuione
obruerunt sēpfernæ: vos nihil minus facietis? Lacedæmoni
nij in bellum ituri, quod pactione, quam ferro, illud ter-
minare maluissent, non Marti sed Veneri sacrificauerunt:
Vos contrarium moliamini? Quis ergo vos crudeliores
Barbaris, Scythis Saracenis immaniores non dicat & sen-
tiat? Iniuriam alcisci quid aliud erit, quam eius, qui prius
læserit, imitari malitiam. Agrotare dices te, quod agrotat
aduersarius furere quod furit inimicus: & cui ex præscri-
pto legis septies & septuagesies pepercisse: quem pro eo ac-
te ipsum debebas dilexisse, eum bonis exuere omnibus, vi-
ta deniq; ipsa spoliare conabere. O quam leuum & de sa-
lute cōmuni nihil cogitantum sunt hæc consilia! quorum
(vt inquit ille) celerrima est facili pœnitentia comes; mor-
sus conscientiæ præmium; mores stipendum. Qui vrinam
rāndem aliquando ad se redeant, vindictæ cupiditatē post-
habeant: in leuitate populari nihil studij consumant: præ-
sentes fructus negligant: gloriæ & posteritati seruant: &
nihil iatæstnis odijs atq; dissidijs sibi & cæteris pernicio-
sius arbitrentur. Quod si minus ab ijs impetrari posse vi-
deatur sua quæmç merces maneat, & Resp. quæ immor-
talis esse debet, peruersis mortaliū artibus non euertatur.

CHRISTOPHORI VVA RSEVICII PARADOXON II.

Christianorum Discordia, non crescat Turcica Potentia.

Si quis artes consideret eas, quibus orbis terrarum ma-
xima pars in populi Romani peruenit potestatem:
Turcas ijs similes facile deprehendens nos vero ad in-
teritum

teritum ruimus voluntariū: non secūs ac olim summi quicq;
reges & tetrarchæ, sub Romanorum Imperium aliquando
peruenerunt. Quis erit Philippo Macedonū rege & Persei
patre, plus vidisse, & quis sibi quisq; minus rursus prospes-
xisse dici aut fingi potest? Qui cū omniū maximā & grauissi-
mam tempestatē ex Italia in Græciā aduertantē videre se
prænūciasset: quotsū hoc illi fuit, si nulla cōsilia & rationes
adhibuit, tēpestatis illius auertendæ? Lōgē enim est turpi,
plus alijs velle vidisse, & nihil eo profecisse; quam si nulla
mentio fuisse prudentia illius perspicacis. Quo est factū, vt
tanto quidē minus Philippi regis gloriæ id cederet: quantò
eius filius à Paulo Aemilio Romam in triumpho ductus, &
rursus huius filius scriba factus, magis spe etabantur: quo
tanto regi & eius clarissimæ progenie, quid calamitofius
Potuit euenisse? Verū innata est intellecū homiū im-
becillitas quædā: vt diuini numinis tanto conspicua sit po-
testas. Age enim percutramus animo, & qui fuerit terribilis Romanorū progressus? ac ipsius Philippi & eius familiae inter-
ritus, mētis acie contéplerū; & erit qui dubitet Romanos,
simulatq; in Italia portiores sunt facti, extra Italiam eiā, ita
tim bella gessisse, & imperiū suum protulisse? Ac principiō
quidē, cūm quingentis propemodum annis Volscis Aequis
Samnitibus, Hetruscis, & alijs subiugandis, domi colluctati
faissent: Primum bellum punicū Appio Claudi Cæci fratre,
& M. Faluio Consulib; gesserunt: Mox Censu Romæ ha-
bito, & ducentis septuaginta millibus hominum adiuuen-
tis, Hamilcarē in Hispania, Africos in Sicilia domuerū; de-
mum non ita multò post bellū eis Ligusticum fuit: occasio-
ne vero Siciliæ ab Hierone rege euocati, rursus arma in Car-
thaginē ceperunt: & Tertio Punico bello, quod eorum vi-
res mitifice auxit, Carthaginē deleuerunt. Quod ipsum an-
tequā perfecissent; & cum per centum puinqnagiura an-
nos continuos, aut apertum bellum, aut helli præparatio,
nec vñquā fida pax inter Romanos & Carthaginenses ex-
titisset: varijs & multipli cibis vñsi sunt artibus; nec simul
irritare omnes, sed hos fæderibus vincere: illos terrere
armis, cūm his societatem & amicitiam colere: illos
specie

specie quadam belli iusti, aut defendendorum aliorū gratia aggredi velle videbantur. Quas eorum artes & fraudulentas molitiones, lenti cuiusdam motus, & moderati Imperij speciem præferentes, cùm nec Philippus Macedoniz, neq; Nicomedes Bithyniæ, neq; Mithridates Ponti, neq; Philomenes Paphlagoniæ reges cognouissent: neq; tā uti victoria, quām vincere Annibal ipse didicisset: vñus tandem post alterum sub Romanum iugum ierunt; & vitam imperiūq; amiserunt. Iam enim, ne quid altius repetam, vel post vnam illam Casensem cladem, viribus & animis Romanis ita conciderant: vt multi eorum in Græciam & in Siciliam Romæ profugere cogitarent. Quo ipso tempore, si vel Annibal Romam petere, vel Prusias & Nicomedes Annibali succurrere voluissent: haud dubiè Romana res in maximas angustias, & difficultates incidisset. Facilius enim inclinata labuntur: quām semel lapsa resurgunt. At enim verissimus ille vates Hanno Carthaginensis fuit: qui cùm Cannensis victoriæ signa siue spolia ex Italia ab Annibale missa apud suos vidisset: & nunquid Romani pacem ab Annibale petiissent, quæ siuisset: nihil minus factum legatis respondentibus exclamauit: Bellum (inquit) parate. neq; est quod pacem ea victoria expectetis; & vere. Hoc enim prælio Romani vici, animū nihilominus non desponderunt: sed vt ex Italia Annibalem reuocarent; Scipionem in Africāim miserunt: à quo Annibal vicius; apud Prusiam Regem profugus, veneno seipsum sustulit: & ipse demum Prusias à Romanis superatus, ignauia suæ pœnas exsoluit. Vix enim sua passibus vici, victores victorijs peragrant etiam aliena. Ad eum autem modum, suum quoq; Turca profert imperium: & eos omnes, qui alienæ calamitatis ociosos spectatores se præstant; non fidei, non federis ratione habita: cùm tempus facultasq; datur: sub iugum mittit crudelissimæ seruitutis. Vnum tantum illud secūs, quām Romanis, Ottomanicis defuit: vt in tanto felicitatis suæ cursu iustum & moderatum imperium magis habuissent: cum populo Romano exteræ gentes & nationes seruire, quām

quām imperare alijs idcirco maluerint. Etenim omnia bella & quitate victoris potius sunt terminanda; quām ira & insolentia ipsius victoriæ. Quò etiam magis olim Faliscos, non tam Romanorum arma, quām Camilli subegit humana: neq̄ tam potentia Pyrrhū, quām ingenuus animus peruicit Fabricij: neq̄ tam euertenda Scipio Carthaginē, quām sua ipsius virtute factus est admirabilis: cùm c̄ contrario Ottomaniici nominis non tam reges, quām monstra quædam, & naturæ portenta crudelissima: ac (vt in multis paucos proferam) Mahometis, qui Constantiæ pollin cœpit, immanitas: Baizettis eius Filij fraudes: Selymi primi parricidium: Solymanni ambitio: Selymi Secundi perfidia; odiosum nomen Turcarum fecerint: quō minus Christianos populos in tot eorū dissidijs imperio suo adiunxissent: cùm interim Austriacam familiam Deus Opt: Max: tot regnis auxerit: iusti & moderati imperij cœla, & benignitatis cuiusdam singularis: vt quantum in his angustis Europæ regionibus à Sathanæ Ecclesiæ Catholicæ ademptum: tantum Austriacorum regum auspicijs, in Orientis & obeuntis solis vltimis & latissimis prouincijs, adiunctum diuinitus videatur. Qui quoniam eodem illo, quo & Ottomaniici tempore florere inceperunt; non minus quidem sperandum, quām optandum est: ab illis etiam ipsis finem suum Ottomanicos habituros: non secus ac illo ipso die, quo Nabuchodonosor templū destruxit, Cyrus est natus: qui eius progeniem extirpauit. Sed ad propositum reuertamur. Magna quidem est fuitq̄ similitudo semper Romani & Ottomaniici progressus: & augendi arcium principatus. Et quemadmodum olim Romani, sic trecentis ab hinc annis Turcæ paruis admodum à principijs exorti sunt: & vicinorum prædis spolijsq̄ excreuerunt. Et verò vt aliquando Romani regnū in prouincias redigendis prouincialium ipsorum opera vtebantur: sic & Turcæ hodie faciunt: & nostrorum principum ipsorum dissidijs freti, hac tanta felicitate potiuntur. Quid enim? an olim Romanis per Campanos in Samnites, per Mamer-

tes in Hetruriam, per Mamerinos in Siciliam, per Chephisodorum Athenieuses in Macedoniam: per Sagontinos in Hispaniam: per Masinissam in Africam: per Aetolos in Graeciam: per Attalum & Eumenem in Asiam: per Eduos & Masilienses in Galliam aditus non est patefactus? Adeundem verò modum Amurati Turcæ per Catacuzenum Prusiam; per Paleologos Mahometi Thracia: eidemq; per Despotas Mysiæ & Bulgariæ; Solimanno per Regem Ioannem Hungariae; occasio & facultas data est occupandæ. Quid enim illis feliciores simus, quorum insitimus vestigij, & quid Turcæ nō tantum in nos possint, quantum audent? & qui eis non adfint cuncta, cum nos non dubitamus nobis deesse? Sic deniq; olim Romani debiliori semper parti ferabant auxiliū; partim ut misericordia quadam duici id fecisse viderentur; partim ut potentiorum in debiliores imperium retundendo, utrisq; tandem potiri eo facilius posuissent. Quod pro varijs rerū & temporum occasionibus à Turcis etiā est factum: & cum aliâs, tum maxime in Vngaria id apparet: Ioanni Vaiuodæ contra Ferdinandum ex Turcia auxilia auxilijs submittendis. Postrem sicuti olim Roma ex ciuitatibus socijs seruas sibi fecit: sic Turca Graeciam & Hungariam specie quadam defensionis præditorie occupavit. Iam verò quemadmodum illi, qui sub Romanum iere iugū, nos quoq; Turcarum promovemus institutum. Ac ut olim, quid Volscis & Samnitibus fieret, nihil curauit Hetruria nihil quid huic Cræcia: nihilquid Carthagini Asia: sic neq; quod Prusia accidit Thraciam tantopere pupigit: neq; vicinos Græcorū eulatus, Mysios aut deniq; Vngaros ipsos à somno Epimenideo excitauit. Baizete à Tamerlane capto usq; ad mortem in vinculis asservato; Ottomanica fo- boles, quæ extirpatu non difficilis fuisset: Cræcorum levitate omni ex periculo tandem evasit: & denuò animum atq; vires recolligit. Amuratē ex Asia contra Vladislauum Polonum, in Thraciam mare trajcentē, classis Genuensium iruit: nemo vero Zizimo Baizetis fratri aduersantis nemo Mustaphæ contra Solymannū patrem arma capiéti est auxiliatus:

xiliatus:nem:o Mamalucis,nemo Sopho , nemo Aladolo opem
 tulit;hostib. Orthomannici nominis atq; feminis; qui-
 bus debellatis , omnem barbarorum viu & impetum nos
 tandem ipsi sustinemus; & nec huius tam diuturni Turcici
 in Perside belli, quo vires hostium attrita sunt, occasione v-
 timur; non vicinorū cladib. nō querelis permouemur: Bel-
 lis intestinis ardent omnia: Potentissimus Hispaniarū Rex
 suorū seditione ; Germania intestina emulatione : Gallie
 tumultib. perpetuis distinentur : ea quippe principiū inter
 se est confisio; vt suorū potentiaz potius inuideant; quam
 hostiū audacia aduersentur. Iā verò si pulchrum est, quod
 exēpli gratia de lupo & caaiib. vulgo memoratur: lupum cū
 diversi coloris canes contra se aduentantes vidisset, nihil
 minus timuisse: Turcæ principes Christianos qui metuant,
 animis inter se varios, emulatione incensos, viciorū otio &
 priuatæ rei cura vehementer occupatos. Placet nō nemini
 Polyphemi beneficium, qui cū socios Ulyssis deuorare de-
 buisset, ipsum ultimo loco futurum, & tantū beneficij præ-
 ceteris habiturum, promittebat. Sed quanto quidem be-
 neficij illud futurum est magis gratum: tanto grauiori do-
 loris sensu, spe & andis suis aliorumq; miserijs, erit expian-
 dum. Nos ea conditione nati, & procreati sumus; vt nō nobis
 tantum vivamus ; sed multò etiam plus , quam nobis
 ipsis, patriæ debeamus. Qui igitur hunc cōmunem Martem
 & ancipitem exitum belli, nostra & aliorum cœusa, tanto
 pere formidemus? Evidē vereor, ne tanquam inertes me-
 dici, tabida febre cognoscenda: sic nos nostra & Turcica
 potentia metienda defraudemur. Febris illius initia cogni-
 tu sunt ardua: curatu porrò facilia extrema omnium pa-
 tent obtutui: Sed nec etiā amplius iam curamur. Sic omni-
 bus Christianis regibus non adhuc Turca est difficilis de-
 bellatu: verūm vt hoc optimè quis eorum videat: eins rei
 cura & sollicitudine tanguntur paucissimi. Erit quidem
 tempus , & veniet aliquando illa dies: qua his malis oc-
 currere cuncti volemus: Sed (vtinam quidem falsus
 vates sim !) serò demum sapiemus. Quod in die-
 bus nostris, ac ne vñquam sanè eveniat , disquiramus

omnia quæ possimus, diligenter remedia; & in priuata re paruam iacturam facere, maioris vitandæ ergo, non refugiamus. Iam sanè nemo est qui dubitet, Pont. Max. & Regem Hispaniarum Catholicum, & Venerorum Remp. & omnes Italiæ Principes, quorum Imperio tota Italia continetur, contra Tercam communem & hæreditarium Christiani nominis hostem, vnum & idem, velle & sentire debere: & in fœderum consiliorumq; societatem, tanquam in Equum Troianum ingredi semper oportere. Quod enim aliquando fuit, vel fieri deberet urgente necessitate, quid tandem non fiat liberrima voluntate? præsertim cùm nullæ sint, necesse debeant, tam inimicitiaz graues, quarum causa odio habendis Christianis ceruices nostras Turcico iugo submittamus: quod & Ægyptiacum Imperium & Babylonicum exilium, & Assyrium carcerem, & Romanum ipsum excedit dominatum durissima conditio ne seruitutis. Expedit igitur Reipublicæ: ut sicut membris vnius ægritudine rotum corpus dølet: sic omnia membra consilijs vrantur salutaribus, doloribus corporis alleuandis. Nulla quidem orbis terræ regio aut prouincia Italia est difficilior expugnatu: quæ olim Romanos diutiū, quām omnes aliæ prouinciaz, fatigauit. Verū, si (quod absit) in hostium perueniret potestatem, reliquo Christiano orbi facilius afferret exitium sempiternum. Difficilius enim ab imo ad media iter: quām à medijs ad suprema peruenitur. Ab hac igitur Italia, tanquam à regina prouinciarum omnium, primordia capiamus. Magnane & ardua videatur res: si certo aliquo fœdere seu pactione, omnes Italiæ reguli, eorumq; subiecti, recte & ex aequo prouentibus omnium æstimatis, à singulis aureorū centenis, vel tantum vnum annuatim penderent: eamque pecuniam in destinatum militiaz vsum statto & anniuersario tempore corrogarent; ita quidem, ut si etiam bella inter ipsos regulos vel populos orientur; aut sub iurisurandi religione (quæ vtinam cordi esset omnibus!) aut sub quavis alia siue fidei & sponsoria, siue pigno-

pignoris & hypothecæ cautione eius soluto præstaretur: qua milites in stipendium conduci, in locis magis opportunis, tanquam cautores periculi versarentur: & barbarorum impetum & rabiem cœruicibus suis interclusam sustinerent. Hoc idem fieret in Germania, hoc in Gallijs, Hispanijs, Polonia, & in multis alijs regnis, & provincijs Christianis; quarum omnium interest: ne qui expositi periculo magis sunt: & ob armorum & equorum similitudinem vsumque bellandi ipsam repellere & fatigare hostem acrius possunt, opportunis auxilijs destruantur. Hungariam quidem & Polonię columnæ & propugnaculum Christiani nominis semper fuisse; & alias Christianas gentes & nationes, laterum suorum oppositu, tot seculis defendisse, nemo dubitabit. Quod si hæc corrogandæ pecunia, minus probaretur ratio: an & capitibus censis, non magna fieret r̄ quod minori necessitate & periculo olim etiam legimus facitatum. An omnium autem & argenteæ suppelle etiis, vel saltem decima pars in hunc vnum collata, non grande es constitueret? quæ non tam seruit necessitati: quam ostendis dinitijs, & ridiculæ eidam vanitati. Accedat vero & illud (quanquam tot seculis hominibus disseatis major eius rei appareat difficultas) ut Pont. Max. iustu & autoritate passim in templis ad populum habeatur eratio: quandoquidem tempus & occasio adest: ut in religionis hostes arma cuncti capiant: & cum præuenire Tyrannum, quam ab eo præueniri potius arbitrentur? Fuerunt Romanis olim varia & multiplicia bella; Punica duo, Iugurthinum, Cimbricum, Sociale, Mætalicum, & alia innumerabilia: quibus iij, quorum Romani insidiantur libertati, sibi ipsi defuerunt. At hoc Persicom unum in Turcam nobis est pro infinitis: ut inclinatum omnes tandem impellamus: & ex hac, in quam incidit foueam, elabi non patiamur. Qui enim beneficij diuini vult videri gratus, obseruat occasiones temporum, quæ diuinitus ei subministrantur.

mistrantur. Rebus gerendis improvida festinatio, ceterissima consiliorum est perturbatrix. Quingentis ab hinc annis habitu Claromonti Concilio, tanta quidem militum, qui militiaz sacra nomina dederant, in Asia fuit multitudo; ut Palæstinam & omnia loca sacra, sub hostibus fidei recuperauerint. Quod ad bellū Christianorum principum aliqui Patrimonia sua vendidisse memorantur: nos velexiguū æs publicæ defensioni tribuere, aut domo aliquando egredi, dubitemus? Quorsum orientis Gaza? quorum Græcorum reciderunt diuitiae: quorsum recident & nostræ, si huie indormiamus temporis, & tantæ in Turcia tempestati? Felix ille denarius, qui cautor est centenarij: & quorsum diuitiae, quibus non datur vti, ad nos & socios metu perpetuo liberandos? Tribus ad bellæ gerenda maximè est opus: viris, pecunijs, commeatu. Vtinam autem tanta virorum esset copia: vt & in ducibus, & in militibus eligendis, quem alteri præponere debeas, difficilis delibera-
tio videatur. Sed sensim sine sensu omnia nos deficiunt: & quasi quandam fatalem ruinam annis ab hinc quinquaginta minatur Respub. Rōma olim, quæ multa centena continebat mortalium, perpaucas Vestales habuerat: nūc singulæ Italiz vrbes multis Monarcharum refertæ sunt milibus: quarum ut multæ pio instituto vitam viuant religiosissimam: plures non tam religionis causa, quam avaritiaz gratia, claustris cœnobiorum à parentibus mancipantur. Hinc minus procreatur sobolis: & plena sunt omnia lasciviei, & impunitatis detestandæ. Ferro autem geritur res: & manipulum legionibus hostium male opposueris: imò contratantum tamq; potentem hostem, numeroso & veteranorum exercitu semper est opus; cui idonei & experientes præficiantur duces. Pecunia etiam semper in promptu sint: sed tamen scienter & moderate imperentur: non ut militum præfedi ad se omnia rapiant: non ut milites auro & argento niteant (quo ipso nomine Annibal Antiochæ stultizm olim exprobrauit) sed ut nervus belli pecunia non desit: ut milites accepto stipendio pare-

ant; ve

ant; ut nullam prædandi & furandi licentiam sibi sumant: deniq; vt ipse hostis in nobis omnia suspiciat & extimescat. Castra enim in terra, castrorum vires fama homines metuntur. Commicatus non tūm primūm, cūm necessitas ingruit, sed multō etiam antē & prouidē est conquirendus: conquisitus scienter distibuerendus: distributus moderatē consumendus. Magnus enim hostis inedia fortitudinis est militaris. Nec verō ea tantū, quā huius ætatis sunt: sed superiorum temporum etiam, quā iunare possunt, ad usum & necessitatem bellorum reuocentur. Augustus olim Imperator, cūm egeret milite, seruos manumittebat: M. Antonius, neim perādis tributis odio solor fieret, uxoris suæ suppelle etilem vendiderat. Vespasianus quaestores, vel minimi delicti reos graui ære sēpe multabat: adeò ut præfectis tanquā spongia vti vulgo diceretur. Quid hodie quoq; nō horum aliquid fiat aliquādo; certa adhibita ratione, cōfilio & delectu: ut seruorum loco, pro re & tempore, supplicio afficiendi dimittantur: pro vendita suppelle etile sumptus cupiditatum minuantur: pro multandis quaestoribus omnes pecuniariæ multæ in publicos militiæ usus cōuertantur. Ut enim neruus, si nimium tendatur, rumpitur: sic populus, si grauib. exactionibus vrgeatur, insolescit; nec æquum est, ut oues eas, quas tondere debeas, deglubas: & multum armis, sed multo magis animis tribuere parest poliendis. Diffuit miles luxuria, puniatur: vexatur magistratus auaritia, retrahatur: personant blasphemis omnia, deleantrur: alea & comporationib. perditi sunt multi, refrenentur: deniq; sciscendis triburis, exigendis vectigalib. imperandis pecunijs, ciuium & regionum sit discriminus. Quid enim? an iniquum illud nō videatur, quod exigendis tributis aut vectigalibus, iugera tantum agrorum numerantur: bonitas verō, aut magnitudo, aut opportunitas nō cōsideratur? Quā multi maximiq; agri reperiuntur: qui: oī tā quidē cultione, quām natura sunt optimi: & quām cōtrā infiniti, qui ut diligentissime subigantur, nunquā alijs respondet bonitate? Quid? au multæ regiones mellificæ, lignis, armentis, pa-

passionibus, non sunt resertæ: quæ & iugerum amplitudine, & piscoisis fluminibus, & commoditate portuum, & varietate mercium alijs antecellunt? Ab his stipendium tu exigas par? spatia terræ, prouentus frugum, iugera agrorum, commoditatem portuum non inspicias? An non satius est omnes omnium istorum census & estimare; qui gremio Reipub. continentur? eius autem rei gratia, viros idoneos diligere: qui prouentus omnium accuratè in spicerent: fructus qui tam ex reditu pecuniario, quam etiam ex possessionibus capiuntur, conscriberent: conscriptos intabulas referrent, relatos, publicè proponeant: propositos in posterū asseruarent? A quo quidē censu nemo liber & exemptus esset: nemo excusationem absentiæ vel ignorationis prætenderet: nemo ab aliorum societate, qui gremio Reipublicæ continet, se segregaret. Qui enim iure & domicilijs sunt communibus; iij sint communium onerum, perinde atque libertatis. Iam vero si, siue ab eo qui prouentus & estimaret, siue ab hoc qui ab estimatis pensare deberet, in fraudē Reipubl. quid accideret; in utrumq; seuera fieret animaduersio, sine quo quis personarum discrimine: & utriusque honorum pars, quadruplicatori vna cederet, altera Reipub. Fac autem à singulis centenis, non modò in Italia, sed in alijs etiam Christianis prouincijs, nummum tantum aureum vnum, ut dimicimus, pendi; quam grandis haberetur pecunia! Quæ diligenter exacta; fideliter conseruata; scienter distributa; sacræ cuiusdam militiae officinam constitueret: qua nihil opportunius videretur. Nemini enim dubium fuerit, quam nouus ille & tumultuarie miles collectius, veteranis Turcarum legionibus periculofissimè opponatur: & cum alijs omnes, tūm hæ potissimum dux artes, medica & bellica, vsu constent, & exercitatione diurna. Iam vero quarundam gentium & nationum in bellum expeditiones, quæ vocantur generales, quam multum incommodi habeant, omnes intelligunt. Non enim magis hostibus, quam

quam etiam suis inurunt calamitates: carent motus & seditiones: & ob aliquorum maleficia, vniuersus exercitus dñis deuouetur: & impunitate sceleris, oppressorumq; vocibus diuina vltio in omnes prouocatur. Quæ & ipsæ expeditiones ægræ adhuc in Comitijs decernuntur: & si quæ pecunia eorum gratia imperatur; nec ita exigi solet, vt debet: neq; ab omnibus æquè infertur: neq; ad eos vsus, ad quos collata est, erogatur. Hoc autem modo omnia suo fierent ordine atq; ratione: minor in conuentibus iactura esset temporis, valetudinis, facultatis: non precarij reges quidam, apud suos dicerentur; non turpes à nonnullis artes exerce-rentur: regibus, vt multa & indigna eorum causa prætent, necessitate imponenda; adeò, vt reges ipsi, concedendis honoribus multis, honoribus ipsis detraxerint; milites deniq; accepta solutione patérent alacrius: suo contenti es-sent stipendio, non querelæ & imprecationes in eos audi-rentur; cùm militant precariò. Sunt enim milites non secùs ac carbones: & aut nos adurunt: aut maculant, vel nonun-quam. Quò magis spiritu & audacia hostes in nos augentur: & illis quidem adsunt; nos deficiunt vniuersa. Quod sanè non fieret, si hoc ordine & ratione adhibita, pecunie exige-rentur, & ad vsus necessarios conuerterentur. Pacatius namq; tempus, tanquam magister prouidus, imminentis est tempestatis. Hoc passim arcæ & munitiones in confinijs eriguntur: hoc milites aluntur: ut eorum præsidij fretæ, pro-seminatae familiæ victum vltterius querant: & perpetuo me-tu ac barbarorum insidijs Respub. liberetur. Hoc qui non intelligit, suo malo ea tandem discit: quorum memoria non modò animo, verum etiam corpore toto non nemo perhorrescit. Cùm namq; cautores non sumus; qui feliciores simus ijs, quos olim eadem mansit, quæ nos etiamnum manet, conditio seruitutis? Quæ cùm ita sint, vt tot & tantis periculis tandem aliquando occurritur; Christianorum Principum necessaria inter se est confisio; vt certa concessa annuatim pecunia, milites tanquam periculi cautores, vbi magis expedierit, collocentur. Quæ si ab omnibus impe-

trari nequit; saltem ab aliquibus concedatur: si pecunia-
 rum incerta est exactio; ad capienda in hostes religionis
 arma pro concione populus excitetur; nec alia occasio-
 nis tarditas, aut hostis imbecillitas expectetur. Sed videre
 ego videor mihi in hoc genere quosdam imitari Alchimi-
 stas, qui ut semper lucentur aliquid, magnifica quæc de se
 ipsi pollicentur; sed quod minus præstare possint, cum ad
 rem ventum est, nunc hoc, nunc illud causantur; interim
 dies succedit diei: & haud dubie dolebit re, tempore &
 personis ut alios noluisset. Terribilis hostibus Hispania-
 rum regis est potentia: animus tanquam arcus gloriofissi-
 mis conatibus est intensus: cuius mente, imperio, felicitate
 si, quoad per incertos valetudinis exitus licuerit, Christiani
 non ventur: quorsum illis sunt aut erunt tot tanto-
 rumq; armorum & armamentariorum per Europā appara-
 tus? quorsum iactabunt Euangelium, quo per se ipso nihil
 est diuinius? quorsum sua iura & maiorum instituta; qui
 bus nil est sapientius? quorsum opes & amplitudinem, qua
 nihil est maius? Illi qui Alcorano, stulta & in Deum contumeliosa re, vtuntur: qui nullas leges, nullam Rempub. ha-
 bent; qui ad seruiendum nati & educati sunt, Christianis
 imperabant? nobis nihil proderunt bombardæ, quas in-
 uenimus? nihil castra & munitiones, quas tot erigimus?
 nihil omnis generis tela, quas vel hostibus ipsis submini-
 stramus? Quid ita obsecro? Dicam breuiter: quia nos qui-
 dem & sumum & verum habemus Deum, sed peccatis
 nostris à nobis abalienatum: Crux apud nos circumfer-
 tur; at vero crucifixus hostium est propugnator; Bonas
 leges sortiti sumus; sed malos mores induimus: Arma præ-
 stantia habemus; sed corpora & animos nostros encru-
 dumus: Trahimus deniq; in bellum militem numero exiguum,
 voluntate perditum, ocio & turpitudine inquinatum:
 hostis suorum multas nobis opponit myriadas; milites ha-
 bet victorijs senes factos: vsu & celeritate bellandi formi-
 dandos. In castris deponit, nos assumimus vicia; est vbique
 & expeditus semper; nos impediunt quamplurima: Ille

mugarum habet in expeditione nihil; nos infinita scorta & pueri comitantur. Ac ne multa, magis propitio Deo Opt. Max., maioribus copijs, melioribus moribus, prudentioribus ducibus est in Turcam opus. Sic militaria non obsolescent studia; sic Christianorum nomen hostibus erit formidable; sic omnes Italiæ, Siciliæ, Apuliæ, Lugurum & Hetruriæ maritimæ oræ hostium metu & suspicione libera-bantur: Sic Ionum, Adriaticum, Ansonium, Tuscum, Linguisticum, Gallicum, & alia loca latrocinij infesta conquíescent. Sic Alligerium asylum latrocinij, pyratarum receptaculum, Christianorum laniatus, Tunetum & Tripolis deserentur: Sic Rhodiani, Tyrij, Alexandrini Classiarijdi-labentur: sic nullum ex Epiro, ex Macedonia, ex Illyrico Italiæ; nullum ex Numidia & Africa Hispaniæ; nullum ex Scythia & VValachia Poloniæ; ex Pannonia Germaniæ im-minebit periculum. Sic Tyrannicus Turcarum dominatus cautoribus periculi obstantibus augeri non poterit; aut moles corruerit; aut à Christianis omnibus sempiternæ gloriæ spe studioq; illectis tandem aliquando euertetur. Quod utinam faxit bonoru omnium auctor Deus ipse Opt. Maximus! Nobis quidem curæ sit, vt cum adhuc adsunt nobis ferè omnia, nosmet nobis ipsi ne deesse videamur; & secūs, quam olim Bysantini ciues, qui Imperatori suo negatam antè pecuniam tandem capta vrbe ad pedes proiecerunt, rebus nostris sattagamus.

RVDOLPHI CORRADVTII COMMENTATIO.

*AD MAHVMETIS BASSÆ
EPISTOLAM:*

*Quibus de Causis hoc tempore nulla conditione pax
cum Turca ineunda sit.*

Brima durissimi huius belli semina Amurathem Turcarum Tyrannum sparsisse, in controuersiam reuocari non potest: qui contra eterna omnium gentium iura, nulla vel leuisima iniuria lacesitus, aduersus Sacram Cæs. Maiest. Dominum nostrum clementissimum, armis iniquissimè sumptis: suam Maiestatem in eam sollicitudinem adduxerit; ut cogitans ipsa de incommodis rerumq; temperatibus, (quæ non tam eius Cæs. Maiestati, quam toti Imperio imperijq; Principibus, Regnis deniq; eiusq; ditionibus impenderent) optarit ipsa primum quidem ab immannissimo quantumvis hoste, quovis modo, honeste tamen etiam, pacem redimere: & ab omnibus alioqui rebus imparissima pacis deinde aliquot annorum (si Tyrannus sedem seruasset) fiducia freta; ceteris præterea Christiani Orbis Principibus variè occupatis & distractis: ecquid aliud ficeret? Sanè consultius suæ Maiestati tum videbatur, & Christiano Imperatore, cui beata Ciuium vita proposita esse debet, maxime dignum, existimabat; si qualicunq; rerum suarum priuatarum decessione, publicam tranquillitatem & securitatem retineret: quandoquidem aliquam eiusdem qualemcumq; accessionem facere suarum presentis temporis virium imbecillitate prohiberetur. Ergo boni gubernatoris exemplum sibi imitandum ratus Imperator: qui vbi naufragium timet, iactura quicquid seruari potest, redimit; comparatis quæ ad ferocem hostis animum deliniendum Constantinopolim dono mitterentur; delegatoq; huic negotio Ladislao Baroni Poppelio; parum abfuit, quin in eum in ipsis etiam finibus pari crudelitate actum sit; qua in alterum suæ Maiestatis Legatum Greccouitum, omnemq; eius cohortem & Comitatuum, inaudito ante hac plane exemplo, sevitum fuisse constat. Iam itaq; animaduentis sua Maiestas nihil perfici posse: abiectis omnibus pacis & quietis consilijs, ad belli cogitationem continuo se convertit; qualemq; pro tempore & praesenti discriminé potuit, exercitum comparauit; cumq; Turcisco quamvis longè

longè inferiorem, in expeditionem, vt hostili furori, quo-
 ad posset, resisteret, in sola Diuini numinis innixa clemen-
 tia misit. Ea in re cùm propitiam primùm Domini dexte-
 ram habuisset: tum illud etiam quod de perfidia fertur, pœ-
 nam nimirum vt plurimum ipsos perfidos sequi, quām ve-
 rissimum esse; vinciq; posse superbū hostem, persensit.
 Nam quod Vesprinum, quod Palota, quod Pappa, quod dēp
 etiam Iaurinum capta sunt; id non tam militari hostis vir-
 tuti; quām eorum, quibus ea loca commissa fuerant, socor-
 die tribuendum. Quod autem ad Sissecum & Albam Rega-
 lem, integri ipsius exercitus à sua Maiestatis milite fugati,
 cæsicq; fuerint: diuinæ id cumprimis potentiae, tum verò
 nostrorum deinceps fortitudini adscribendum est. Ac nisi
 incompositus prorsus, atq; inexpectatus nostri exercitus ex
 Iaurinensi Insula discessus interuenisset; ex eoq; deinde
 Christianorum copiæ quotidie imminutæ non fuissent; vi-
 dere utiq; & ipse Sinanus potuisset: quām fas esset, concu-
 tere quietum statum; simulq; experiri, an non vtrinq; fer-
 rum, & vtrinq; virti sint: quidq; nusquam minus quām in
 bello euentus respondeant. Sed sic visum Domino D^o o
 fuerat: cui non dum libuerat, vt ad optatum exitum Chri-
 stianorum consilia & acta perducerentur. Cùm hæc igitur
 ita euensis: atq; interea Comitia à sua Maiestate indicta
 de hoc formidolosissimo bello habita fuissent; in quibus
 quanta potuit, maxima auxilia ab Imperio impetrasset; ni-
 hilq; mitus; quām de pace cogitaret; sed vndiq; militem
 conscribendum curaret; pecuniam & arma compararet;
 quòd in proximam æstatem suscepturn bellum vrgeret: En-
 binæ Mehemeti Sinani filij, Budæ præfecti, quem Bassam
 vocant; ad Comitem Ferdinandum Hardeckium perscriptæ
 literæ afferuntur: quibus is se Parentemq; suum, pro pacifi-
 catoribus apud Amurathem īgerit; & Comitem, vt hoc
 itidem apud Cæsaream Maiestatem præstare velit, modis
 omnibus persuadere conatur: multa è more gentis illius
 iactans, de Domini sui fœlicitate: qua Summi Pontificis
 consilia nunquam non multata; deq; Imperij eius magni-
 tudine,

xudine, & opibus atq; copijs, quibus Persarum Regis vi^s
fracta; nostri verò speriōrī zstate adeo attriti atq; depre-
fi fuerint: vt meritò iam ab armis discedere possimus ac
debeamus; addens nisi à Sultano quoquis pa^{do} pacem Cæs.
Maiestas recuperārit: fore vt breuissimo tempore Germa-
niam, Italiam, Imperium vniuersum, atq; adeo ipsam etiam
vrbem Romam nudato acinace adoriatur; sibiq; subijciat,
& in potestatem redigat: Adhæc summas Patris eius virtu-
tes, & magnam apud Amurathem auctoritatem; in omnes
verò fidem atq; constantiam, quibus potest, effert laudibus:
Quæ omnia cum Cæs. Maiest. nihil tale hoc tempore præ-
sertim à tanto hoste expectanti, non modò, noua admo-
dum, sed & intempestiuā simul, ideoq; indigna vīsa essent,
quibus aures patefeceret: magna admiratio suā Maiesta-
tem subiit, ob barbari incredibilem, & inopinatam con-
siliij mutationem. Enimverò dulce quidem est pacis nomen;
res verò ipsa, cùm iucunda tūm salutaris; at simplex, & pu-
ra, non ficta atq; fucata; qualem suę Maiest. haud dubie
barbarus hic, suo more dare simulat. Neq; enim ex homi-
num memoria excidēre Tyranni fraudes ac doli: quibus
ad rem gerendam nihil sibi accommodatius aut utilius vnu-
quam putauit: continueq; effecit: vt tot gentes ac natio-
nes, quibus fallacis & subdoli eius animi occulta non co-
gnita ac minus præuisa essent, sub Imperium ac ditionem
eius ruerent. Sed hæc notiora sunt, quām vt in præsentī
commemorari debeant: atq; ipsam etiam Sacra Cæs.
Maiestas ab ineunte Imperio, Dei omnipotentis prouiden-
tia sibi commisso hue vscq; euidentissime perspexit: quanti
facienda sit hostis huius pax: cuius specioso nomine non
iam pacem, sed perenne bellum, nunquam non experta est.
Ac sanè, si superiora tempora inspicienda sunt, multò plu-
res rebus Christianorum perpetuō clades & calamitates,
quām utilitates & commoditates, fallacibus huiusmodi pa-
cis inuoluntis importatæ sunt. Testis Sigethum; testis Ser-
uia: testes omnes propemodum ab ipso occupatae Prouinciae.
Ea namq; semper hosti huic improba perfidiaq; omni
delibuta

celibuta mens fuit; vt ea duxerit demum facinora illustrora, atq; pro singulari virtutis documento esse: quæ fraude & fidei violatione committerentur. Verùm hæc ipsa etiam quò minus admirabilia videri possint: iam pridem effecit gentis ipsius immanis natura, feriç mores atq; improba & flagitiosa Mahometi lex: qua ad omnis fallaciæ & calumniæ genus, maximè verò in Christianos proni sunt: & religiosum piumq; esse, non solum docentur, sed etiam publicè iubentur: Christianos homines etiam contra datam fidem, si occasio tulerit, modis omnibus insectandos, & proculcandos esse: Christiq; Seruatoris, & Christianum nomen extinguendum, & funditus delendum; adeò vt iam nō tam de Imperio, quām æterna salute, cum sempiterno hoste perpetuò sit dimicandum. Quis porrò nescit bellorum finem esse pacem? bellaq; quamvis magna, quamvis diuturna, pace finienda atq; terminanda esse? Præterea neminem latere arbitror, sub clypeo pacis negotiū melius succederet optimumq; & propè esse de pace agendi tempus vnum: dum proprijs viribus vtrig; confidunt, paresq; sibi videntur: Sed enim quid rebus inclinatis potius eligendum, pax ne an bellum, satis quisq; tenet; ac, vt res in pauca conferatur, haud quaquā difficile est prudentibus maximè, temporum momenta & opportunitates nosse: quibus pax optimè coiri possit: sed his longè maiora cogitanda & præponderanda sunt. Cū primis .n. sedulo enitendum est, pax vt sit, non ea quidem suspecta; alioquin bellum optabilius & tutius fuerit; non pactio seruitatis, qua Romano Principi nullum intollerabilius malum fieri potest. Hæc itaq; & multa alia prudenterissimis quibusq; viris meditantibus; & Mahometi literas diligentius insipientibus, hæc ratio succurrit; fieri etiā posse, barbarum non tam summo dolo & fraude, quām necessitate coactum, ad pacem animū retulisse, & quidem nullo bono consilio: sed vt vtrouis modo quibuslibet artibus, captata rerum agendarum occasione, Exs. Majest. obruat. Hæc vt sint vera aut fallax: tamen ne sic quidem tutum est; vt sua Maiestas arma sibi excuti permittat; patiaturq; se eō adduci;

adduci; vt tam iustum bellum, tam iniustatotq; periculis plena pace commutet: nisi aut cum eodem paria facere (quod Christianus Princeps in huiusmodi potentissimum hostem audere velit & debeat) & quo iure constituat: aut certe Principum auxilijs destituta, in summas coniecta angustias, tandem se demittere: & quavis conditione (quod D^e v^s quām longissimē auertat) pacem accipere fœdissima vniuersi Christianismi macula compellatur. Sunt quidem Mahometi literæ aculeatæ, & plus satis minaces: ac (vt dictum est) refertiſſimæ arrogantia, & in Sultani patrisq; eius laudes commemorandas cum vanitate effusissimæ: in Christianos verò contumeliosores, quām par sit. Verūm ſæpè fieri folet, vt quō quis atrocius, aut superbius loquatur: eò humiliores & abiectiores spiritus gerat. Pla- nè dubitari nequit, videri Sinauo, res à ſe ſuperiore & estate egregiè administratas fuīſſe; idq; etiam ita eſſe, noſtrorum incogitantia, an ignauia dicam, compertum eſt. Ac inſu- per quām amplum & patens ſibi ad Aſtriam & reliquas ſuæ Maiestatis prouincias iter aperuerit, ſatis videri & co- gnoſci poteſt: niſi iplum quām primum à ſua Maiestate & reliquis Christianis Principibus intercludatur: & occupa- ta loca recuperentur: in illius potestate mox futurum; vt, quacunq; velit, pedem libere interat: & vbi cunq; locorum iplum furor magis impulerit, populabundus ferat agaq; omnia. Quæ etiā in hunc modum ſeſe habent: ob idq; ni- hil iam non ab infido hoste nobis expectandum & timen- dum ſit: tamen certum quoque euadit, cuncta ei ex animi ſententia haud ceſſiſſe. Imo iſ ipſe magnam militum ma- num, magnum numerum equorum, camelorum, aliarumq; rerum, quæ ei genti iplis etiam hominibus chariores eſſe ſolent, amisiſ. Quo ingenti damno Sinanum non minus doluiſſe certò memorant; quām Amurathem; qui cùm na- tura ſupra hominum fidem ſit in omni rapina auarifſſimus: vt illos ſumptus faceret, vix induci potuifſe dicebatur. Quin & aliud adhæc hiſq; longè insignius hoc iplo prælio hoſti damnum accessit. Tres enim opulentissimæ Daciae Pro- uinciae,

vincie, ipsius spreta societate, ab eo descivierunt; & Cæs. Maiest. amicitiam amplecti maluerunt; Transyluania scilicet, VValachia & Moldavia: ex quibus Amurathes cùm ultra decies centena millia in singulos annos reciperet: ipsiusq; Vezires amplissima referrent dona; & in Vrbem Constantinopolim, secundo Danubio pontoq; Euxino copiosissima inferretur omnis fructuum generis annona: tūm numerosum indidem equitatum & peditum cogere, & si animus ferret, in superiorem Hungariam erumpere poterat; ea omnia commoda, cum Sultano, non tam adempta, quām Cæs. suæ Maiest. adiecta conspiciant: nihil mirum si pacem pertentent; vt ea simulatione illos à sua Maiestate abducant, & sibi restituant: & sine dubio, cùm libuerit in pristinam seruitutem coniijciant; Cæs. autem Maiestate hoc præsidio nudata, quicquid inter hæc de pace actum fuerit, primo quoq; rempore ex libidine conuellant; & pro infecto atq; irrito habeant. Nulla enim apud ipsos fidei reuerentia aut religio; præsertim in exteris; & multò maximè in Christianos: nisi prospexerint, illa seruata, se insigni aliquo emolumento iuuari posse. His ergo conditionibus qua ratione sua Maiest. pacem accipere possit; sapientissimis rerum æstimatoribus existimandum relinquitur. Accedunt multa alia firmiora; quæ omnino pacem dissuadeant. Fama enim omnia constante affertur: idq; etiam verum esse Mahometis literæ haud ita obscurè testantur: ipsum Patremq; eius Sinanum, belli huius (quo certè plus nostrorum ignavia, quām suorum virtute lucri fecit) difficultatem pertæsos, hoc vnum agere: vt ille quidem ad Arabiæ Felicis gubernationem, per multis annos anteà gestam (si quidem à Beglerbegato Græcia ipsum parens, acerbissimis exercitus querimonijs, & vociferationibus perueritus, apud Iaurinum ob malè nauatam operam amouit) ille vero Turcici exercitus ductoris munere deposito; & cuius alteri ex suis collegis Veziri imposito: ad supremi sui Veziratus dignitatem quām primū redire: atq; ita grauissimis, vt ei videtur, laboribus defunctus, ac præsertim Iaurino

k k k

(ipse

(ipse viderit, quām & quo Marte) adepto, optatissimo ocio
frui possit, quæ quidem commenta, vt priuatum potius
Sinani, quām publicū Amurathis commodum respiciunt: ita
quoq; à publica pacis consilijs alienissima sunt: & quidvis
aliud, quām aliquem finem aut exitū belli, illa improbitate
& fallacia præ se ferre videntur. Imò sicubi iam etiam pri-
uatae utilitatis consequenda spe fructretur, quod facile fieri
posse infecta scilicet pace opinandum est; id tamen ad-
huc consilijs ipsum nihilominus intus alere arguunt; quan-
do aliud non possit, id saltem effectum Amurathi daturum;
vt simulata pacis nundinatione vanisq; pollicitationibus
S. Cæs. Maiest. circumuentam simul & semel ad bellum se-
gniorem & minus intentam faciat; & apud reliquos Prin-
cipes Christianos in suspicionem clām tentatæ pacis con-
iijciat: perficiatque, vt si Maiest. suam planissimè non dese-
rant; in suspectiarum tamen ferendarum consilijs tergiuer-
santes, & quasi dissidentes, se præstent: & hoc scilicet arti-
ficio ipse postea suam Maiestatem ipsiusq; ditionem spe ad-
pacificationem conuersam de improviso innadar. Est &
gentis ea natura: vt in omnes occasionses erecta, tumultum
quieti præferat: & pace bellum antiquius ducat: vt etiam
si pacem habeat, eamq; maximè colere ac venerari videar-
tar: nunquam tamen non cogitet, quomodo ad facinus ali-
quod audax sese accingere possit: & per omne scelus ac
nefas impunè debacchari & peruolitare. Constat igitur,
quām cautè sint cum gente hac omnia agenda: & sane cre-
dibile est ipsos omni ope etiam conatuos: vt saltem suam
Maiest. appetant pacis; quamvis de ea minimè cogitantem:
vel nulla re saltem eis sensus suos indicantem; apud omnes
Christianos, cùm primis verò Daciæ Principes, quos pro-
fus à nobis sciungere & alienare contendunt, insimulent.
Quæ ex animo omnia consecuti, quandoquidem quām plu-
rimæ causæ ad violandam fidem arguta & malitiosa illa in-
genia non deficiant: hand dubium est, quin ipsi hoc insuper
cum Dacis curaturi sint: vt apud eos suis (vt dictum fuit)
dolis & insidijs captos, fallax quidem aliquod seruatæ ali-
quandis.

quandiu seruandæq; pacis specimen edant: vt impostauris suis eò facilius veluti esca allectos circumuenire; & nihil tale cogitantes opprimere: ac oblata postea primo quoq; tempore, occasione, suis etiam miseros deturbare & ejerce-re sedibus: totamq; Daciam in tres Begletbegatos redige-re possint. Cuius facti compotes cum fuerint: haud qua-quam amplius difficile ipsis sit, Sexaginta aut amplius mil-lia equitum peditumq; continuo alere: quibus circumfusas Principum Austriacorum ditiones, & in primis Bohemiz, & præter hæc omnia, Poloniae Regnum, vtpote iam antea magna ex parte ab ipsis Turcis & Tartaris circumfessum, quo quis momento infestent, & longè lateq; dilacerent. An igitur, cùm tot vnde cunq; difficultates occurrant, pax iniri posse videatur: eiq; credere liceat, cui nulla vñquam causa, nulla occasio defutura sit: vt pactionem, si ita animo inse-derit, & fidem susq; deq; habeat & contemnat? Sed alio-rum & quidem quorumuis liberum esto iudicium; Verùm vt etiam hæc omnia ad dissuadendam pacem desint: at sal-tem duo hæc, nimirum tot Christianorum omnis ætatis, vs-que ad infantes, qui ad durissimas cautes allisi, aut flammis absorpti fuerunt: tot honestissimarum deniq; mulierum & virginum corpora turpiter & fædè habita; cædes infinitæ promiscue editæ; satis vnumquemq; Christianum com-mouere debebant: quamobrem à pacis non dicam negotia-tione, sed cogitatione etiam deterritus: ad bellum potius paratissimis animis accendatur: & pro libertate Christia-na contra teterimos Christi Domini hostes vitam suam vltrò oppignoret. Implorat aliis Davm immortalem scelerum omnium vltorem; aliis in ferro & compedibus ingemiscit & expectat; tam opportuno tempore vt è squa-lore & miserrima seruitute eripiatur. Quid dicendum de Pace, de Sancto etiam cæteris barbaris gentium iure viola-to? Quid de Legato Creccouicio? cuius miseris modis accepti, tandemq; in illis malis vitâ functi, omnis familia in seruitutem abrepta, asperrima quæq; crudelitatis exem-pla patitur. His ad extremum ob oculos proponatur Prin-cipum

cipum omnium periculum; opes, & copiae coniunctae; ut
perpetuus hic Christianae fidei hostis, tandem aliquando
dissipetur, & è medio tollatur: & suum cuique restituatur:
spes neque ea sanè dubia est: summum Pontificem, cui ut hoc
impurum genus & nefaria superstitione stirpitis euellatur,
non minus quam Christiani gregis salus cordi est, quantum
communis fortuna exigit, ad sacram hoc bellum gerendum,
omnes Principes excitaturum: Cæsareæq[ue] Maiestati
& Imperio Romano præter Italiam & Hispaniam vires, Polo-
niæ quoque, Moscouiæ, Daciæ, & quam plurimorum alio-
rum Principum socia arma accessura: Itemq[ue] Bulgaros,
Georgianos, Rascianos, tandem in huius sanctissimi belli
socieratem, Deo bene propitio & iuvante, nomen promptissimè
daturos: ut tot annorum grauissimis calamitatibus
optatissimus portus tandem aliquis eluceat. Quod ita fa-
xit præpotens Deus, à quo omnium Imperiorum initia,
progressiones, statusq[ue] florentissimus, inclinationes deniq[ue],
& conuersiones pendent: sine cuius voluntate nihil decerni,
nihil deliberari, quod firmum sit & stabile, nihil geri aut
administrari potest.

MAHOMETIS SINANIS BASSÆ F.

*AD FERDINANDVM COMITEM HAR-
deccium Epistola, post occupatum Iau-
rinum missa.*



X literis tuis intelleximus, te rei illius,
de qua inter nos collocuti fuimus, statum &
conditionem scire cupere; ut eam Domino &
Regi tuo commodiis proponere possis. Me-
ministi, quales inter nos sermones ad Danu-
biū, cùm ex Arce lauriensi discederes, duabus vicibus
confidenter contulerimus. Nos illos ex nostra parte etiam
num confirmamus: & significauimus tibi, præterita hye-
mebis

me bis per literas: nos negotij huius (pacis scilicet faciendę) tractationem suscepuros; ac ante initium veris, & copiarū congregationem ad bonum finem perducturos; Verūm alia vos tunc spes tenuit: vniq; & alteri Baronum Hungarorum, per ebrietatem multa iactantium & promittentium, fidem adhibuistis; consilia nostra spernentes; propterea fortassis, quod illo tempore nullum exercitum in pugnitu haberemus. Quare si verba nostra tunc reiecta non fuissent: eò quo nunc deuentum minus esset; Res enim non exigui momenti hacestate gestæ sunt: Siquidem milites, quos Reges vestri à quadraginta vel quinquaginta annis aluerunt: in quibusq; omnem fiduciam suam collocarunt: sese nobis, quales sint, haud obscurè demonstrarunt: indigni profecto pane hactenus in illorum victimum conuerso: cùm ab aliquot centenis nostris Ianizaris & Stabularijs in fugam coniecti fuerint: suamq; ignauiam ditione Iaurini aliarumq; arcium satis superq; omnibus prodiderint, Quid porro hac hyeme futurum sit, D^s v s solus nouit. Quoniam superiori hyeme nostrum militem domum remiseramus: vestrates egressi Filleckum, Setscheon, & Nouigradum occuparunt, & adhuc possident. Isti vestratum motus, nobis in felicitatem cesserunt; Noster enim Potentissimus Imperator seriò edixit: ne quis nostrum hinc dominum modò regrediatur; quod etiam Tartarhano propositum est: cùm in aliquo Confinio cum suis hyemare cupiat, Huic licet adhuc nullus certus sit designatus locus: tamen dubium non est, viginti Tartarorum, melioribus equis & armis instructoru millia circa Papam, & alia viginti quinq; millia ad fluum Vivvariensem (Nitriam) hyberna habituros; nostri etiam alij milites in locis finitimis subsidēbunt. Idcirco, amice mi, ne cogites hæc tibi à me in terrorem scribi: sed ideo tibi significari, vt eorum noticiam habeas: teq; ad ea accōmodes. Ego hactenus tecum veraciter egī; si forte aliter expertus es: nec patri meo fidem modò adhibeas: verūm in manifestius rei huius signum, intra mensem experieris; quantum tanta gentium multitudi-

do in aliena ditione possit. Ante paucos dies per hominem quendam vestrum secretum nonnulla vobis ore tenus indicari fecimus: nimis si Rex vester in quiete permanere velit; nos vtrinqz, te illic, me apud Dominum meum, tam per literas, quam coram, negocium confidere posse. Ipsem et nosti, Imperatorem nostrum potentissimum ita sollicitum & fortunatum esse: ut ex familia Othomanica hactenus nullum habuerit parem; Nam non solum omnibus Pontificibus huc vscq restitit: Verum etiam Persam ferè in seruitutem rededit: ditiones ipsi & populos vna cum filio abripiendo: atqz hoc per vnicum tantum Serdarum, id est sumnum exercitus Imperatorem vel Capitaneum. Adeo quod noster Potentissimus Imperator Tartarum ad nutum & seruitia sua, quavis ingruente necessitate promptum semper & paratum habeat, Vnde quidem manifestum est, vestrum Regem nullatenus nostrum potentissimum Imperatorem adæquare, nec illi sufficere: Nam si is præsens bellum per annos tantum quinque continuauerit: provincias quascunqz obuias ad urbem vscq Romanam in potestatem suam rediget: iamqz nullo alio ad subiugandam totam Germaniam & Hungariam, quam vnika expeditione, opus habet. Quare si Rex vester sapit, ne aliquot Hungariz, qui inter pocula ipsum concitant, aures præbeat; sed magis illud, quod maximè è commodo & vsu eius fuerit, sequatur. Atqz hæc ex me ipso, non aliorum magnatum suauis ad te scribo: gessi ego Beglerbegathum Arabiaz totos annos quindecim; & benè mihi cum vicivis illis conuenit: quia verò hinc proficiisci non possum, quam diu bellum hoc durauerit: libenter eò rem redigerem, ut liceret mihi in Arabiam redire. Quod si posthac vester Dominus & Rex aliquot centena millia ducatorum impendere velit; simillem opportunitatem ad negocium hoc conficiendum non inuenerit. Cura igitur tu illic: ego hic: videbimus quid efficere possimus: Ego quidem spero, me ex hac omnino, quod voluero, consecuturum: certusqz sum viginti alios Verzios, apud potentissimum Imperatorem meum, antequam

Vienna

Vienna (ad quam ipse, ut nosti, totus anhelat) tantum non
 posse, quantum ego: Me ipsum propterea non laudo: sed
 loquor quod verum & certum est. Occasionem igitur hanc
 ne negligas; ego, quod promitto, effectum dabo: compe-
 tumq; habeo potentissimum Imperatorem nostrum paren-
 tis mei verbis fidem adhibitum; qui parentis meus, apud
 eum in ijs, quæ æquitati consentanea sunt, plurimū potest:
 & quicquid is statuerit, Imperator noster non reuocabit.
 Præterea ego à Patre meo (cum meis consilijs locum det)
 quicquid liber, impetro. Quapropter me magna apud illum
 effecturum, & rem per opportuna media, & æquas condi-
 tiones in pristinum statum redacturum confido. Iam pe-
 nes vos erit id, quod magis utile vobis videbitur, sine pacem
 siue bellum, eligere: nos sanè in vtrumq; paratiissimos ex-
 periemini. Homo ille, per quem nuper ad te scripsi, sapi-
 ens & prudens est: eum ad nos quoquis tempore mitte: se-
 curitatem enim & fidem publicam ipsi & comitibus promi-
 simus. Admonendi autem prius erimus, cum ad nos
 venire voluerit; quò tempestiuè ei aliquot
 obuios mittamus, per quos tutò ad
 nos perducatur.



Ioan-

Ioannis Barvvcij

R A T I O N E S A L I Q V O T
G R A V E S , C U R T R A C T A T I O P A C I -
f i c i a t o r i a i n t e r S . C e s . M a i e s t . D o m i n u m n o s t r u m c l e m e n t i s -
s i m u m & T u r c a r u m I m p e r a t o r e m , q u a m B e g l e b e g u s G r a -
c i a e C o m i t i H a r d e c k i o l i t e r i s s u a d e t , s i n e m a x i m a i n d i g n i t a -
t e a c m a n i f e s t o r e g n o r u m d i t i o n u m q u a d C a s a r i s e x i t i o , & s i n e
s u m m o R e i p u b . C h r i s t i a n e p e r i c u l o , a d e o q u a d p r a e s e n t i a c c e r t a
e o r u m o m n i u m , q u a e h a c t e n u s h a u d s i n e m a g n o l a b o r e a c
s u m p t u , v a r i i s i n p a r t i b u s r e c u p e r a t a f u e r u n t , i a c t u -
r a & a m i s s i o n e , i n i r i a u t f u s c i p i n o n
p o s s e v i d e a t u r .



Vanta Turcarum fraus, impietas &
 perfidia, quantus dolus atq; astus sit, qui-
 bus ea passim omnia, quæ modò in pote-
 state habent, magis, quam armata manu,
 suæ Tyrannidi subiecerunt; frustra nunc
 historiæ consulantur; frustra longè exem-
 pla petantur; toti id terrarum orbi
 (heu?) nimis liquet, idq; Maiestas Cæsarea in hac nimis vi-
 cina barbarorum propinquitate, tanto, tamq; multiplici
 suo malo experitur: vt damni plus sub specioso pacis no-
 mine, quam aperto ab illis bello acceperit, plus amiserit.
 Quid enim? quod Lex illis Mahumetica dictat ac præscri-
 bit: vt Christianos quantis possint viribus, quibusunque
 persequi ac delere modis; quo iure, quaq; iniuria conen-
 tur; et si quidem inducias nonnunquam cum hoc, cum illo
 Principe paciscantur; & aliquam aliquando moram ad
 tempus interponant; non id aliò eos facere manifestum
 est; quam vt maiores rei benè gerendæ opportunitates
 expectent; iuxta illud, quod quasi oraculo iactant, quodq;
 re obser-

re obseruant ipsa: Non esse Christianis fidem seruindam; nullam sibi diutius iuramenti cum illis religionem esse, quam id è re sua iudicent. Cùm igitur hæc ita se habeant; dubitari non immerito potest, Tractatio hæc, quæ offertur, de necessitatē, an verò de industria ac fraude, lucrificandi temporis causa, ostentetur? Quorum vtrum verum sit; nequaquam eam suscipi expediatur; nisi pari astu hostis ille perfidus, quod eiusmodi occasionibus haud dubiè licet, præueniri; & quam nobis machinatur, frans fraudis in auctorem conuerti ac retorqueri queat. Subesse autem necessitatis aliquid, cur Beglerbegus tractationem hanc pacificatoriam tantopere suadeat; licet versutè Principis sui potentiam victoriasq; aduersus quoscunq; totius terrarum orbis Principes Christianos, Persas, aliosq; extollat; suamq; & patris sui auctoritatem superbè iactet: colligi non obscurè potest. Etsi enim magna videri queant, quæ expeditione hac proxima Turcæ gesserunt; quod aditum sibi in Austriam, & in vicinas vltiores Prouincias, quocunq; se vertere ipsis lubeat, patefecerint: (Id quod sorte aduersa abiectis & consternatis ex neglecta militari disciplina nostrorum animis, in pœnam nobis, diuino permittente numine, magis, quam ipsorum arte, potentiaue accidit) illustre tamen & in aperto est: quantam cladem præcipiorum & eorum quidem, qui maximè strenui fuerint, Turcarum, Equorum, Camelorum, & id genus iumentorum acceperint; quantam iacturam fecerint rerum preciosarum: quæ æquè illis, atq; hominum iactura acerba: quantos tenacissimus ac sordidissimus Amurathes sumtus intuita profundere Minerua coactus fuerit; quantum deniq; deficien-
tibus ab ipsorum Imperio tribus celeberrimis prouincijs, Moldauia, VValachia, Transyluaniaq; amiserint: vnde non tantum ordinariè quotannis aliquot centena aureorum ultra miriadem millia in ærarium Turcicum; ac tantundem extraordinariè, tum priuatim, tum publicè Sultano ipsi ac Vezirijs reportabantur: sed commeatus etiam, sal, carnes, cera, mel, & omnis generis annona secundo Danubio per

pontum Euxinum Constantinopolim, vnde & vrbs ipsa & vicina loca sustentari solent, inuehebatur. Et harum quidem prouinciarum ab illis secessione, & cum reliquis Christianis, à quibus aliquam multis annis separatae fuerunt, coniunctione, non solum annuis Turcæ tributis ac necessaria annona: sed magna etiam hominum multitudine: quæ ad castrenses labores grauiores præ cæteris apta, fodere, terram egerere, instrumentū bellicum curare ac graui molimine promouere, commeatum apportare: deniq; etiam insignem Equitum ac Peditum manū ad periculosiores expeditiones suppeditare solet; adeò destituuntur, vt eos nō tantum non amicos, sed & inimicos in posterum habituri sint. Quæ Turcis amissā cùm longè parta superent; verisimile planè videtur, id eos ex composito moliri; vt specioso pacificationis obtentu Sacr. Cæs. Maiestatem à prouincijs iH̄is separent atq; alienent, quo nimirum illas commodius in pristinam seruitutem, & in ordinem redigant; eoq; pacto Principum Christianorum inter se studia dividant & confundant; fidem verò & existimationem Sacr. Cæs. Maiestatis apud illos ludibrio exponant; eiusq; salutaria & pia consilia labefactent; sicq; deinceps, vti hactenus consuevere, Principes paulatim omnes sibi subijciant; & nunc hanc, nunc illam prouinciam facilius à Christianæ R. ipub. corpore diuellant; quemadmodum ex Beglerbegi literis satis appetet; eos nō tantum reliquam Hungaricæ partem, sed totam etiam Germaniam atque Italiam, adeoq; vrbum ipsam Romanam, & vniuersum Romanum Imperium, Orbemq; Christianum, insatiabili spe devorare. Quæ cum ita se habere comperiantur; cumq; præter causas, quæ illos impellunt, necessarias (vt iam nihil de consuetis Turcarum artibus ac fraudibus dicatur) priuatæ Beglerbegum eiusq; Patrem commoditates mouere videantur: Illum quidem, vt, quod in literis ipse suis innuit, ad quietam sibiq; absq; discrimine, quale iam his in partibus semel atq; iterum incurrit, quæstuosam ac commodam Arabiz gubernationem redire: Sinanum verò, vt in supremi potius

potius Vezirij munere ; quod maiores secum facultates & emolumenta, minores autem curas & discrimina adferat ; iam quasi triumphans sese rursum sistere ; & periculosa belli vices, quæ successorem, de quo multiplex iam sermo est, maneant ; uti olim ex Persia euadere tempestiuè possit : nullo profecto modo consultum fuerit, vafris ac fraudulentis Beglerbegi suasionibus locuni dare ; aut pacificationem qualemcumq; vel cogitatione suscipere : Imò vero magis expedire videtur, talem, quæ raro se ita offerat, Turcarum inopportunitatem , nobis opportunam ducere ; ne frustra nobis ea de manibus elabatur : quin amissa strenue recuperentur ; & tres illæ prouinciæ , quæ tam feruentur ac piè sese in Cæs. Maiestatis , & in communem Christianorum omnium protectionem dediderunt, defendantur ; quin vicinæ prouinciæ, totq; oppressorum Christianorum millia, quæ iam nunc in spem erecta liberationem exspectant, à seruitute vindicentur. Huc sese pro pietate sua, quò & regnò suo consulat, Poloniæ Regem, huc Moscum, huc alios in belli societatem datus ; adeoq; Persas & Georgianos, ut nuper amissa repeatant, ansam arrepturos : viresq; Turcarum diuersis in partibus, certatim quemq; distractaturum ita esse : vt eò facilius expeditio nostra, tam iusta ac pia de causa suscepta, concessu diuino, coniunctaq; Christianorum omnium ope, continuari possit ; ne primo statim nos infortunio ; quod nequaquam nobis inimici potentia contigit ; neue blanda ac speciosa nos pacificationis oblatione decipi & inescari sinamus. Si enim hoc tempore, pacificationem insidiosa susciperetur ; non tantum non Sac. Cæs. Maiestati eiusq; ditionibus satis cautum esset : quibus plus danni haec tenus pacis, quam belli, tempore (quod post Sigethanæ arcis amissionem comperitur) illatum fuit ; sed vicini etiam Principes, capto iam Iauriao, in eodem periculo, quod aditus hosti ad ipsorum prouincias pateat, versarentur ; omnesq; rationes iuuandi Moldauos, VValachos ac Transyluanos impedirentur. Etsi enim respondeatur, prouincias in primis illas pacificatione ista (quod futurum

vix sperari possit) comprehendendi debere; nihil tamē magis, quam Cæs. ditiones, securā essent. Quæ si facta pace inuaderentur; aut si modernis earum Principibus deiectis, in Beglerbegatus (quod iam pridē suasum, sed in occasione violandæ pacis dilatum fuit) redigerentur: quam Cæs. Maiest. facultatem eas liberandi ac defendendi in ea animorum dissensione auxiliorumq; inopia, quam illa secum Pacificatio introductura esset, inueniret? At verò noua illa regiminis forma per tres Beglerbegatus stabilita, perpetuam ibi Turcæ sexaginta ut minimum millium militiam excubantem, & fines nostros assidue infestantem alerent; cum quasi & Turcarum gens, quæ hactenus, quām diū prouinciaz illæ nomen Christianum professæ sunt, repulsa fuerit, coniungeretur: quilibet haud obscurè videt, quantum illi sibi potentiae incrementum, quantas aduersus Christianos opportunitates acquisiuerint: vnde haud dubiè vicinorum omnium exitium, atq; interitum breui temporis intercapidine sequi necesse foret. Consultins proinde & commodius futurum est, ut bellum, in quo iam statu est, spe coniungendorum à Principibus certatim omnibus auxiliorum continuetur; ut vna Prouincia per alteram defendatur; quām ut ea serò tandem aliquando, cùm extrema necessitas id flagitatura sit, magno molimine tentarentur. Cum sinceris & mentis integritate præditis gentibus si nobis res esset; quarum certa & explorata fides sit; & quarum verbis (quod infelix hic rerum vsus dissuadet) niti possimus; pacis consilia æquis conditionibus minimè respuenda forent. Experita verò Maiest. Cæs. fuit saepius: quām fluxa, quām fallax & infida fides sit Turcica: cùm tantum abesseret, ut ullam ipsa belli causam præberet; ut etiam cum aliquo existimationis ac dignitatis suæ dispendio, omnia tentaret & experiretur: antequām ad arma se adduci sineret; quò tandem, licet à rebus necessarijs minus firma (induciarum quippe prorogatione, quæ solenniter ac sanctè vtrinq; renouata & confirmata erat, confidebat) adducta tamen fuit. Sed esto, ut vel minima animi propensione pacem Turcæ seruare velint;

lunt; quas non voces per Transyluaniam, Moldauiam, VV-
 lachiam, Poloniam atq; adeò vbiq; terrarum, pro superbia
 sua plus quam barbarica effusuri sunt? Quasi Cæs. Maiest. &
 qui ipsi coniuncti sunt Principes, virium imbecillitate, me-
 tu, pusillanimitate ac trepidatione quadam eò adigantur;
 vt scilicet in ea animorum disiunctione, suis quemq; rebus
 consulere Turcæ moneant; vtq; inchoatam Christianorum
 contra se coniunctionem impedianc ac disiungant; Princi-
 pumq; optimè animatorum ardorem, quo vires coniunge-
 re parati sint, restinguant. Deniq; si quæcunq; superius
 mota dubia etiam his modis amouerentur; vt arces adem-
 ptæ, & in ijs Laurinum (quod nullo pacto propterea speran-
 dum, quod legis suæ præscripto, quibuscunq; locis vi captis,
 ritu suo preces fuderint, aut vota fecerint, ea nequaquam
 pacifice restituere teneantur) per hanc pacificationem redi-
 di deberent: ac Transyluania, Moldavia, VValachia in ea,
 quam modò profitentur, Christianorum societate ac deuo-
 tione quietè perseverare possent; rationesq; certæ, quibus
 & vicinis Principibus, præcipue verò tribus illis suprà di-
 etis satis cautum foret, inuenirentur (quæ quomodo inue-
 niri queant, mentis humanae captum superat) obstringere-
 tur nihilominus & diuino & humano iure Maiest. Cæs. Prin-
 cipesq; omnes, & quotquot nomine Christiano gaudent; ad
 exercitam in Oratorem Cæsareum proximum Fridericum
 Creccouitum eiusq; familiares, quemadmodum ante etiam
 in alios Oratores, insolentiam & crudelitatem, ac sumam
 tyraannidem; qua ille in miserabilem seruitutem cum suis
 redactus; & vinculis, vbi inedia & squalore obiit, mancipa-
 tus fuit; qua item familiares ipsius, alij ad metalla ac lapi-
 des, alij ad triremes, ad alia aspera & acerba alij damnati;
 pusillo marcidi nigri panis & aquæ vermbus scatentis hau-
 sta, vix vitam tueantur: in cuius atrocis, & inauditi sceleris
 vindictam, vniuersa Christiani Orbis Republica cum Cæ-
 sareia Maiestate (quod Deus Opt. Max. iustus omni-
 um scelerum vñindex secundare velit) me-
 ritò armari deberet.

DAVIDIS PEIFERI
 IVRIS CONSULTI ET P. L.
 ELEGIA
 AD GERMANIAM.



Platis viinam careat successibus hostis,
 Qui pactam vano prodidit ore fidem:
 Innocuo totum qui sanguine polluit orbem:
 Dum furit in cætus, maxime Christe, tuos:
 Qui tot dissecuit vim passas antè puellas:
 Qui se mentitus retulit esse Deum:
 Sentiatur æternam contemni numinis iram:
 Proq[ue] sua pœnas impietate luat.
 Fallor? an hic iterum Scythicas in bella phalanges
 Dicens, Teutonicas fulminat ante forces?
 Dum nos cognatos in viscera condimus enses:
 Et proprias cæci dilaceramus opes.
 Europa Regina, tuo Germania vati
 Dic age, te quis in hoc dedecus error agat?
 Vi tua tam saeu des membra voranda latroni:
 Cen rerum nolis amplius esse caput.
 Per laudes generosas tuas, per sceptra precamur:
 Si non vis alijs parcere, parce tibi.
 Dumq[ue] potes, fædos adeò compescere furores:
 Ne proprias armes in tua fata manus.
 Mutua terrigenæ miscentes prælia fratres
 Inuicti dextris procubuere suis.
 Deformem traxit ciuili Marte ruinam
 Vrbs, per quam flauas Albula voluit aquas.

At tu, si quid habes, ut habes, Germania mentis:
 Disce peregrinis cautior esse malis.
 Si te nil tangunt viduatae ciuibus urbes:
 Nec mouet oppresae religionis honor:
 At tua te virtus tot iam laudata per annos
 Excitet: immemorem nec sinat esse tui.
 Si patrios primâ repetas ab origine reges:
 Inuenies fortes te genuisse viros.
 Mannus & Ingeuon, Marsus, seniorq; Tuiscon,
 Heroas bello non habuere pares.
 Cimbrica Romuleæ trepidarunt arma cohortes:
 Consultuit pauidâ cùm sibi Carbo fugâ.
 Rex Arionius vicit certamine Gallis,
 Rettulit ad patrios ampla trophya Deos.
 Arminius cæsis Vari legionibus heros,
 Exemit Latio patria colla iugo.
 Roma caput mundi nostros exusta triumphos
 Auxit; ut à priscis est superatha Gothis.
 Nec dum, Leihæas nisi forsitan hauseris undas,
 Ingenio virtus excidit illa tuo.
 Quâ fretus paucis Magnus sibi Carolus annis
 Subiecit domitas totius orbis opes:
 Vnde suum veniens tollit Sol aureus orbem:
 Quâ sub occiduas precipitatur aquas.
 Submisit Domino Ganges sua cornua Franco:
 Teq; ferunt vietas Nile dedisse manus.
 Et taceamus Solymos, Gallos, Siculosq; subactos:
 Et qua prætereà nomina mundus habet.
 Iam quis in orbe locus virtutes nescit Othonum?
 Quæ radijs tantis nubila terra caret?

Si nihil ad titulos cupis addere laudis auitos :

Nec decus hoc palmis vis cumulare nouis :
Nominis in curam saltēm consurge tuendi :

Tam tibi magnanimi quod peperere duces.
Nec noua præteritos obscurei fama triumphos :

Est aliqua acceptum laus retinere decus.
Ergo ruppe tuum, Germania, ruppe soporem :

Nec cessent sensus euigilare tui.
Irrita num fracto contendes spicula neruo ?

Num clypeum demens iam moritura petes ?
Nonne vides quanto nauis tua fluctuet æstu ?

Nexa tuis humeris vincula nonne vides ?
Dum Scyllam salua potes euitare carina :

Subduc irato candida vela mari.
Nil profecturo pulsabis remige pontum :

Cum semel abreptam merserit vnda ratem.
Tandem accensa odijs ciuilia bella relinque :

Sæua quid in socios sanguinis arma geris ?
Iste tibi totum potuisset subdere mundum :

Perfundit proprius qui tua membra cruor.
At verò tanto si flagras Martis amore :

Materiam belli publica damna dabunt.
Sunt tibi, quos vincas, sauvissima turba, latrones :

Oblita qui nostro tela cruento ferunt.
Sunt repetenda tibi Graij moderamina regni :

Captaj, crudeli nuper ab hoste Rhodos.
Debentur nostris Byzantia mœnia sceptris :

Pannonis auxilium postulat ora tuum.
Nonne Palestinam Christum tenuere professi :

Hac quoq; Teutonicam terra reposcit opem.

Pyramides, Memphis, Babylon, freta Caspia, Nilus

Sunt loca periuris cripienda Scythis:

Et prius Euxini fluctus digessero Ponti:

Illaqū, quot pisces nutritat vnda, canam:

Quam tot praeclaras terras, tot regna, tot urbes

Enumeret versu nostra Thaleia suo:

Quot nobis bello Mahumeticus hostis ademit:

Dum mouet in patrios quilibet arma focos.

Nec satis est urbes sauo cepisse Tyranno:

Oppida nisi stratis mænibus aequet humo.

Si qua nitent Parijs diuūm delubra columnis:

Latro profanatis deicit illa sacris.

Quasque prius populus votis onerauerat aras:

Vertit in immundas impius hostis haras.

Amplius innocuis non parent legibus urbes:

Nemo pudicitiam, numina nemo colit.

Sacrarum seruant vires, examina legum:

Et quod quisque potest, robora iuris habet.

Vita feris similis lumen rationis obumbrat:

Nec finit humano vimere more Scythes.

Vigil, semel brevibus complectar singula verbis:

Stant illis uno fasque, nefasque loco.

Si non ista tuam tangunt, Germania, mentem:

Crimina nec paenam soluere tanta iubes:

Tum mihi Caucasus dicens nata sub antris:

Et credam silices pectus habere tuum.

Par est in fædos te bella capessere porcos:

Par est in tales cominus ire feras.

Ista tibi iustos poterunt dare tela triumphos:

Insiciunt titulos catena bella tuos.

In tua crudeles armas cum viscera dextras;
 Quo, rogo, si vincas, nomen ab hoste trahes?
 Sic quoque, si sociam laus est turbare quietem,
 Publicus in niueis latro feretur equis.
 Ab tibi ne Martis veniat tam dira libido:
 Ut sis in clades ingeniosa tuas.
 Vtlius, si bella iuuant, pugnabis in hostem;
 Qui madidum nostro sanguine guttur habes.
 Innumeras victus gazas dabit: ampla trophya
 Ad patios referes inde reuersa lares.
 Sub iuga deciolti Daci cum Thracibus ibunt:
 Sentiet imperium Varna recepta tuum.
 Eo as felix iterum Regina per urbes
 Dictabis populis iura sacrata nouis.
 Illud, Abydena Seston quod separat urbe,
 Per mare, Teutonicas auferet aurarates.
 Tunc Asiam nostris reddes, Germania, sceptris:
 Et primi venient in tua iura Phryges.
 Lydia tota fremet: fuluius Pactolus arenis
 Ad bellum largas suppeditabit opes.
 Mitior applaudens cygnaa voce Cayster,
 Latitiae testem mittet ad astra sonum:
 Finitimas illis quando regionibus urbes
 Imperij coges frena subire tui.
 Ad te Cappadoces trepidantia bracchia tendent:
 Orabit pacem supplice voce Cilix.
 Euphrates timidas substernens nauibus undas,
 Carula de medijs exeret ora vadis:
 Attonitaq; videns Germanas fronte phalangas:
 Martia pranimio vix feret arma mea.

Illic ingentes hominum mirabitur artus :
 Hinc, quos dant saudos tympana pulsas sonos.
 Cumq; frement tremulas strepitu tormenta per auras :
 Quae sternunt iacobis mania firma globis ;
 Mentis inops medias iterum caput abdet in undas :
 Et coram viuos credet adesse Deos :
 Missile qui spargant aduersos fulmen in hostes :
 Collegit vires cum grauis ira suas.
 At tu deuictum, Germania, lata per orbem
 Ibis : & in rutilis alia vehere rotis :
 Diuini donec contingas claustra sepulchri :
 In quo Christiadum vita sepulta fuit :
 In quo siderei soboles eterna parentis
 Decumbens, somno membra leuanda dedit :
 Perq; duas cum iam miscuissent sidera noctes :
 Et nunc incipere tertius ire dies :
 Ex illo superas propria vi venit ad auras :
 Nec verum potuit mors retinere Deum.
 Illius hic tumulum genibus venerabere flexis :
 Et fundes castas ad sacra busta preces.
 Sic caput immensi filii Germania mundi :
 Nec mendax victo nomen ab orbe trahes.
 Sic, tua cum docti peragent praeconia vates,
 A longa laudes posteritate feres.
 Quas aliquis forsitan peregrino natus in orbe
 Cognoscens, soluet talibus ora sonis :
 Huius me vellem consortem gentis haberi :
 Quae meruit tantum per sua bella decus.
 Forfitan & nostros multus petet aduenia campos :
 Teutonico saltum posit ut ore frui.

Si tibi nil aliud subdit, Germania, calcar :

*Commoueant animum commoda tanta tuum.
Adde quod ex facili veniet tibi palma labore :*

*Si sub iudicium cuncta vocare voles.
Quis labor est timidos armis excindere Turcas ?*

*Ex quibus intrepidi pectora nemo gerit.
Consule de rerum causis & origine libros :*

*Qui quantum valeant, qualibet astra docent.
Imbellis dicent Asiam producere gentes ;*

*Quarum flagranti membra vigore carent.
Quis precor his demens galeas imponat abenás ;*

*Dura quibus cælum gentibus armâ negat ?
Tela viri sumant : magnos Europa Gigantes*

*Educat : hi fortis pectora bella gerant.
His natura parens insevit Martis amorem :*

*Et tribuit validas ad fera tela manus.
Sed malus interpres aliquis mihi vellicat aurem :*

*Et me mentitis ludere rebus ait.
Percurrensq; suos digitos : Germana tot, inquit,*

*Pralia successus non habuere suos.
Quis quis es, attentos animos aduerie, docebo,*

*Hoc cupiam bellum qua ratione geri.
Non iube oratibus Siculam tentare Charybdim :*

*Nec rapidum placidas in pecus hortor oves.
Ante velim lanient auidæ mea membra volucres :*

*Simq; prius rabidi flebilis esca lupi :
Quam mihi tam turpes veniant in pectora curæ ;*

*Vt later lachrymis, Patria chara, tuis.
Si prius infausto commisimus omne pugnas :*

Pannonia Christiadum si cruor arua rigat :

Aut illud nostrae meruerunt criminis vita:

Aut fusi falsa prodictione sumus.

At tu Niliacum cum signa mouebis in hostem:

Et iam castra sequi, Teutonis ora, voles:

Sit tibi cura prior, summum placare parentem:

Vincitur, irato qui mouet arma Deo.

Ergo p̄p̄s precibus sceleratam corrigere vitam:

Si vis Phœbea cingere fronde caput.

Nec vitijs iterum cœlestem contrahe paenam:

Crimen enim maius, si geminetur, erit.

Ne sacrī spolies diūnū penetralia donis:

Sæpe duces magnos perdidit iste furor.

Impia non faciat scripius conuicia miles:

Namq; malo superūm lāditur ore pater.

Dumq; foris Scythicum ferrum moliris in hostem:

Suscipiat vulgus publica vota domi.

Imbellisq; atas precibus delubra fatiget:

Absentes sternent hæc quoque tela Scythes.

Amramides Pharij lethalia signa tyranni

Nullius extinxit militis usus ope.

Hausit Erythræum miles Memphiticus aquor:

Et Pelusiacos obruit unda duces.

At dux Isacidūm per verba precantia Moses

Cedere iussit aquam: iussa recessit aqua.

His etiam telis inimicos Iosua reges

Extinxit, cursus Sole tenente suos.

Perlege primæuos, diuina volumina, libros:

Inuenies armis plus potuisse preces.

Equivid adhuc dubitas fædos eradere lapsus:

Teg, fuisse malam, Teutona terra queri?

Ipse Deus faciles delicta fatentibus aures
 Præbet: & in veniam pectora prona gerit.
 Tu modò sublatis ad lucida sidera palmis
 Ætherei promtam posce parentis opem.
 Et tandem validas educ in bella cohortes:
 Eueniet placido nil tibi triste Deg.
 Aspicio Scythico spumantes sanguine campos:
 Væ tibi! quas pœnas, perfide Turca, dabis!
 Nil fuga, cui fidis, nil flexus proderit arcus:
 Nec feret optatam Persicus ensis opem.
 Liuida Germanis innectens colla catenis,
 Ante triumphales tristior ibi equos.
 Exuet antiquum Christi plebecula luctum:
 Et tua quem tangant tristia, nullus erit.
 Hanc nobis lucem spectacula grata ferentem,
 Æqua, precor, celeri turbine Parca trahat.
 Tunc grauibus pangam resonantia carmina nervis:
 Carmina Mæonio qua pede bella tonent.
 Dum modò vitali vescentem longius aurâ
 Me velit in terris his supereffe Deus.

AD GERMANIAM
 GEORGII SABINI
 Epigramma.

Quid tua bellatrix abiit, Germania, virtus?
 Dissimilis nostro tempore facta tui.
 Videlicis olim pepulisti finibus Hunnos;
 Imperium magno cum sub Othonem fuit.
 Ad Solymas arces victoria signa tulisti;
 Sceptriger Imperij cum Fridericus erat.

Nunc procul à Tanai ducentes agmina Turcæ,
 Danubij ferro depopulantur agros.
 In tua grassatim terrarum viscera prædo;
 Ausa nec hostiles es cohibere manus.
 Te quibus ostentas, nunc utere grandibus hastis;
 Et quibus in circu ludicra bella geris;
 His animosa pias hastilibus assere gentes;
 Si quid in audaci pectore Martis habes.
 Ah pudeat, Scythicis egressum finibus hostem
 Militia nobis præripuisse decus.
 Mollia dum sequimur nos desidis ocia vita,
 Aspera bellator prælia Turca facit.
 Dum cane venamut lepores, aut cuspide damas
 Figimus; ille suo milite regna capit.
 Denig, nos tantum sine sanguine ludimus armis;
 Ille gerit fortis seria bella manu.
 At generosa tuis, Germania, consule rebus;
 Coge pharetratas vertere terga Gelas.
 Ipsa tuas urbes è faucibus eripe leshi;
 Et vetus imperij Marte tuere decus.
 Si secura mali non profligaueris hostem;
 Tristia crudeli vulnera clade feres.

AD EANDEM
IOANNIS STIGELII
 Elegia.

Ergone flebilibus finem dabit illa querelis;
 Omine felicis syderis orta dies?
 Semper & iniictas adducens Marte cohortes;
 Turca ferox nobis causa doloris erit?

Jam tua deslerunt tot fata sinistra poëta :

Ut fessas Musas questibus esse putes.

Tu tamen ô quondam Germania nescia vinci,

Surda velut vanos negligis ista iocos :

Et tua tot pradas mactantem ad limina Turcam,

Nescio quo tandem pectore ferre potes.

At te nemo olim bellis impunè petiuit ;

Inquis, tuo fixit nemo trophya solo.

Fregeris ut rerum dominos virtute Quirites ;

Cladis adhuc Vari conscientia fama docet.

Vigil, manu Solymam victrice receperis urbem :

Non uno memorat pagina prisca loco.

Fortibus infestos docuisti viribus Hunos

Iniustam à regnis vim cohibere tuis.

Nunc quid magna tuo bellatrix obstat honori ?

Quid te, quod pridem diceris, esse vetat ?

Quanto erat his grauior bellum tibi causa gerendi ?

Quid lacerat nostras Turca cruentus opes ?

Non hunc sola rapit regnandi dira libido ;

Sed furor ex odio religionis adeat :

Hanc cupit extinctam : & , qua sola sydera adimus,

Nititur hostili tollere Marte fidem.

Surge animis, contraquam ausis maioribus ito ;

His gere proquam aris prælia , proquam focis.

Semper adhuc iniucta suos cum viceris hostes ;

His quoque non dubio vincere Marte potes.

Non tua tota iacet virtus : nec tota iacebit,

Dum tuus irriguas Ister habebit aquas.

Vincit adhuc reliquias tua clara industria gentes,

Quodquam probante Italo, laudet Iberus, habet.

Non

Non animi, non arma tibi, non numina desunt;
 Securam querimur te nimis esse cui.
 Quod potes, eductis urge legionibus hostem;
 Cum toto Tanais Phaside noster erit.
 Vincitur hic causa, cur non vincatur & armis?
 Urge armis; famulas porrigit ille manus.
 Hoc tibi non veteris spondent oracula Delphi;
 Non aliqua hic nobis fata Sibylla canit.
 Ipse Deus mouet hoc, qui nunti temperat orbem:
 Quae geris, hac cælo bella probante geris.
 Jam pridem meriti lucratur gaudia cœli;
 Fortiter in diros qui mouet arma Geta.

AD EANDEM EPI-

gramma eiusdem.

Excita quando graui tandem, Germania, somno
 Surgis? an aeterno quieta sopore iaces?
 En procul irato gens Turcica venit Eoo,
 Qua mouet hostiles in feræ bella manus.
 Hec animis ingens, ingensq; furentibus armis,
 Heu quantum nostri sanguinis una dedit.
 Et iam saeua lues terrarum regna fatigat;
 Inq; tuum properat mox ruitura caput.
 Pelle pharetratos dijs auxiliantibus hostes:
 Aut tua barbarico subiace colla iugo.

n n n n

I N

IN STVPOREM GER-
MANIAEHIERONYMI VVOLFII
ELIGIA.

Fam tua res agitur: paries tuus ardet: ab alto
Culmine tota domus collabefacta ruit.

Sigettum periret: non Iulia castra supersunt:

Extremum metuit macta. Veinna diem.

Bannonias non esse vides tua mania? Tureus

His ruptis, in te Matie furente ruet.

Ardebunt villa: succumbent oppida: ferro.

Turba cadet deris excruciatamodis.

Eripientur opes, libertas, iura: LIBIDO

VICTORIS saui iura cruenta dabit.

Corporis hac miseria sunt & in omnem posteritatem

A semel exorto fonte perennè ruunt.

Seua quidem, sed sine suo claudenda. Quid istud?

Capiuas mentes quod ferus hostis habet?

Dira salutifero dicit connicia Christo:

Hunc etiam pubes nescia sàpè negat.

Sàpè senex & anus melioris mentis egentes,

(Proh scelus!) hoc sacerdo, te Mahomete, colunt;

Vulgus iners quid enim nisi qua presentia curat?

Arbitrio Domini se putat esse pium.

Non spectas cœlos, nisi cum mors atra fenestras.

Intrat: & in fouca sus luto lente iaces.

Hac tamen non cernis? non curas plumbea? nummis?

Dum parcis, vitam prediçaniqua, tuam?

Indulges odiis in fratrem : negligis hostem :

Quo nil terra magis, nil mare, triste tulit.

Num tibi Religio curæ ? quis credere possit ?

Qui rixas nulla relligione moues.

Colatrix culicis, gibbositerga Camelii

Deglutis : rectum quodlibet, esse putas.

Omnia præceptis facimus convaria Christi :

Ignorant Christum pectora, lingua sonat.

Sed non ignorat nostra impia pectora Christus :

Ille dari toties non sibi verba sinet.

Quid dicam vates infelix ? talia Musæ

Carmina non dictant, fata sed atracent.

Imperi nam cùm perituri terminus instat :

Approperantq; truci faca severa gradu:

Immeritas ne forte putes excindere gentes :

Ardua vel frustra vertere regna Iouem :

Non D E V S exiitj, non diro fulmine gaudet :

Incolumes potius quoslibet esse cupit.

Namq; bonos firmo semper munimine cingit :

Et vetat hostili clade perire pios.

Ait ubi negligitur pietas, calcatur honestum :

Crimine cùm vitium supplicioq; caret :

Tum D E V S infesto disturbat perdita vultu

Regna, nec has patitur stare superba diu :

Ille sed ex imo quatiens fundamine terre :

Fulminea incendit præcipitatq; manu.

Integras staret adhuc (heu iam palus atra) Gemorra

Ni foret incestis mersa libidinibus.

Staret adhuc Constantini pia regia : tantas

Ni regnum discors dilacerasset opes.

Et tu stare queas GERMANIA: cura salutis
 Si tibi tanta foret, quanta pericla vides.
 Si tibi priuatis potior sit publica rebus
 Cura, simul pereunt quos uelit una ratis:
 Seruanturq; simul qui commoda publica spectant;
 Publica priuatis qui sapit, anteferet:
 At si desipies GERMANIA: Plura volentem
 Destituit calamus, scribere, lingua, loqui.

F I N I S.



INDEX RERUM MEMORABILIVM PAR- TIS I. IN QVARTO volumine.

A:

Accangi qui	111.	Agria à Turcis oppugnata 170.
Achaea paret Turca	20.	Agrorum & militum numeru- in Turcia 110.
Achmetes à Janizaris non ad- missus ad Imperium 65		
Adrianopolis à Turcis capita- 132		Alba Greca expugnata à Tur- cis 134.
Ægina solo aquata 134. 170		Alba Regalis à Turcis subacta 170. 172.
Ægyptus quando à Turcis sub- acta 96		Albania à Turcis vastata 132.
Africani imbelles 93		Alcanzi qui 56. 120
Aga quis 55. 111. 119		Alcoranus 122.
		Anicii, thesauri regni 75.
		Amu-

- Amurathis I. res gestæ* 103.
132
Amurathis II. res gesta 103.
133
Amurathis III. res gestæ 135.
164. 165. 171. *tyran-*
nis 172. *tyrannis* in fratres
139. *superbia* 166
Antiochia predita Turcis 94
M. Anton. Columna. 29
Apostolorum arma 86
Arabia Petreea situs 22
Armeniorum fides in captiuos
Christianos 179
Armenia maior, Tureoman-
nia 164
Armenia minoris descriptio 21
Asia in sex pfecturas diuisa 20
Asia amplitudo 21
Asia minoris regiones & am-
plitudo 21
Asiatici molles & effeminaris
91. 114
Assapi vel Asapi qui 111.
121. 141. 144.
Affyria descriptio 21
Athena diruta 133
- B
Baiazethis I. res gestæ 103.
132
Baiazethis II. res gesta 103.
134. *enim filii & filia*. 104
nnnn 3
- Baiazethis utrinque vinosi-*
tas 79
Basse qui 121. 139. 143
Begi 140
Beglerbegi seu Belerbeij qui 20.
57. 104. 119. 168
Belgradum à Turcis expugna-
tum 134. 169
Bella in hostes fidei sancta 85
pro socijs licita 88
Bellum Sacrum contra Sar-
cenos quando gestum 131
Bellum Amurathes infert Ry-
dolpho Imp. 127
Belli Turcici magnitudo 164.
167. *necessitas & pietas*
90. 138. 176. 180. 182
Bellicis ex rebus crescendi apud
Turcos unica via 15
Belsi qui 111
Bithynia domita à Turcis 132
Bragadinus praefectus Famagu-
sta 174
Brusia à Turcis occupata 132
Buda expugnata & direpta à
Turcis 134. 170
Byzantini Thraciae metrop. 20
- C
Casaris consecrandi ritus quid
denoret 89
Casari duo impia eripuit Turca
94. *omnino pugnandum esse* 88
Casares

- Cesares ethnici olim partim
mali, partim boni 83
- Capiti qui 109
- Caripici qui 117
- Carolus V. Ces̄ar plurimis vi-
ctorijs inclaruit 93. 94.
quibus in veteri, & quibus
in novo testamento successor
sit datus 89. pacem cum
Turcis habere non potest 90
- Caroli V. Ces̄ar. rerum gestarum
cū Car. Magni comparatio
90. in victis clementia 97
- Castrametandi modus Turco-
rum 112
- Celebini cedes 103. 132
- Chaddi qui 140
- Chalcis occupata à Turcis 133
- Chersonesus Taurica ab Amu-
rathe subacta 20. 165
- Chians 140
- Chius à Turcis oppugnata 173
- Chorappici qui 56
- Christiana militia non exigua
præmia proposita 76
- Christiana fides armis an sit
propagata 87
- Christiani utrū Turcis præmio
& pœna sint inferiores 13.
16. 71. nō omnes ad Tur-
cas transfigunt 38
- Christianorum rem bellicam
qua enercent 15
- Christianos olim nullas ciuita-
tes & regna habuisse 84
- Christianis principibus an sit
Turcos bellandum sit 80. 82
- Cilicia amplitudo & descri-
ptio 21
- Classis Turcorum Imp. quan-
ta 112
- Clansure que 116
- Clericis belli summa non con-
credenda 156
- Commeatuum expediendorum
ratio Turca qualis sit 14. 1
- Constantinopolis à Turcis ca-
pta 133
- Corcyra à Turcis oppugnata
170. 172
- Corinthus destructa 133
- Crimai Tartari ab Amurath
subacti 165
- Croatia vastata à Turcis 132
- Cyprus Venetis à Selymo II.
erupta 136. 171
- Cythera à Turcis direpta 134.
170. D
- Danubius Turcis est pro fatali
limite 160
- Dazdar qui 111
- Defectionis Christianorum ad
Turcas, que causa 140
- Defensionis spes Christianie non
abicienda 143
- Discio

Disciplina militaris apud Turcos qualis, & quis eius usus	171
10. 45. apud Christianos	
nulla	46
Discipl. militaris exercitatione an Christian. destituātur	46
Dissensionum in castris ansa praevenida	157
Druſi, Gallorum populi	175
E	
Exarcole qui	116
Exercitum Turcorum locatio	112
Expeditio Christianorum in Palæstinam contra Saracenos	99. 100. 131.
in Turcas quomodo suscipienda	123
F	
Pamagusta Turca dedita	173
Ferdinandus Catholicus Rex, Hispanias à Saracenica gente liberat	89
Foroiulii à Turcis vastatis	134
Fridericus II. Imp. reenperat Hierosolymam.	132
G	
Gallipolis Chersonesi metropolis	
20. à Turcis occupata	152
Ganrici qui	41
Genizari, vide Iani Zark.	
Georgia domita ab Amur.	164
Germanis utrum sit contra Turcum pugnandum	136. 137
Giula à Turcis capta	171
Goleia à Turcis destructa	135
Genili qui	111
Gratorū discordia viam stravit successui Turcorum	128
Guleta à Turcis capta	171
Gunzium à Turcis oppugnatum	170
H	
Hierosolyma Saracenis erupta	
131. à Saracen. recip. 132	
Hisspania à Saracenica gente liberata	89
Hostem conuenire, stultū	28
Hostem metuendi modi tres	27
Hydruntum à Turcis expugnatum	133
I	
Iani Zari qui dicantur	55. 110.
117. 140. 143. 168. aduersantur Bajazethi	63
Payo qui dicantur	111
Iberia seu Georgia ab Amuratho subiugata	164
Iezidai qui	42
Illyri quantu sit amplitudo	19
Imbrabali qui	109
Imbraborbastia quis	109
Imperi Turcici partes duas	105
administratio qualis. ibid.	
potestas quanta	164. 167.
reditus	107.
Lige Regnum Turcicum.	Ioan.

*Ioan. Huniades ab obſidione Bel-
gradi repellit Amurathen
133*

Iognolli qui 65

*Ismael Persarum Rex vicitus à
Selymo 134*

Iſtōmū deſtructa 133

Iudea descriptio 22

*Iudaos aliter in Ægypto, aliter
in Terra sancta, aliter in exi-
lio Babylonico vixisse 84*

*Iſrisiurandi religio quanta Ro-
manis fuerit 6*

L

*Libertas sub Turca nulla ſomni-
anda 137*

*Linguarum variarum uſus in
aula Turcica 108. 122*

*Linguarum genera in Nato-
lia 106*

*Ludouicus Rex Vngarie à So-
lymanno caſus 97. 169*

*Ludouico R. Vng. nimia forti-
tudo obſuit 94*

M

Macedonia descriptio 20

*Macedonia à Turcis ſubiuga-
ta 133*

Macedonum armatura 119

Mahom. I. reſgeſta 103. 133

*Mahometi II. reſgeſta 103.
133. 165. 172.*

*Mamalucorum regnum de-
ſtructum 134. 153*

*Marani, Saracenorum reli-
quia in Granata, à Carolo
V. deleti 134*

*Mathia Vng. Regis de Tarcis
victoria 93. 133. 134*

*Melite inſula Saracenis extor-
ta 134. à Solymanno obſe-
ſa 135. oppugnata 171*

Mesopotamia ampliudo 21

Mesopotam. Turcis dedita 164

Methery qui 109

*Militaris disciplina neceſſaria
156. qualis fit apud Tur-
cos 122*

*Milites Christiani sub Turca
110*

*Militum genera apud Turcos
110*

*Militum noſtrorum intempe-
rantia 123*

Moderis qui 107

Monarchia Turcica 105

*Mosellini ſeu Mozellini qui 56
120*

Muchie, legie interpretes 107

Mufſen Moſes 103

Muffelym qui 111

Mutapharichi qui 109.

N

Nanifacine 177

Nate-

Natolia qua, & quas prouincias continet.	106	Panarum seueritas an faciat ad imperij magnitudinem.
Nicea à Turcis capita	132	77
Nicomedia à Turcis capita	132	Politica munia pro vocatione obeunda
Nisancibastia quis	108	136
Nobilitas virtutis non preferenda	12	Pontificis Rom. potensia non leue momentum affert ad bellum Turcicum.
Nobilitatis an apud Turcos habetur ratio 12. 59. an maior quam apud Christianos	17	99
O		Portamilites qui
Orchanis res gestae 103. 132		135
Othomani res gestae 103. 132		Pramiorum liberalitas an faciat ad imperij magnitudinem.
P		77
Pace nihil esse melius	127	Precumpiarum vis
Palatini apud Turcos	108	184
Pamphylia fines	21	Pronincipi regni Turcici 106.
Purgatio situs	20	130
Parsimonia cur non eadem, qua Turcis, plurimis Christianis sit necessaria	73	Ptolomais à Turcis subacta 94
Parum caprum à Turcis	170	Pugna cunctatio in bello Turco cauenda
Peloponnes amplitudo	20	124
Perfidia Turcica exempla	176	Pugnandi modus apud Turcos
Peripatheticorum doctrina de diuina natura 8. 34. 35		113.
Pesoberschadi iudices qui	107	Q
Pestum à Turcis occupatum 134. 170.		Quinqueclisia à Turcis subacta 135. 170.
Panarū obseruatio apud Turcos maior, quam apud Christianos	16	R
		Regiones & metropoles qua Turcico imperio pareant 20.
		90. 130. 164. 165.
		166
		Regni Turcici origo & incrementū 129. prouincia 106.
		fines 19. potentia & amplitudo 19. magnitudinis causa

- causa 4. & seqq. successus
 causa 104. de Regni Tur-
 cici catastropha prognosti-
 con 51
 Regni Turcici arariū friget 75
 Regno Turcio fatalis periodus
 153. de Regni Turcici ma-
 gnitudine quid decesserit 55
 Lege etiam, Imperium
 Turcicum.
 Religionis munus duplex 4.
 30. 31.
 Religionis praesidio regna & po-
 pulos ad amplissimas ope-
 peruenire 4. 5. 31
 Religio rei bellica firmissimum
 fundamentum 7
 Religio an à Turcis, an à Chri-
 stianis sanctius colatur 7.
 37. 40.
 Rhodus à Turcis expugnata 83.
 91. 93. 97. 134. 169.
 177
 Romania quas provincias con-
 tineat 106
 Romani quantū religioni sem-
 per tribuerint 6.
 S
 Sacerdotes in quo honore habe-
 antur à Turcis 9
 Saladini victoria de Guidone
 Lusignani Hierosol. R. 131
 Sanchiacki & Sanzaci qui 54
 140
 Sangiarche & Sangiahates qui
 56. 106
 Saniaci qui 819
 Saracenorum bella & vittoria
 129. regnum in Batica de-
 structum 134
 Sarahoti qui 112
 Sclavonia à Turcis vastata 132
 Scythae perperiò merent Turca-
 rum stipendia 22
 Sebastianus Rex Lusitania Re-
 gi Fessano infelix bellum mo-
 uet 135
 Segmen bastia quis 109
 Selymi I. res gesta 134
 Selymi II. res gesta 135.
 164. 171
 Seruitus sub Turcis tristissima
 4. 179
 Sicilia quot sub se habeat Epi-
 scopos & Ecclesias 100
 Sidon amissa 131
 Seclosia à Turcis subacta 170
 Solachi qui 109. 119
 Solastri & Soluphtari qui 56.
 109.
 Solymāni bella & res gesta 134
 169. 170. superbia 166.
 concubina quo commento li-
 bertatem obtinuerit 9. 38.
 Sely-

Solymanni victoriarum cum victoriis Caroli V. compa- ratio	97	Thessalica Venetis à Turcis cre- pta	133
Solymannus à Mesopotamia po- pulis quando receptus	164	Thimarci qui	110
Solymannus Persarum arneis victus	95	Thracia à Turcis subingata 20.	
Spachī seu Spachioglani qui		133	
57. 108. 109. 115. 141			
Strigonium à Turcis subactum		Timoriotes seu Thimarcini	
134. 170		qui	56. 120
Subasj qui	56. 120	Tripolis amissa	131
Successui Turcorum viam stra- uit Gracorū discordia	128	Tunetanum regnum à Carolo	
Sulastrī qui	116	V. Solymanno ereptum 95.	
Sultani appellatio quid deno- tet	58	134. à Selymōrurſus sub- ingatum	166. 171
T		Turca qualis hostis	139. eru-
Tammasi Persarum R. victo- ria de Solymanno	171	delis	176. 178. odia sua
Tartarorum imperij periodus	153	in certos gradus distinxit	
Tartaria Minor, seu Taurica Chersonesus ab Amurathē subacta	165	90. in sua perfidia magnum præsidium ponit 44. quibus	
Taurifum à Turcis captum		copijs utatur	139. 143.
164. 174.		144. quibus armis & præ- sidijs propulsari possit	184
Temeſvarum à Turcis captum		Turce odij causa in Cæsare	91
170		Turcici Imperatoris prouentus	
Theodosia à Turcis proditione capta	133	annus 23. 126. Palatini	
Thephterderi qui	170	108. satellitum numerus,	
		sagittarij, custodes, artifi- cios	109
		Turcarū origo	102. 129. re-
		gum successio	103. vires un-
		de creuerint	94. vires in
		specie magna, re ipsa parua	
		94. milites quibus ex can-	
		0000. 2	siss me-

- sis meliores Christianorum
 militibus 122
 Turcorum Imp. cum Cesari-
 bus comparatio 83
 Turca quibus rebus Saracenis
 sunt absimiles 135. characteris
 gentibus bellicae gloria
 & eorum magnitudine ex-
 cellant 15. a maioribus suis
 degenerarunt 39. 41. ori-
 ginarij, effeminati 141
 Turcica columnas ex armis con-
 flata 167. tyrannis à Sa-
 riana constituta, 153. po-
 tentia tam subito destruē
 non potest 161
 à Turcorum potentia deterri, 2
 furor & dementia 114
 Turcam debellandi modus 125
 Turcam non eversurum impe-
 riū Rom. 159. nec plan-
 nè debellatum iri 160
 Turca imperium inani spe liber-
 tatis opere impium 136
 Turcarum clades ad castrum
 Scissum 138
 Tyrus amissa 131
 V
 Vaticinia de Imperio Turcico
 158. 159
 Varnensis clades 133
 F I N I S.
- Vbertas Foliet a magnitudine
 Turcam non suis coloribus
 depingit 27
 Vesiri Basse qui 104. 121.
 139
 Veneti cur pacem cum Turca
 fecerint 1. 2.
 Veteranorum necessitas 158
 Victoria, in inferendo bello quā
 excipiendo certior 125
 Victoria de Turcis consequende
 via & requisita 154. & seqq.
 Vincendi Turcas certa spes 92.
 & seqq.
 Vienna obessa 93. 134. 166.
 170
 Vires hostium non contemnen-
 de 158
 Vlufagi qui 116
 Vrbes à Saracenis creptæ Chri-
 stianis 131. à Turcis 130
 VV
 VValachia vastata 132
 VValpo à Turcis subacta 170
 X
 Xanthus à Turcis direpta 134
 Z
 Zansti qui 114
 Zazynthos à Turcis vastata 170
 Zigethum expugnatum 135

S E L E C T I S S I M A R V M
O R A T I O N V M E T
C o n s u l t a t i o n u m

D E B E L L O T V R C I C O


variorum & diuersorum
Auctorum,

V O L V M I N I S Q V A R T I

Pars altera,

C O N S I L I A S I V E D I S C U R S V S D E
bello Thrcico recte administrando, una cum quibus-
dam alijs Miscellaneis, continens

E X R E C E N S I O N E
N. R E V S N E R I I V R I S C.
C O N S I L . S A X O N .



L I P S I A E.

S Y N O E Ω

MAGNANIMIS ILLVSTRI BVSQ.
HEROIBVS

D. VVOLFGANGO RVMPFIO
BARONI, SVPREMO AVLAE
AVGVSTA E PRAEFECTO ET
Camerario

D. PAVLO SIXTO TRAVTSO-
NIO Baroni, Præfecto PRÆTORIO
Avo. Supremo

D. FERDINANDO HOFMANNO
LIB. Baroni, FISCI ACVSTALIS
Supremo Præfecto,

D. IOANNI VVOLFGANGO
FREYMONIO IVRISC. SACR. ROM.
IMPERII Procancellario

Omni-

Omnibus & singulis

RUDOLPHO II. AVG.
INVICTAE VIRTUTIS
IMP. ROM.

A SECRETIS INTIMIS
A LATERE CONSILIARIIS
NON MINVS
PALVDRATIS QVAM TOGATIS
OB SINGVL.

FIDEM INTEGRITATEMQ. RE-
BVS IN GRAVISS. DOMI FORISQ.
SPECTATAM

INTER PRIMOS MAXIME
ACCEPTIS
MVSAR. ET GRATIAR.
ALVMNIS
SACROS. THEMIDISET IV-
STIT. HIEROPHANTIS

QVA VIRTUTEM, QVA PRUDEN-
TIAM, QVA DOCTRINAM

RERVMQ. OMN. PRAECLARIS-
SIMAR. SCIENTIAM

LONGE PRAESTANTISSIMIS.

Q V O D

R E I P V B . C H R I S T I A N Æ

S A L V T E M A T Q . I N C O -
L V M I T A T .

P V B L . I M P E R I I D I G N I T A -
T E M M A I E S T A T E M Q .

C O M M U N . P A T R I A E L I B E R T A T E M
T R A N Q V I L L . Q .

Aduersus

B A R B A R I E M E T T Y R A N N I -

D E M T V R C A R V M N E F A R I A M

C O N S I L I O E T A V X I L I O

T A M P A C E Q V A M B E L L O

Q V A N T O O P E R E P O S S V N T

M A X V M o

I N P R I S T I N V M S T A T V M

D E C V S Q . S A T A G V N T ,

R E S T I T V E R E .

A mas

A MAGNO ILLO CONSILII
ANGELO

FORTITUDINIS, SAPIENTIAE,
CONCORDIAE SPIRITVM COM-
PRECATVS

NIC. REVSNERVS
IURIS C.

OPERIS ANTITVRCICI
RESIDVVM

CONSILII PVBLICI
SI MINVS PROPRII

COMMVNIS Q. ADEO ET
SINGVLARIS VOTI SVI
ASSIDVI

PRO ROM. IMPERII ORBISQ.
CHRISTIANI SALVTE
SYMBOLVM

DEVOTAEQ. OBSERVANTIAE,
MONIM. PERP.

D. D. D.

IOANNIS SAMBUCI
LEGES ALIQUOT IMPERATORIAE.

DEVM ritè timeto.
Astra diemque minus curate.
Somnia ne spernito.
Lustam causam foueto.
Princeps, si potis, adesto:
Nil vt recusent subditi.
Domi aliquid relinquito.
Vi aduersa corrigas.
Neruos & socios habeto,
Numero summam ne tribuisto;
Multo exercitu ipse praestato.
Expertis & paucis Ducibus vtitor.
Tempus ne terito.
De summa rerum per paucos decernito.
Secreta tua sunt consilia:
Inimicorum exploratissima.
In hybernis æstiuia meditator.
Viribus impar, propugnacula custodito:
Cum par es, in plano resistito.
Machinis æneis ligones, aggerationes substituto.
Proditori interdum parcito;
Fidem vt vel hostis sequatur:
Insidiæ reprimant & inuadant.
Nuncijs inanibus ne ludito.
Hostem præuertito.
Vigilias inducito.
Crapulas prohibeto.
Medicinam obseruato.
Famem prouidebo.

Luem sordesq; auertito.
Laboribus militem exerceto:
Qui securi & dolabra sit expeditus.
Occasionem sanam arripito,
Habeo aliquid, quam totum amittas.
Sint paucissima ad propugnaculum loca, sed tutis-
Né crebro pedem hostis figat. sima.
Hostem cautè negligito.
Instrumenta & machinas habeo.
Congressurus exercitum ne distrahit.
Speculatores, & exercitum in laxis;
Pedites in locis densis locato.
Percusso meliorum spe erigit.
Primus rem vrgeto:
Ultimus quid consequatur, videto.
Victoram persequitor,
Fortunæ ne obliuiscitor:
Victis modo parcito.
Militi sua reddito
Inducas barbaro non facile;
Pacem nunquam concedito.
Prædæ cupidine hostem ne dimittito.
Quā redibis, agros seruato.
Secundis aquis & sylvis gaudeto.
Commeatu tempore abundes.
Curator aqua & terra suppeditare scito.
Soli hostem obuertito,
Noctu posteriora molitor.
Impossibilia ne aggreditor.
Tuos non simul exerceto:
Hostem sic semper fatigabis.
A tergo impedimenta in periculis in medio statuito
Armis hostilibus, ni sint meliora, vtitor.

Sedi-

Seditiosos ac inuidos post punite.
Concordia omnia ligato.
Noxia disciplina terreto.
Victoria viuus fruitor;
Pacem ut futuri sentiant;
Famam canantq; fugiter;
TRIUMPHETVR CHRISTO DUCE.



Iohannis

IOANNIS COMITIS
TARNOVII, IN POLONIÆ
REGNO STRATEGI NOMINA-
TISSIMI

DE BELLO

Cum iuratissimis Christianæ fidei ho-
stibus TURCIS gerendo

Disputatio Sapientissima.

CVM PRÆFATIONE IOAN-
NIS STRASII AD CAROLVM
V. Rom. Imp. Semper AVGVSTVM.

T si nullum tempus præter-
mittit, CAROLE IMPERA-
TOR, à tua Maiest. Certum est,
assidue cogitandi de communi
Christianæ Reip. salute, atq;
immanissima barbarie Turci-
ca propulsanda: non ob id ta-
men arbitror eius officium reprehensum iri; qui
tam anxio & perturbato planeq; confuso commu-
nium temporum statu, humiliter atq; fideliter con-
sulere aliquid in medium pia quadam & Christiana
propensione co netur. Siquidem huiusmodi re-

A

rum

rum facies oculis obiecta est; vt merito cuius co-
sulenti pro communi salute, tanquam gregarij mili-
tis voci, inclinatiis rebus in acie apud Imperatorem
locus esse debeat. Immò s̄æpe profuisse in publica
trepidatione, intimorum consilia haud obscuris do-
cumentis est cognitum. Necq; enim, IMPERATOR
INVICTISSIME, hoc quisquam suscipit aut ten-
tat; vt curas aut solicitudines diuini animi tui, or-
bis terræ procurationem complexas, se acuere, au-
gere, aut limare posse existimet: Quod in tanta sapi-
entia tua, ac tanto maximarum rerum usu & summa
copia prudentissimorum hominum cogitare, esset
extremæ dementiæ atq; intolerabilis arrogantiæ.
Sed cum ipsum periculum in præsentia vel longissi-
mè dissitos attingat; iamq; hoc flagrans incendium
longè lateq; deuastationem ac ruinam minetur:
æquū est omnes paratos promosq; ad eius extin-
ctionē accurrere: ac tuæ M. principi & auctoritati pul-
cerrimi operis præferenti signa, officium quisq; suū
pro virili exhibere. Sic ego et si forte sapientiæ tuæ in
tanto Imperij fastigio probare meam sedulitatem &
conatum minimè possum: tamē deferendum putauis-
ne in tanta concursatione proferentium unde cunq;
debitū suum officium solus relictus, ignauiae ac so-
cordiæ maculam sustineam. Quod intetim ita à me
exhibetur, vt nihil hic meum est proprium, exq;
meo penū depromtum: Totum est illius viri, qui
proprie summam autoritatem, & incredibilem re-
rum omnium experientiam, in subsellijs omnis pru-
dentiæ consuliissimorum meritissimo principem
locum ob tenebit. Non sum nescius, SAPIENTIS-
SIME IMPERATOR, Comitem Tarnouium supre-
muta

num ducem Regni Poloniæ, Majest. Tuæ notum
esse & acceptum: qui propter peritiam rei bellicæ,
& insignes victorias à barbaris hostibus reporta-
tas, toto terrâ orbe illustrum meritorum fama ce-
lebratissimum nomen est consecutus. Hic tatus vir,
optimus dux & grauissimus Senator, non modò su-
stinet personam huius consilij sed eius indubitus
autor est & architectus. Apud quæ à castris Hunga-
ricis reuersus, & Austriacâ pestilentiam vitas com-
plures dies commoratus pro veteri mihi cōstituta
cum illo obseruantia & familiaritate, operâ dedi: ut,
quæ ille pro singulari sua erga Remp. Christianam
pietate, & incredibili erga M. Tuam eiusq; fratre
F. R. dinandum studio, tam necessario tempore ma-
xime necessaria est locutus, in scripta referrem: quæ
nunc in cœtu palam se adeuntium decumbens ex
dolore pedum dixit: nunc remotis arbitris seorsum
mecum tractavi: quæ quidem ex illius ore excepta
sine ullis orationis cincinnis & calamistris, purè
simpliciterq; recensebo. Et quamvis eius vim &
grauitatem in dicendo exprimere non possum: ta-
men enitar, vt fines & terminos illius sermonis non
excedam. Qui sane sermo, quamvis non uno tem-
pore ab eo decursus est continentis oratione; sed in-
terpolatis diebus & successivis horis habitus: ta-
men ita dilucidè, grauiter, articulatè de toto nego-
tio Latinè differuit; vt facile animaduersti potueris:
in quot partes sermo ille per eos dies habitus esset
diuisus. Primum enim ratiocinatus est de concordia
Christianorum Principum. Deinde de officio Impe-
ratoris ad tantum bellum: & quibus rebus nobis Tur-
ci præstarent: Postremo quibus copijs & viribus,

Dei ope, cum hoste barbaro possit configi: ac quibus Christianis illos antecellant. Utinam Maiest. Tuæ, INVICTISSIME IMPERATOR, conatus hic meus tam gratus existat, atq; magna animi alacritate suscipitur: vt si forte vir ille, ex raro hominum genere Dux; institutum tuum nullo inuento iuuerit: tamen non inglorium putandum est, Principes viros, longissimis locorum spatijs disiunctos, cum Maiest. Tuam multò sapientissima, idem sentire. Sed iam ipsum loquentem audiamus: Quis sit eius sensus de vniuersare, exponam: Ipse autem introducitur, perpetuo contextu singulas partes tractans, nemolestissimæ illæ voces (Inquam, & inquit) sæpius repetantur. De concordia autem sic exorsus.

EQuidem mihi conscius sum in omni rerum usu mediocritatis atque adeò potius tenuitatis mea: tamen cum post hanc funestam cladem, tantam ubiq; trepidationem, pauorem, ac consternationem secutam audio; ut Christiani fracti ac debilitati barbari hostis aduentu animos despondere videantur; putani me sine scelere & communis religionis offensione prætermittere non posse; quin sensum meum de hoc statu rerum aperirem: & si forte nihil noue medela prater ceteros afferrem; bene tamen & recte sentire voluisse cum alijs bonis viris cognoscerer. Sed cum de modo & ratione arcendi huius hostis cogito; nihil tam aduersarium est, nihil tam obstat spei & fiduciae conficiendi huius belli: quam dissidium Principum Christianorum, ac mutuo se delendi, nunc clam, nunc palam, mirifica studia. Quæ sane nisi restincta fuerint, remissa, aut sedata frustra recipitur omnis cogitatio de Turco profligando. Quare non possum non aperte & libere, quid de hac part sentiam, referre; antequam rationem ipsam gerendam bellum

di belli attingam. Longum esset Christianos Principes admonere sui officij: cuius rationem referendam esse aliquando Summo Deo, non possunt ignorare. Taceo illa, quae etiam in priuatum reconciliatione interponuntur: Hoc vel illud resarcendum: Si quid delictum sit, compensationem inducendam; atq; id genus passim nota. Hoc autem animaduertant, ultionem ex priuato odio, quam arbitrantur in inimicum tendere, omnino in detrimentum ac perniciem totius Christianitatis vergere. Dobe-
ret profecto maledictio, & dira hominum imprecatio, atq; per-
petua illa infamia, qua ipsis ob huiusmodi facta inuritur, aliqua
ex parte eos mouere: deberent Reges nominum dignitatem &
vim tueri, quam sustinent; nisi se notatos omni macula & tur-
pitudine apud posteritatem velint: deberent in idem incumbere
re & facto, qui Euangelium sequi se pure profissentur. Nam
vel ipso Sole clarissimus est, religionem nostram, nobis dissidenti-
bus intestinis odios & bellis, opprimi & extingui: Mahometi se-
ctam crescere & propagari. Discant Christiani Principes, exem-
pli verborum hostis nostri fidem suam propagare. Is in confede-
ratione olim cum Ioanne Rege requisitus, ut aliqua castra re-
stitueret; respondit, id se libenter facturum; nisi obstarent tem-
pla Mahometica religioni dicata: quae non licere sibi tradere
in manus G A V R O R V M (Ita enim Christianos vocant) pro-
ferebat. Si conamiseratione & pietate non mouentur; cogitent
commune periculum; & futuram calamitatem aliquando in i-
psos redundaturam. Nam constat non defuisse potentes Monar-
chias, florentis magnis opibus; quos publicus Christiani nominis
hostis, eiusq; maiores subiungarunt. Decimus iam Turcorum Cae-
sar dominatur: qui sanè quantum sibi ditionum subiecerit, nemo
est qui non videat. Fallitur, qui putat eorum ambitionem factu-
ram modum graffabitur hoc malum, quoisq; periuadat eorum
dominia: qui nunc sunt non parva causa huius dissidiij. Nemo
arbiteretur ab eo occupatam Hungariam, ut conquiescat inq;
finibus

ORATIONVM TURCICARVM

siue contenta aut expleta sit infinita & insatiabilis Barbari
 cupiditas. Non est existimandum aliter, quam eos multo acri-
 us gloria & famae stimulis agitari, quam Christianos. Ubicung
 trophae fixerunt; ibi non modo finis cupiditatis; sed initium
 aliud ex alio nouae cupiditatis novo successori locatur. Certe
 ob priuatas simultates non deberet Christiana Respub negligei;
 cum videamus omnibus seculis apud Ethnicos priuatas effensi-
 ones crebro salutis Reipub. causa sapienter condonatas. Quar-
 to equius est nos facere; quibus ne priuatis quidem mutuo inter-
 se flagrare odio, nostra persuasione, concessum est. Turcus
 non propulsat, sed infert bella Christianis: Principes autem
 Christiani potius in mutua viscera hastas vibrant: quam in il-
 lum hostem capitalissimum eas contorqueant. Cum vero id a-
 gant, ut videantur velle resistere: nunquam talern ordinem
 & delectum faciunt, ut iustis viribus eum propulsare quisant.
 Plus modo hostem irritant, quam arceant; aut populos si-
 demq; Christianam defendant. Vereor ne quis me concionatoris
 munus obire loquatatur; si dixero, Principes à Deo in terris con-
 stitutos: ut iustitiam ex aquo administrent omnibus: subditos de-
 fendant; sicut propugnant: Adhac infinitum quemq; de plebe co-
 ram Deo & hominibus reum agi; si non satis faciat debito suo
 officio ac vocationi sua. Quanto magis ipsos Principes, quorum fi-
 deli & tutela commissi sunt, id facere par est. Sed hoc & id genus
 complura non dubito ab aliis dicta esse multo disertius. Utinam a
 Principibus in actionem deducantur; que optima mente, quamvis
 odiose, à viris bonis proferuntur! Non est ambigendum, si quis
 producto catalogo bonorum & malorum Principum interrogetur:
 cuius se similem esse oportaret; qui respondeat mox nisi amens sit,
 se malle potius Principis boni nomen & vitam referre; ut pote Ty-
 ranni: quam mali, ut Neronis. famamq; sibi peroptare superesse
 bonam, quam malam. Nihil enim magis Tyrannum, quam ne-
 gligere suam famam: nec curare, quid quisq; de se existimat.

Hanc

Hanc si viam affectant; ita se gerant in administranda Republica; ut laudabilem & sempiternam famam bonis operibus post se relinquant. Habet Casar, & Rex Gallia eaterig, Principes Christiani, latissimum campum bene merendi de fide nostra: sibi & posteris suis aeternum decus, & nomen immortale comparandi. Summi Pontificis partes viderentur; vel precipue, post habitis priuatis negotijs, Imperatorem & Regem Gallie ad concordiam reducere: & si non possint firmam stabilire pacem, saltē in aliquod tempus: ut si Rex tam sanctum institutum adiuvare nolit, nec tamen impediatur. Eorum enim dissidio Turcius nanciscitur opportunitatem Christianos vexandi, & affligendi bellis. Quod ad Imperatorem attinet; non est obscurum, & olim cum magnis sumib[us] in exercitus atq[ue] apparatum classium factis; multis fœderibus initis; dissimilatis & condonatis iniurijs; strenuam operam Reipub. Christiane nauasse: (Sic Vienne, & in Aphrica, alijsq[ue] in locis factum: sed semper nescio quo fato, impeditum) & nuper Ratisbone, quantum fieri potuit, Principes inter se conciliasse: idq[ue] sedulo cum facere, & facturum perpetuo minime dubito. Utinam complures ad hoc sanctum opus sua pietate prouocet, incendar, atq[ue] inflammet! Utinam tandem eatur obniam hosti; ne ultragrassetur in Christianos; lanietq[ue] ac dissipet, & in nihilum redigat onile CHRISTI! Forsan Deus seruat IMPERATORI hanc landom; ac omnibus, qui ad tantum, tam pius opus exequendum, suas vires conseruent; nimurum ad propulsandum Turcum a ceruicibus Christianorum. Si Rex Francie negat opem, aut ad hanc rem mulio sanctissimam perficiendam, subsidium: saltē non sit impedimento: & vel hac modestia primum a DEO, ab hominibus landom promerebitur. Perfecta est optimā voluntas Regis FERDINANDI, tot iam annos maximos labores, sumus & pericula pro Reipub. Christiana sustinentis. Credibile est etiam, domesticas discordias Germania non futuras impedimento: Si Casarea Maiestas suspen-

sis con-

sis controversys ad aliquam legitimam cognitionem, concedat partibus pacem, vel ad tempus aliquod. Nam & proprium periculum, quod impendet à Turcis, & alia multa impedimenta retinent eos, ne moneant ulli intestina bella. Quod si IMPERATO R conspirantem bonorum Principum voluntatem offendet; & banc tum necessariam, tum piam expeditionem parabit: prudendum erit, ut id sit certum, ac cum constantia quadam ac fide bona agatur: ne posthac relinquantur in periculo, qui eos adiuuerint: quiq; viciniores fuerint: ut Venetis contigit bis: nec non Vladislao Vngariae & Polonia Regi, ad persuasionem Pontificis Eugenij suscipientis bellam. Nunquam patuit Christianis facilior aditus ad eum inuadendum, quam hoc tempore: quo penetralia Christianarum ditionum est ingressus: Non erit per asperos difficilesq; montes querendus: non per longè diffusa pecule saq; maria insectandus: Sed iam est in visceribus Christianitatis. Nunquam hominum memoria potuit facilius, & cum minore periculo, quam nunc debellari. Quando autem tam sanctum opus, iustitia, pium, & necessarium est aggrediendum? Neque enim sine extremo malo omitti potest. Est hic hostis inuadens, an sequam in Hungaria possessionem correboret, pedemq; figat. Difficile enim posthac ejici posset. Hungaria enim est prouincia fortissima: validissimis oppidis, & arcibus, ac pluribus castris mirabiliter munita: Danubij flavi infinita commoditate prouisa: Est proecto Hungaria propugnaculum Christiani orbis. Inde nisi in tempore occuratur, huius barbari hostis furore amissis copijs, reliqua florentissime nationes longè lateq; direptione, incendijs, deformare ac denastari possunt; multo etiam, quam olim ab Attila, crudelius & immanius. Videmus enim & olim Romanis imperatoribus maxima cura fuisse Pannonias, tanquam medium locum Europæ, & cor Imperij. Inde parer aditus in Italiam, Germaniam, Poloniam: & ab altera parte in Illyricum, & Turciam, & totum orientem, nec ad Eupam

reparam occupandam villa sedes oportunior est. Magnitudo rei quam cautionem & prouisionem requirat ipsa me tacente per se loquitur. Si in ista preuincia (quod DEV s prohibeat) dominium suum firmauerit, difficulter extirpabitur. Quod si barbarus ad inducias aliquas se demitteret: non est existimandum, eas diuiniores fore: quam quo ad ille voluerit. Nec diuinis sane volet, donec in solo Hungaria firmum pedem fixerit. Nemo debet ambigere, nisi prorsus alienus à Christiana fide: quin collata fiducia in DEV M, Turcam possimus propulsare, ac etiam delere. DEV s non solet pro fide sua pugnantes deserere; si id bona fide egerint. Nec timenda est eorum multitudo: quæ magna ex parte imbellis est & inexoris. Qui velint animum ad hoc institutum intendere: possunt animaduertere, non multitudine eos vincere; sed præcipuo adiumento eos uti ad victoriam, dissensione Christianorum. Multa sane exempla adduci possunt, quod Turcius ferè nibil obtinuerit: quin semper innixus hac vel illa inter Principes Christianos discordia: quibus inter se digladiantibus pro hoc aut illo loco (ut nunc in Hungaria factum est) cum magna prærogativa sua fortune, nos adortus est. Hæc sunt, quæ Dux TARNOVIUS, non minori doctrina, quam eximia prudentia insignis, de Principum discordia disseruit: ad quæ me aliquid affingere vel adsuere de meo, & ipsius dignitas vetat; & mea mea existimatio prohibet: ac ipse pudor non sinit. De his, quibus Turci Christianis superiores sunt; de cibis officio Imperatoris belli prouinciam suscepturni, in hunc modum verba fecit. Et si multa sunt, que aduertere animum Ducem huius expeditionis deceat: quorum singula persequi non est necessarium: hoc in postremus ponendum non est, diligenter expendere, quibus Turci Christianis praestent. Videmus autem illos uti in primis precopioso equitatu, Christianos peditatu: quod non arbitror magno commodo nobis

cedere. Nam certum & exploratum habetur, Turcos a pedisib[us] nostris qui paucos aut nullos habent equites, detimento affici non posse. Praterea hoc incommodi accedit; quod equites nequeant Turcos profligare separatis istis leuioribus prel[ib]is. Ita illis relinquuntur facultas, quaqua versus, sine ullo obstaculo, liberè depopulandi ac deuastandi. Deinde multum contranos facit, quod Turcus habet gentem unius subiectionis atq[ue] obedientia: apud nostros longe diuersum. In Christiano quisque exercitu diversa militans nationes, diuersorum inter se animorum. Una natio aliena odit; ut nonnunquam acciderit, tantam in uno exercitu discordiam, atq[ue] dissidium orium, ut vix (quod valde detestandum est) a mutua cede sibi temperarint. Quid dicam de duabus; & praefectis ordinum, ex variis nationibus conflatis: quam crebra inter illos, non modo rixa & altercationes, sed noxia & diffensiones: dum unus alteri non concordat, ac non modo non facit, sed aperie inuidet. Hinc efficiuntur, ut si iustus aliquis exercitus cogatur, discordia tamen huiusmodi facile dilabatur ac dissipetur. Nunc quanta vis atq[ue] facultas Turcorum Cesari in thesauro posita est; quem in sua manu ac potestate obtinet; cumq[ue] erogat pro arbitrio & necessitate; ut illi melius & consultius videtur. Contra vero habent necesse Christiani, si velint resistere, ex diuersis loculis deponere: atq[ue] omnino contribuere necesse est: quod ipsum tamen per exiguum est: neque eo numerosus exercitus ali, aut certe diu sustentari potest. Inde insignis ille error sequitur; sape conducti militem, cum minimis tempusq[ue] postulat, maxime autem necessario tempore desiderari. Videmus Turcas in oppugnandis ciuitatibus & castris abundare numero operiorum ad fossas ducas, & vineas agendas, aliaq[ue] onera subeunda: Christianis vero magna ex parte deesse, aut pauciores omnino esse, quam necessitas depositat. Illud hand scio, an primas teneat in rebus feliciter gerendis: occulta hostis habet sua consilia: apud Christianos nostra

passim

passim vulgari ac dispergi pingendo & scribendo , antequam
 ad rem veniatur , non leuis error est : unde hostis non mo-
 do edoceri commode nostra consilia ; sed iure summis in ex-
 ploratores parcere potest . Quanquam interim ille abundat
 pessimis hominibus , qui se a religione nostra abdicarunt ;
 etiam Iudais ; quorum impigra , in nostris rebus speculandis
 uititur opera , eaq; non ignava . Principes vero Christiani
 vix ullam impensam in exploratores faciunt ; rem adeo ne-
 cessariam : ut talium beneficio res maximas perici posse , ne-
 mo paulo peritior neget . In praesenti vero summa commodi-
 tas istarum rerum ad minime est : parvo sumtu , tum nullo pen-
 negotio , in vicinis locis , & quasi domi nostra , ne procul sint ,
 incerta sepe redditus , alegandi . Quid iam de victu Turcorum
 dicemus ? Illi non alio cibo , neq; potu truntur in castris , quam
 domi : atq; eas ob reu non incident in agitudines istas ; qui-
 bus Christiani plerumq; sunt obnoxii . In exercitu enim Chri-
 stiano , quamprimum milites aquam continuo potant ; pecudum
 recens excoriatarum carnes adhuc tepidas , aut fructus auidi-
 us vorant : quo sepe impellit lauitiarum inopia : mox febri-
 bus , dissenteria , atq; alijs morbis corripiuntur : Turci vero
 hic victimus familiaris est & quotidianus . Quibus rebus o-
 mnibus superius à me commemoratis , ut obniam catur &
 prospiciatur : hoc , quo sequuntur , ab Imperatore , aut eius
 vicario vel substituto , aut primario belli duce , curari & pro-
 uideri conuenit . Princípio ut belli nervus talis congregetur ; qui
 stipendio militibus dando (de quorum numero mox agemus)
 ad biennium sufficiat : deductis interim singulis annis trimestri
 stipendio : ut paulo infra ostendemus : ne defectus stipendijs , hac ra-
 zione paradi nervi posthabita , memorabiles occasiones remorerur ,
 impediat , aut perimat . Nam cum his rebus in tempore minus
 prospectum est ; emendicanda laboriose venit pecunia : & à mul-
 sis agre præstatur : ac vix unquam opportune apportatur . Et

hoc pacto exercitus aut serius conflatur : aut citius dimittitur , quam expeditat : ac cum opera (quod aiunt ,) & impensa perdita est : hosti animus crescit . Summ opere prestandum est duci belli : ut persuadeat ac annitatur ; ut quacunq; in exercitu fuerint nationes , earundem sint voluntatum , & similium studiorum : procul exterminatis odys , tumulis , factionibus , verissimis pestibus clarissimorum exercituum , atq; adeo rerum in omni administratione maximarum . Preterea cauendum , ne indies in socios pradas atq; rapinas exerceant : quod pessimo exemplo nonnunquam contigit . Quia insolentia non modo hominum odia in se concitant : sed & DEI OPT . MAX . maiestas gravissime offenditur . Meminisse consentaneum est , eos qui bello interfuturi sunt : se non ad diuersa opera , sed omnes in unum maxime , idq; maxime pium & Christianum conuenisse : nimiram ut sempiternum hostem omnium nationum & Christiani maxime nominis propulsent , fidemq; sanctam defendant . Ita danda est opera , ne una natio alteri sit infesta atq; infensa : & quamdiu stipendia simul faciunt , se mutuo fraterna benevolentia atq; amore complectantur : nec aliud querant ex hoc : quam gloriam DEI , & honorem , & gloriam ; que vliro & sponte praetara gesta comitatur . Ducum belli , Tribunorum militarium , & Centurionum munus est : ne alius in alium hostili aut inimico sit animo . Quod quisq; intelligit ac prouidet , liberè in medium proferat atq; consulat : benignè quisq; alium audiat : nemo alterum dicta aut facta impediat ; quae ad utilitatem aliquam rei bene gerenda faciunt . Quilibet enim persuasum habeat ; ubires prosperè gesta fuerit : omnes participes & socios ex aquo praetari facti , & parta gloria futuros . Quo autem à me adducta concordia & consensio animorum , inter tot dispersas nationes , lingua & moribus discrepantes , coeat : necesse est , ut aut IMPERATOR CAROLVS , aut Rex aliquis , vel loco sui vicarius , summam belli administret (nec aliter res succedent) quem externæ nationes ament , renewantur .

reantur, obseruent; atq^z exactissima obedientia celant. Ipse
 etiam præstantum curet, severitate disciplina militaris, &
 delictorum panis sine exceptione aut respectu infligendis. Hæc una
 vel adeo sola mihi videatur ratio, tollendi huicmodi dissensiones:
 si omnes subsint uni capiti, ac unius Imperio obtemperent. Nec
 par est, ad tantam belli molem præstandam, aliam rationem inire.
 Nam si quis inferior conditione homo imperio preficeretur: non
 aut Rex, aut Dux sine Princeps fuerit, (cū rara Regum per-
 sonas sint, & iure omnibus, tanquam numina veneranda) non
 deessent, qui verecundia impedirentur talibus subesse, aut se sub-
 mittere: quem, tantum abest, ut timerent; aut honorem, aut tri-
 umphum illi fauerent: ut ne obsecundare quidem illi, aut morem
 gerere vlla in re vellent. Quo stath^r rerum nihil perduci ad lau-
 datum exitum potest: nec natio nationi vlo modo studebit, aut
 ex animo cupiet. Multa mihi dicenda essent de correctione disci-
 plinae militaris: sed quia ea res à multis est animaduersa, brevi-
 or sum. Hoc quidem in primis graui pana sanciri vellem: ne quis
 sacrosanctum DEI nomen flagitiosè proscinderet: & prater in-
 commodum luxum, tantam quoq^z collusione scortorum secum
 perirahendi, illaudatum morem posthaberent: Vnde non modo
 commœthi perniciēs, sed dedecus quoddam, ac infamis dissolutio
 nascitur. Commoneat eos indignissima vox cuiusdam Bassæ;
 qui in superioribus pralys in expugnatis castris Germanorum, in-
 tuitus copias meretricum, dicebat iratus: se adductum, non ad
 oppugnanda castra militum, sed Luparum. Quisquis itaq^z Re-
 gum hoc onus ac prouinciam administrande, atq^z moderande hu-
 ius gubernationis suscipiet: is, cū se mortalem genitum esse sci-
 at, si foris in tam memorabili ac Christiana occupatione mor-
 tem oppetet: nullum desiderium de se clarus, nullam famam ce-
 lebriorem, nullam gloriam deniq^z magis perennem relinquere o-
 ptimo iure potest. Hæc ihsdem ferè verbis pertracta=
 uit vir peritissimus; grauitate quidem alia, sed mihi

inimitabili ; nusquam tamen ab eius sententia discessi. Nullam ego h̄ic laudem eloquentiæ , aut gloriolam industriæ aucupor : modò candoris mei & fidei ratio Maiest. Tuæ constare possit. Sed nunc illum ipsum de numero militum ad hoc bellum necessario, audiamus, & de ratione superandi hostes.

Reliquum est , ut dicam (est enim hoc summeperè necessarium) quanto numero militum animosè cum hoste configi , & conserti manus possint. Interim illud obseruari precipiendum , ut supplementa semper in tempore mittantur. Accidit enim , nunc morbis , nunc parvulis pralij sapè etiam fuga , milites absumi , aut desiderari. Exercitus erit , Equitum leuis armature $XXXII.$ millium ; granis armature $VI.$ millium : Pedirum $XXXII.$ millium : Fosorum duo milia. Adhuc bombardarum , quanta parari potest copia , de qua re nihil praescribo . Nam Duces rei bellicæ perii si facile indicare possunt ; quali apparatu , & quanto numero ad talē exercitum sit opus. Sed cūm ad talē exercitum multa impensa sumtuosè sit opus (non quod aut fieri , aut perfici nequeat : imo spes certa & fiducia mibi est in Deo , his copijs impigre & gnatuer illi resisti posse : ad vires Imperatoris & Germanie accedent Bohemi , Moravi , Silesia , ac pars Hungaria ; quorum adiunctione hunc numerum compleri facile posse existimo) qui cum potestate in expeditione furnitus est : si qua fieri poterit ; ut stipendium minuatur , cureret. Haud equum est , quemquam terreri multitudine hostium ; sed etiam alia consideranda sunt : num hostis in omnibus superior sit ? Omnia vero fortuna potestati concedere , esset non modo male multande stultitia ; sed extrema cuiusdam ac exitiosæ dementia . Hoc porro diligenter , & accurate considerandum ; quo hostis antecellat , quoniam rursus nobis sit inferior. Quanquam Turci sim copijs numerosiores : graia tamen & ope Dei , bellicosiores sunt Christiani , & armis melius instructi : & equos habent in congressu robustiores , &

res, & valentiores, suntq; equites omnes hastati: Turci non
 omnes hastis utuntur; suntq; plerique inermes. In Turcorum ex-
 erciu, multi sunt servi (quos Sclavos vulgo vocamus) multi
 illiberi homines, diuersarum nationum: qui in bello non solent es-
 se constantes. Quod autem in hostili exercitu constanter manent;
 id minimè mirandum est ab illis fieri. Vident Christianos negli-
 genti ordine, ac prauo regimine, & corrupta disciplina res suas
 constituere: fortunam Turcarum optatis uti successibus. Non
 dubium est: si Christianorum fortunam viderent mutari; ani-
 mum & ipsi mutarent. Quis enim illiber potest constanter in
 pralio manere: cum peroptaret potius suum Dominum extingui;
 ut libertatem recuperaret. Ad institutum nostrum non parum
 facit; quod cum parvus sit exercitus noster; commeatius erit fa-
 cilior procuratio. Adhac in certam spem venio, Christianos in con-
 gressu fortiores fore. Si in angusto loco erit congregiendū, adinna-
 bit loci commoditas: Si in plano & spacio; profuerit maiorem in-
 modum, carris in orbem connexis pro vallo vii illis, quando res po-
 stulat, progredi, & castra metari. Postremò hoc nobis non pars nos
 animos addit, fiduciamq; confirmat: Turcorum Casarem non
 posse habere supra sexaginta millia. delectagentis: idq; ita esse
 experientia sumus edocti. Sed iam prater ipsas vires, & robur.
 quares externae sunt, nonnè fide in DEV M nos erigi decet, qui in-
 stos, & sperantes in se, nunquam non innare solet? Stat pro nobis
 Iustitia. Illi enim infirunt bellū: Christiani propulsant. Si viri su-
 mis, confortatos nos esse decet. Ipsa enim agunt pro dominatu, pro
 abitione, pro opinione illa insculpta illorū mentibus, sed etiam armis
 propagandam. Nos religiosius multo, provera fide; pro ipsa vita, &
 sanguine; pro liberis, uxore, parentibus, atq; omnibus deniq; fortunis
 nostris: ne vel hostili gladio ut ones sine protectione, pereamus:
 vel in fædam & crudelem seruitutem rapiamur. His supra com-
 memoratis, adiungenda & illaratio est: omnes qui in bello cū Im-
 perio aliquo furiis sunt; ipse autem supremus imperator in primis
 genus

genus belli dignoscere debent: ut cum quo hoste pugnandum sit; & quomodo se in conflictu gerant; suos sciant edocere, & quo pacto se habere debeant. Turci enim pugnant fugiendo: & quamvis videantur fugere in primo congressu, (simulaut enim & pulchre mentisuntur fugam) Duces deberent cauere, ne temere eos insequantur; sed prouide, & cum ordine: ne nostros palantes & dispersos naucti, circumdatos opprimant. In hoc quoq; non minimum momenti erit, immutanda esse multa in exercitu Christiano: utpote ordinationem, & dispositionem acierum. Nam, Christiani non alio ordine incedunt contra Turcum; quam inter se congregati consueuerunt. Quare summa cura prouidendum erit, ut perpendatur modus Turcorum in congressu: ad quem, accommodanda erit ratio instruendi Christianorum acies. Quae sane consideratio mibi non videtur in postremis collocanda. Tonus autem fortunae enentus pendet ab una victoria. Nam, Turcus non externis, sed suis copijs virtut: & quoq; ille proficiatur, eorum robur summum omne educit: quo semel profligato & prostrato, nunquam amplius cernices erigeret. Et sane vanus est ille terror; existimare, eum perpetuam habere fortunam: cum homo sit, non Deus: poteritq; profligari, deleri, vinci, & quidvis aliud. Quod si etiam iusta acie profligatus, aut superatus non fuerit: satis tamen victoria, & non parum gloria partum erit, si Hungaria ab illius Tyrannide vindicta fuerit: & Christianorum virtute compellatur, ad remotiores sedes retrocedere, atq; intra sui regni fines se continere. Non est in eius manu, ut annis continuis bella gerat: necesse est, cum gentibus a se longissime dissuis dare ostium, quietem, tempus. Ad hyemem possunt de stipendio maioris exercitus partis deduci tres menses; & fernari duntaxat aliquot millia equitum leniter armatorum: ne Turci vastent illa loca, per quae Christianorum exercitui faciendum est iter: quos equites, qui seruabuntur, lenibus pralys arcere poterunt.

Hæc TARNOVIUS magna ex parte his verbis, commemorauit; suam curam & solitudinem, quam animo circumfert de Repub. Christiana, sæpe magno cum gemitu significans: repetens omnes veteres, & nostræ temporis expeditiones suscepitas aduersus Tyrannidem Turcicæ; præcipue ab Hungarîs & Polonîs; quorum voluntatem & virtutem prædicabat. Horum armis diu reliquam Europam defensam esse dicebat: nunc vero cæteras nationes intellecturas: quanto sint in periculo; quasi nudata vallo & muro, amissa Hungaria. Sed hac se consolatione sustentari ostendebat, quod certum esset DEVVM non concessurum esse, ut penitus deleatur Christi nomen: Deinde, quod, cum Imperatoris CAROLI excellens sit virtus, auctoritas, pietas, felicitas: spes esset DEVVM eius consilijs adfuturum esse. Magnum etiam in Regis FERDINANDI diligentia & virtute: & in Diuorum fratrum concordia, & mutua pietate præsidium esse dicebat. Videtur & hoc singulari DEI clementia in hoc extremo periculo orbis terrarum prouisum esse; ut Imperij fastigium teneret CAROLVS IMPERATOR; non solum potentia, sed etiam autoritate & charitate multatum gentium, antecellens prioribus Imperatoribus. Multum enim momenti allatura est ad rem tantam coniunctio Italie, Hispaniae, Germaniae. Deniq; sæpe testabatur TARNOVIUS: senihil magis optare; quam ut Reipub. Christianæ operasua, consilio, studio, & amore, ac omnino qualicunq; ratione prodesse posset. Habes inquitissime IMPERATOR, Domine Clementissime, TARNOVIT Ducis fortissimi sententiam de bello gerendo:

gerendo: quam duxi significandam esse Maiest. Tuæ: ac oro, vt studium meum pro tua heroica clementia boni consulas. Non ambitione, non curiositate, ad hæc significanda incitatus sum; sed quadam pia consolatione, in hac tanta trepidatione publica, ac obseruantia debita Maiest. Tuæ. Quam, precor, vt D E V S Pater cœlestis, verus exercituum Dux & Dominus, ad propugnandam Filij sui gloriam, ad tuendam, & propagandam Christianam salutem, cum sempiterna nominis tui gloria quam diutissimè, pro eius merito, seruet in columem. Datum Cracoviæ XIV. Cal. Octob. M. D. XLII.

AUGERII BVSBEQVII LEGATI CAESAREI AD Suleimanum Turcarum Tyrannum

EXCLAMATIO SIVE DE RE MILITARI CONTRA Turcam instituenda Con- silium.



APRIS à Cyro, Persarum Rege, Sardibus; cum ea urbs diriperetur, multaq; passim cades fieret: memoria proditum est, unum de Cyri militibus in ipsius Lydorum regis Crassi cubiculum penetrasse; ignarusq; quis esset, stricto gladio, mortem ei afferre voluisse: qua recom-

re commotum puerum Crassi filium, qui aderat, ad id tempus manum & clinguem; solito dereum lingue impedimento clamorem sustulisse: eaq; primum verba protulisse, quibus militiem ab occidendo rege deterret: ita pietatem in patrem & periculi magnitudinem sermonis potentem fecisse cum, cui usum eius ad id tempus natura negauisset. Atq; haud scio an mihi, quanquam in re dissimili, simile quiddam usu veniat: ut quem pietas dicendi rudem & imperium, & qui publice verbum nullum umquam fecerim, diutius mutum esse non patiatur: sed in grauissimo patriæ discrimine vociferari & exclamare cogat, non ut hostem eius ingulo ferrum intentantem deterream (neg; enim id eius immanitas patitur) sed ut eam moneam ut sibi caueat: & simul ciues meos commonefaciam, ut dum tempus est, ei operam ferant; & saluti eius consulant. Nam (Dij vestram fidem!) quid hoc, malum, infelicitatis? qua hac miseria est? Sanissimus hostis Turca innumeris penè gentibus denictis per tot regnum regnorumq; stragem atq; cadasuera ad nos iter sibi patefecit; patriæ nostræ iugulo mucronem admonet: neq; tamen commouemur, aut salutis eius consilium. In urbe si quod ortum est incendium; nemo est qui non relictis rebus ad restinguendum concurrat; qui non pro viribus opera ferre conetur. At nos qui patriæ ciues amantes haberi votumus, in tanto eius periculo, ociosos duntaxat & inertes spectatores nos prabemus; nec eius aspectus turpissime deformans: non sacra, non religio mox abiuranda: non coniugum & liberorum tacita voces, ne se in fœdissimam servitutem abripptati amur, deprecantur, commovent. Ignauissimum quodq; animal, ubi prolem periclitari sentit, nulla vi retinetur; per ferrum & flammatum opiculatum ruit. Contra nos viri fortes, posteritatem nostram, nefarijs hostibus, ad omnem iniuriā & turpitudinē, ope nostra destitutam, prodemus? Nam quare aliqua nobis spes, quod columē, quod praesidium? num in eius hostis bonitate atq; clementia spei aliquid reponemus: qui postquam ex suis latebris

erupit, hamani sanguinis riuus fluere nunquam destitit? an in eius equitate & moderatione? qui pacem, qui foedera, nunquam pili fecit; apud quem nulla valent communes reliquarum genium leges; quem nullus pudor, nulla honesti ratio continet; qui fidem, qui iusfirandum homini Christiano datum, violare, ubi rationibus suis conductit; non modo nullum nefas, verum etiam pium & sanctum putat: quem in nos profana stimulat religio: armat maiorum emulatio, regnique propagandi cupiditas: rapit denique sacra & inexplebilis bonorum nostrorum sitis. Nam tota quidem nos erramus via, si aut patientiam nostram, aut iniuriarum obliuionem, vel tantillum ad securitatem nostram proficiri audeamus. Quoniam nos modestiores, quo pacis atque pactorum, quoque aequi & boni observantiores ostenderimus; eodem magis in nos eius hostis insolentiam provocabimus: qui haec omnia non virtuti, non bonitati nostra refert accepta; sed timiditati, sed ignorantia, sed desperationi rerum nostrarum imputat. In hoste non est quod spem ullam collecemos, in nobis si nulla est: neque sanè restat aliud, quam ut i solent homines iudicium sententia morti adicti; ut placide ad supremum casum nos componamus; & tanquam clavis oculis ferrum in præcordia recipiamus: nisi forte vires aut fortunam ei defuturam putemus; quem ex ignotissimo, tot Victoria tanta terra quam mari, brevissimo temporis spatio parta, tantoperè nobilitarunt: quo velut igne à paruis initijs orto, omnos iam ferè totius orbis terrarum partes conflagrarent: quem bellis fracti reformidant Orientis populi, Assiriy, Persæ, atque Armeniy: cuius vim atque arma ipsi quoque Scythæ sapientiam senserunt, & qui suis ex altera parte caloribus tui esse poterant, Aethiopes. nam de nostra Europa quid dicam? captum vidimus Belgradum: obsessam Viennam: & prædas Linzio usque hostiliter abactas. Tantos progressus ad nostram perniciem, prater alias victorias, unus Suleimannus facere potuit. Nostrorum regum est, proterre cespite, ab stirpe ultima ad seros usque nepotes inter se bella continuare:

tinuare: Othomannorum singuli (utinam ne tam verè, quam
 dolenter dicam) suis victorijs regna regnis semper accumula-
 runt: ita ut quicquid olim florentissima nationes imperijs suis
 complexæ sunt Assyrj, Persæ, Macedones, Romani; solum iam sua
 ditione continuasse videantur. Et nescimus adhuc quo versemur
 in periculo? quod mare, qui montes, que solitudines, aut qui po-
 puli in medio relictæ, quorum presidio nos ab horum iniuria tutos
 fore speremus? amissa, prostrata omnia: hærent in cernis-
 cibus nostris, quos procul perhorrescere debebamus: patriæ san-
 guine ag, ultimo spiritu litandum est hosti cruentissimo. Nam ne
 id quidem solatum relinquitur, quod ferè solet in gravissimis mor-
 talium cladibus: ut cum bona spe simus, hac mala non fore diuturna.
 Sæpe quidem Barbara nationes, multis prouincijs, tanquam
 subita aliqua procella, granem calamitatem intulerunt: sic Go-
 thi, Vandali, Alani, Hunni, Tartari multas regiones inunda-
 runt, magnisq; cladibus affecerunt: que tamen eo tolerabiliores
 videri potuerunt, quod certas spes perpetuas non fore relinquuntur.
 Itaq; postquam illa voluti tempestas præterierat: que afflita imo
 pene deleta videbantur, mox recreata renirescebant. Sed hic ho-
 stis ea est vigilancia; eam seruat disciplinam: ea utitur in conser-
 uandis ijs que sibi adiunxit ratione: ita regnat ac dominatur:
 ut ubi semel vestigium fixerit, inde se moveri nunquam patia-
 tur: nunquam se attollat seges, quam semel illa calamitas de-
 presserit: adeoq; difficile dictu videtur, si ne in acquirendo acri-
 or, an in tuendo, que acquisierit, firmior atq; validior. Tanto i-
 gitur in periculo positi, cur non consulimus in medium? cur non
 molimur? cur non omnia tentamus? cur stupet in nobis ingeniosa
 illa necessitas admirabilium effectrix operum? Feras equidem vi-
 demus extremo casu deprehensas, quam multa prosua libertate
 fortiter conentur; nihil non andeant; omnia in periclis entur; si quam
 forte evadendi viam inuenire possit: negat ante cesserit: quam
 via nuna cum sanguine profundant. Sed hic fortasse, dicit aliquis:

Quid est ergo tui consilius? nam praesentem rerum statum deplo-
rare, de periculo atq; imminentibus malis declamare, cuius fa-
cile est: remedio est opus: id exquiritur: de eo dic si quid habes.
Dicam, & quidem paucis. Armis opus est: opus est armis:
contra vim atq; arma sine armis fieri nihil recte potest; horum
præsidio salus patrie munienda: aut nobis omnibus ad unum pe-
neundum: nullum hoc verius oraculum. Sed Di meliora! arma
capessamus pacem; qua quidem non inimicis terræ visceribus abdi-
ta latent (& si laterent, magna quavis molitione cruenta essent)
neg; aliunde procul ex ultimis terris arcissenda: sed sunt parata:
sunt in promptu: sunt, si velim, in manibus: nascuntur etiam
nunquid nos viri: est copiosa iuuentus; bello apta; pro patria,
pro aris & focis sanguinem fundere parata. non equi, non ferrum,
non aurum, non opes, non machina tormenta, non reliqui ad
bellum apparatus desunt. Omnia quacunq; ad rei magnas & susci-
piendas, & consciendas requiruntur, nobis larga manus suppedita-
uit diuina benignitas: modo ne sumere recusemus. Voluntas, in-
quam, nostra & manus tantum desiderantur: quas mature ad-
moueamus, dum inste adhuc vires supersunt; antequam debili-
tata ruant omnia; alioqui sero & nequicquam consilia preter-
missa respectabimus; nobisq; idem enet, quod agrotis: qui dum
tempus est, & vires sunt integrae, ad medicinæ mentionem nau-
sciant: neg; possunt illa ratione adduci ut salutibus in tempore
potionibus utantur: sed ubi oportunitas præterit; morbusq; adeo
inualuit, ut debilitatis viribus medicamento non sit locus: fru-
stra medici fidem, neglecta q; remedia requirant. Quorum exem-
plu nobis canere debemus; & antequam pluribus illatis vulneri-
bus hostis planè consiciat: dum plaga nulla lethalis est: dum non
dum omnis profluxit sanguis: remedium in tempore adhibere, hoc
est, arma expedire, totosq; nos ad defensionem comparare. Quæ
meditantes atq; agentes, Deo ritè supplicabimus; cumq; preces
nostras laud amersaturum merito sperare poserimus. Quod se

per

per simulationem pietatis, inertiae nostrae velificari volemus: & male quæsito compendio à D E o sine opera, sine studio, sine labore nostro, impenderibus malis opem solis precibus impetrare: ne ille iniusta petitioni nostra se hanc facile aquum prebebit. Ipsa in primis nostro fungamur officio: & partes diligentia, constan-
tia, virtutis & fortitudinis, in hunc potissimum usum ab eo
nobis datas, impleamus. Nisi aret, serat, ac metat agricola,
frustra à D E o copiosam messem postuleret. Certum in istis
rebus inferioribus ordinem statuit D E V S ; quem haud temere
neglectum vult: labores, diligentia, assiduitati, solertia, vir-
tuti multa præmia proposuit: qua negavit inertia. Vis scire litteras,
Musicam, Astronomiam, Mathemata? disce, la-
bora, neruos conende: hac ocioso tibi nullum inspirabit numen:
per eam viam, easq; gradus, quos D E V S posuit, tibi perse-
quenda sunt: instrumenta ad ea consequenda, modo tibi ne de-
sis, largitus est; ea adhibe, ijs utere: dabit ille benedictionem,
& incrementum. Vis: ueri patriam, hostem profligare, po-
tiri victoria? non hoc consequeris sedens, non iners, non otio-
sus: insurgendum est; arma capienda, tractanda, adhiben-
da exercitatio: Assuendum est labori, Soli, pueri, sit atq;
inedie. His armatus atq; instructus, diuinam opem implora:
atq; ita bone spei plenus, procede in aciem: munere tuo funetus
es: ijs instrumentis, qua tibi Deus dedit rite usus es; seruasti
eius ordinem; neq; postulas ab eo leges contempsti; rei exiūm pijs
precibus, vitaq; integritate eius clementia & bonitali commenda.
Non est nostri arbitrii, neq; facultatis victoria; sed Dei solius be-
neficio contingit: cuius tamen non legitime neq; ordine petentem
haud sepe compotem fieri videmus: & si secus quandoq; sicut
(quod sane fit rarissime) id tribuendum est miraculo. At nos D E-
V M tentare non debemus, neq; temere quicquam conari. Nec
male, meo quidem iudicio, Cato apud Salustium, Senatum
adhortatus, ut contra Catilinam arma capiat, his verbis utitur

Scilicet:

Scilicet res aspera est: sed vos non timetis eam. imò vero maximè, sed inertia & mollitia animi, alius aliū expectantes, cunctamini: videlicet Dijs immortali- bus confisi: qui hanc rempubl. sæpè in maximis periculis seruauere. Non votis neçp supplicijs militiebribus auxilia Deorum parantur: vigilando, agendo, bene consulendo, prosperè omnia cedunt: ubi socordiæ te atq; ignauiae tradideris, nequicquam Deos implores; irati, infestiq; sunt. Nos ergo, quod est partium nostrarum, exsequamur; eodemq; tempore non iniustis precibus diuinam opem atq; misericordiam impluremus, armati, in castris, in opere atq; negotio. Sed oscurrerit mihi à bonis atq; prudentibus viris; istam publicæ calamitati mendicare rationem, aliquoties tentata m, minus feliciter evenisse; nosq; quoties ad arma & manus cum Turcis ventum sit, inferiores discessisse. Audio: neg, nihil est quod dicitur: atq; eo ut veniremus, hac fere mihi crat instituta oratio. Armis (inquis) contra Turcam hactenus parum proscimus: esto, sed quibus tandem armis? hoc nos expendere, & in eo aliquantum morari est opera precium. Cum Turcæ fines nostros infestaret; aut cuna numeroso exercitu ad nos ascendere nuntiaretur; dedimus operam, ut nos quoq; copias cogeremus, sed quas copias? quem militem coegerimus? num veteranum? num cum, cuius virtutem mulier iam ante documentis cognitam habebamus? quo vincere conserueramus? non opinior, sed potius huic dissimilimum. Pulsata longè lateq; tympana: ad eorum strepitum connuenerè lucelli spe, quibus visum est: tertius fortasse quisq; qui loricam aut thoracem numquam induerat; nec hostem vel à belli limine salutarat, reliqui quales? homines luxur perditi, decoltore, ganeones, aletores, obserari, exsules, atq; his similes (paucis exceptis) fere reliqui: quos eo perduxit non patriæ caritas; non aquitas causse: non religionis studium; non amor exercenda virtutis; sed ebris:

tatis, aleæ, rapinarum, sacrilegiorum, & superrum, & (ut uno verbo dicam) scelerum & flagitorum omnium impunitas atq; licentia. Cum huiusmodi turba nullo delectu collecta, vel potius cū fecerit perditionem hominum Deo pariter atq; hominib. iniurorum, contra tantum hostem, sacrum videlicet auspiciatur bellum. Itaq; non tam militum conuentus, quam Bacchanalia, nostra castra videri possunt : ubi luxuria, corruptelis, libidine, impietas, crapula, tumulus, rixis, atq; cædibus strepunt, & permiscuntur omnia. Hic tamen tam bellus miles, magnis impendijs, procul est è suis sedibus excitandus : magnaq; cum iactura temporis, ubi etiam res summam celeritatem exigit, perducendus. Fortem & assuetum laboribus Hannibal's militem, Campania luxus & deliciae fregerunt : nobis nulla opus' est Campania; imbellis, eneruati, perditii, in castra venimus. Itaq; si hostis desit, mora paucorum mensum, aut Canicula fennor, aut primorum frigorum morsus, quantumvis magnas copias nostras mactant & ingulant, & nos miramur, cum hoc tali milite, nihil nobis contra exercitatiissimum hostem procedere? si quas priuatim paulo periculosiores similitates gerimus; aut per loca latrocinijs infesta, nobis faciendum sit iter; non temere, nisi spectatissimis comitibus, corporis nostri custodiam committimus: sed nec si gravioris quam negotij incidit, id nisi hominibus experientibus & peritis mandare solemus: Hic ubi tanta res, communisq; omnium salus agitur, tam sumus negligentes, ut copias non modo non idoneas, sed iam penè profligatas, antequam in aciem producantur, hosti tot victorijs claro obycere non vereamur. Reuertor itaq; eo, quod initio dixi; aut idoneorum armorum praesidio publicam incolumitatem tuendam; aut nullam rem relinqui, que nos ab uniuerso exercio vindicare possit. Quem igitur militem requiro? Nostrum in primis; in nostris sedibus natam; de nostris popularibus dilectum. Nam cùm in rebus bellicis plurimum valeat celeritas; eaq; vel maxime, contra Turcam hostem expeditissimum,

necessaria sit; milite opus est eo, qui non procul arcessendus
 dinq^z exspectandus sit; sed sit in promptu & tanquam ad manum.
 semperq^z nostra potestatis. Atq^z hunc non temere, neg^z casu ob-
 latum, sed percensit is omnibus, qui arma ferre possunt, magno
 iudicio delectum. In quo maxime caendum, ne is eligatur, qui
 molliori cultui atq^z victui assuenerit: aut quem prava educatio
 vitiis inficerit; aut fregerit otium; ne vecors, ne insanus, ne con-
 tumax, ne turbulentus, ne seditionis: sed sit adhuc a deliciis in-
 teger; aptius tolerando labori, & cum bono corporis habitu: tum
 vero qui simplicitatem animiq^z magnitudinem quandam tota
 vultu atq^z omnibus oris lineamentis praese ferat ac spiret. Qua de
 causa, arti alicui laboriosa, quam sedentaria, assuetum; rusti-
 cum quam urbanum; in mente quam in planicie, in re tenui,
 quam in mediis dinitiis natum malum. Hunc ita electum mili-
 taribus preceptis armorumq^z scientia erudiri velim. Arma ut
 hastam vibrare & versare; gladio item, & minore bombarda
 scienter uti: fernare ordinem: & sub armis ad mulum spacium
 decurrere consuecat: veram laudem appetere: flagitium peius
 letho odisse: pietatem colere, & ab omni in DEV M verborum
 contumelia sibi temperare discat: idem dicto audiens sit suo da-
 ci: eiusq^z animaduersionem patienter admittat: in hostem ferox,
 in eommilitonem lenis & iractabilis: virtus parsimonia, neg^z
 erupula, neg^z ebrietatis suspicionei locum relinquat: postremo suo
 stipendio sit contentus: atq^z ab omni prada, praterquam concessa,
 se abstineat. Huinmodi disciplina informari militem oportere
 dico, qui contra tantum hostem possit consistere: neg^z tamen cum
 statim in aciem produci: aut de summa rerum tyronem cum ve-
 terano velim decernere: sed in statim prasidisue eura collocari:
 & excursionibus lenioribusq^z praliis paullatim in belli consuetu-
 dinem venire. Quarationi vulnus pati, hostis conspectum fer-
 re & timorem, q: en omnis nouitas affere solet, sensim deponere
 consuecat. Hoc ita instituto & confirmato, non conuenienter

gradum

gradum ad spem melioris fortunae factum affirmare audebo. Quare in eo vel potissima laboris & cura pars ponenda: ut homines armorum & rei militaris peritissimi conquerantur; à quibus ijs, quos dico, tyrones, veris & germanis discipline militaris praeceptis formentur. Hos summa virtute, continentia & sobrietate pradi-
tos, nullis anaritia sordibus contaminatos regniro; ut non modo
hanc sobolem, in communis salutis spem succrescentem arte mili-
tari imbuant: verum etiam vita & integritas exemplo ad omnē
virtutem erudiant: ut j̄ eorum fidei hic noster exercitus, cūm e-
um in hostem tempus evocabit, recte committi possit. Quibus sa-
nè dñcibus periculum non erit; ne falsum militum numerum refi-
rentibus, publicum fraudes erariorum: ex quo communium pra-
fectorum scelere, hodie fieri videmus: ut quantumvis ample re-
gunt opes alendo paulo diutius exercitui non sufficient: & sapen-
nero, ubi acie configendum sit, magnum adcarur periculum;
dum imperatores ea ducum relatione decepti; se copias numero-
siores habere quam res sit, credunt. Sed antequam longius pro-
grediar: hic locus postulare videtur: ut quorundam bonorum
virorum sententia respondeam; quorum cūm omnis intelligentia
eius seculi atq; regionis, in qua nati sunt, finibus circumscri-
batur, neḡ longius sit enagata; hac dici vehementer admiran-
tur, eaj̄ ut noua & inusitata, queq; in effectum perduci ne-
queant, rei sciunt. Nostri, inquiunt, maiores eo milite, eaq;
quanos utimur, rei militaris ratione contenti, præclare mul-
ta gesserunt. Fator, sed gesserunt aduersis eos, qui in eadem
prauitate, istemq; vitiis versabantur. Fuit ex hac parte exer-
citus inexercitus, collecticus, externus, imbecillus, discipli-
na expers: fuit & ex altera fraḡ inter pares neḡ vicia valde
eminebant: & parvo sep̄ cum discrimine discedebatur. Vi si
duo mutili, duo caecis, duo claudi concurrant; haud magnopere in
altero membrorum integratatem requiras. At si cum manco inte-
grum, cum caeco videntem, cum clando rectum committas; mox

conditionis inegalitas apparebit. Nobis inter nos, cum vici-
nis & penè popularibus nostris, errare licuit, ut libuit; paria e-
nim, ut dixi, vitia non magnum inter utrosq; discrimen consti-
tuebant. Sed nunc alia res est. Etenim negotium est nobis cum
Turca; hoste vigilanti, industrio, sobrio, exercitato, labore as-
sueto, rei militaris scientissimo, discipline obseruantissimo. Qua-
ris, quid ista valeant? à finibus Persia ad Viennam usq; mania
omnia denicit. Quid nostra arma cum hoc collata possint, uti-
nam ignorare nobis liceat; neq; quotidiana clades tanto nobis do-
cumento sint, & dubitamus adhuc, utrum vitia nostra emende-
mus potius quam defendamus? At sunt noua, sunt inusitata, qua
proponimus. Nimirum quia nouus & peregrinus hostis; cuius
vis & usus armorum nihil vulgare, nihil commune, nihil remis-
sum patitur. Fuerunt quondam sudor Anglicus, & lues Gallica,
morbi peregrini & incogniti: quos cùm medici longè lateq; va-
gantes, usitatis & communibus medicamentis reprimere conati
essent: neq; quicquam proficerent; tandem multorum pernicie e-
docti, nonis remedijs, aduersus nouas agititudines, sibi pugnan-
dum intellexerunt. Quod quidem adeò feliciter cadebat: ut u-
terq; morbus, qui antea inuictum se prastiterat, mox cederet, &
in ordinem redigere iur. Quod medicorum institutum proponere
nobis ad imitandum dekemus: & cùm ad reprimendum Turca-
rum imperium, frustra his temporibus usitata adhibuerimus ar-
ma; ad aliam armorum rationem transire; & nouis malis noua
remedia applicare. Quanquam minime sunt ista nona, sed an-
tiquissima potius; quibus populus Roman. tanta cum lande to-
tum terrarum orbem ditionis sua fecerit: tantumq; abest, ut hac
nostra etate innisitata sint; ut hostis, de quo nunc maxime est ser-
mo, nulla alia ratione, cùm nostram salutem in dubium quoti-
die vocet: tum ditionis sua terminos cum imperio Romano penè
iam nunc adequarit. Quibus de rebus panto copiosius dicam
infra; ubi istis iisdem ad eam, quam sibi animis singunt, diffi-
cultatē

cultatem respondero. Etenim ita ferè kuius molissimi seculi moribus receputum est: ut res quacunq; quantumvis præclara, quantumvis utilis, modo in exequendo aliquid difficultatis præseferat: pro eo habeatur, ac si perfici nullo modo possit. Quia animi imbecillitate illi quos dico addulti, cùm in usitatis armis nihil esse præsidij satis sint experti; ab ea vero, quam probamus, belli gerendi ratione, difficultate absterreantur: eò subinde relabuntur, ut imminentem capitibus nostris pestem, non aliter depelli posse credant: quam pace aut inducis quacunq; ratione cum hoste patetis. A qua sententia, tanquam à Iouis ara, aut statua Imperatoris, anelli se nullo pacto patiuntur: itaq; facienda putant omnia, quo in aliqua parte pacis cum Turcis seu prece seu precio, seu quacunq; indignitate haramus; neq; animaduertunt in rebus difficultibus hanc unam esse vel difficilimam, queq; omnium minime sperari possit. Quid enim? tam capitalis hostis tantum terrorum emensus: tot exhaustis laboribus, ut ad nos peruaderet: ubi si iam voici compotem factum videat: in tanta materia laudis, tanta præda opportunitate, tanta imperij, tanta religionis propagande occasione subito velut attonitus consistat, neq; longius progrederi cureret? Quod si qua pacis spes relinquatur; quis adeo demens sit, ut bello cum hoste tam potenti contendere malit? aut adeo cœacus, ut certa paci dubios incerti Martis cœuentus postponendes non videat? Sed non ea res agitur: neq; enim alterutrum nolis liberum relinquitur. Ad bellum omni spes pacis sublata configitur: nulla hic consilij, nulla arbitrij nostri partes: vis necessitatibus omnia occupauit: ad bellum violenter rapimus: bellum nobis vel inuitissimis subeundum, gerendum, exandlandum. Quid frustra obnitimur? quid circumspectamus? quid vanis pacificationibus somniandi nos decipimus? In media nimirum flamma, otium nobis falsa cogitatione fingimus; malumq; cuius (si aduigilaremus) remedia aliqua esse poterant, differendo nutrimus, & parum prouidendo redditus insanabile. At præcla-

rum est belli mala distulisse. Praclarum, nisi id eo valeat, ut
paullò post granis erumpant: nosq; certius pereamis: ut si me-
dicus, dum blanditur agroto, necessariare remedia afferat: atq;
ex eo morbus ita ingravescat; ut brevi mors consequatur. Nam
nostras quidem res haud exiguis momentis quotidiè deteriores sie-
ri videmus: hostis vero è contra indies magis innalescit; & præ-
terquam quod de nostro semper aliquid decerpit, quod adiungat
suo; non desinit interea viam ad nos munire & complanare; o-
mniaq; comparare, que ad exitium nostrum maturandum perti-
neant; ut cum amoris omnibus, que moram aut impedimentum
adferebant, visum ei fuerit, alienissimo nostro tempore, classi-
cum canere: nos alta quiete sepultos, ac proinde à rebus omni-
bus imparaos, ipse paratissimus, intoleranda belli mole dero-
pente obruat. Huc ciui omnia spectant consilia, hec unum assi-
diue molitur & agit. Quo demum tempore, & tamensero, nos in
eum locum deductos intelligemus; ut nulla spe auxiliū reliqua,
inevitabili exilio nobis pereundum sit. Et hic erit morarum no-
strarum & intempestiuæ cessationis fructus. Quare etiam atq;
etiam, dum tempus est, & res patitur, prouidendum moneo;
ne falsa spei præstigijs obsecrati, nos inertie & desidia tradamus;
qua ex re quantas iam clades subierimus cum meminisse pessi-
mus; tum ultimam reipub. ruinam appropinquantem prospic-
cere. Ergo & iudicio utendum est nobis acri; ne in re tanta a-
lucinantes, falsa pro veris remedia periculosis malis admo-
neamus: & cum rationibus omnibus subducatis, qua spei summa
residua sit, deprehenderimus; hanc unam omissis reliquis com-
plenti, ad eamq; omni studio incumbere debemus. In quo non
labor, non difficultas, non nouitas, nec quicquam eorum, qua
segnes & infirmos animos morari solent, nos merito retardane-
rit: ingenibus animis pro rei magnitudine est opus: nihil hu-
mili, nihil abiectum res tanta requirit: supra seculi nostri capium
hic nos efferamus necesse est; & eorum herorum virtutem pauli-

sper refe-

spes referamus; qui fortitudinis & constantie magnitudine quos-
uis labores superarunt: qui nihil turpis, nihil se indignius duxer-
unt; quam ullius difficultatis aut impedimenti magnitudine
deterri; quo minus id, quod cum Reipublica dignitate & com-
modo coniunctum esse statuissent, ad exitum perducerent. Quo-
rum e numero unum silentio praterire Lycurgum Lacedamionio-
rum legistatem non possim; qui cum inter reliqua instituta
(quibus optimè constitutam & fundatam Spartanorum rem-
publicam relinquere in animo habebat) bonorum aequalitatem
in eam ciuitatem introducere; eaq; de caussarem possessionesq; o-
mnium ex aquo partiri vellat; ut quantum diuinitibus destraheretur,
tantum accederet tenuioribus; nullumq; nisi quod virtus ficeret,
inter cives discrimen esset: in eo multos habuit aduersarios; pre-
sertim illos, qui facultatibus, pecunia & diuitijs praestabant. Ete-
nime indigne ferebant rem à maioribus traditam, aut suo labore
quasi tam, sibi eripi, & ad alienos possessores transferri. Cumq;
eares & iniusta & absurdâ habereinur; siebat ut eius legis perfe-
renda magna difficultas Lycurgo obijceretur. Sed illo nihil omis-
sus in sententia persuerante: & quod rectum & reipublica esse
salutare in animum induxisse, perficere contendente: varie quo-
tidie rixe per calosaq; concertationes miscerantur; in quibus
deniq; Lycurgo alter oculus effoditur. Poterat eares bonum vi-
rū sati admonere; quantam rem quamq; arduam suscepisset;
ac proinde deterrere ne persisteret in incepto; sed potius rei infe-
liciter tentata, tanto accepero malo, consilium deponeret: Quod
sane longè seculis accidit: tantum enim absuit, ut ille heros ab eam
calamitatem desisteret: ut ei potius animum addidisse videre-
tur; multoq; ardentius in caussam incumberet. Itaq; non con-
quienit ante, quam legem, quam rogarat, de bonorum aequalita-
te, omnium consensu perserret. Quo veluti fundamento reliquorum
peclarissimorū eius institutorum, talcm rem publicam constituit;
ut Gracia nullam habuerit parem; nomenq; eius etiamnum
bodie,

bodie: summum admiratione virtutis celebretur. Fecit hoc ille, nullo imminente Turca; nullo vastitatem interitum q̄ rerum omnium intentante: & nos hoc rerum statu grauius aliquid aut difficultius, quam ut subire velimus, videri nobis patimur, in quo salutis nostra summa posita sit? Pellenda est nobis ex animo ista segnities prorsus nobis, nomine nostro prorsus indigna; & reliquis cogitationibus vanis & fallacibus omissis, sub uniuersi, secundum Deum, rei militaris praesidiu[m] configiendum. Romani eum grauior casus inciderat, unde mali aliquid timeretur: ibant ad sagam: seruabant iustitiam: consulibus denunciabat Senatus, vidarent ne quid Respub. detrimenti caperet. Nobis multo magis idem faciendum: quibus non tantum à communi Reipub. derimento; verum ab uniuersa eius ruina periculum impendet. Eundem est, inquam, nobis ad sagam; arma capienda, tractanda, meditanda: disciplina militaris depravatissima corrigenda; renouanda vetus & integranda. Hoc unum iustitio veluti indicio, hoc est, clausis penè tabernis & reliquis rebus posthabitatis, ardentissimo studio nobis agendum perficiendumq;: si modo rem publicam, si nos, si liberos, si coniuges, si deniq; armis atq; focos saluos & incolumes velimus. Quid enim, si Turcarum arma prauinerint; nobis reliqui futuram est? certè non pudor, non honestas, non dignitas, non libertas, non religio. nulla unquam gens non vilius periclitata est. Extremum, crede mihi, malorum est, vinci à Turca: nihil erit quod illo victore (quod utinam nem tam sit in propinquuo) rapi, agi, ferri, dissipari, incendi, conculcari, & profanari non videamus. Quod ut ne videamus ac ferre cegamur; ad sagam potius, & ad armam eamus, & (ut Probus inquit) militemus: qui cùm esset renunciarus Imperator; multaq; damnata, qua ijs temporibus Rom. Respub. accoperat; rei disciplinaq; militaris corruptela referret accepta; cui emendanda in primis studendum diceret: in huius rei argumentum hanc primam tesseram militibus suis dedit. Nec vero minus ille re praesitit,

quam

quam verbo ostenderat. Siquidem exigo tempore adeo proficit: remq; militarem penè totam prolapsam ita restituit; ut nomen Romanum, quod plerisq; gentibus contemni esse cuperat, amplitudini & maiestati sua denuò redderetur. Cuius exemplo militemus & nos; armaq;, qua virtutate & virtio temporum obtusa; & erugine corrupta habemus: multo studio ad pristinum nitorem, honestatemq; reuocemus, à quo (ut dixi) cùm labor & difficultas nos auertere non debent: tum vero minime omnium sumptus rei q; familiaris diminutio. Vbi enim sumptum ponemus rectius, quam ubi vitam ipsam impendere, graue nobis videri non debet? aut: qua in re honorum nostrorum partem melius consumemus, quam ut caput & summa collocentur in tuto? Boni certè patres familias nulli sumptui, neq; impense parcunt; nulluna claudendi sepiendi, muniendiue sinem faciunt, dum res & possessiones suas in tuto constituant: quas se instabiles & caducas habere arbitrantur; quandoq; eas fortuitis casibus, incursionibus latronū, aut furum insidijs expositas habent. Nautæ quoq; saiente tempestate potius quam nauem frangant, & de vita in dubium veniant, quam pretiosarum mercium iacturam facere malunt. Sed nec mediocri aliquot humani corporis partium iactura reliquorū membrorum & toruis corporis incolumentatem redimere dubitant. Enim uero quid est quod quisquam tali hoste vicino ullam cuiusquam rei possessionem stabilem aut diurnam promittere sibi possit? cùm singulis momentis expectanda sit dies, qua vicini improbitas cuncta eripiat, contraq; omnium edicta prætorum ad se transferat. Quid seris? quid meis? quid colligis ac recondis? cùm non minus tua omnia hostis sua numeret: quam que Asiaticis, que Gracis, que Thracibus, que Bulgaris, que Illyricis, que Hungaris (ut alios populos taceam) iam diu erecta possidet? Neg, enim opes facultatesq; nostra, sine iusto militum (quos dico) præsidio illius auraria minus patent: quam pateat furibus nullæ custode, nullis clavis, in publico projecta vis auri, aut preciosa

supellex. Quod si inopiam dementia pretexere & paupertatem
 clementiri inuestire videamus, ne nostro interitu, nostrisq; spolijs dives
 factus hostis, magna cum nostra infamia, mendacij nos redargue-
 at. Sed tamen eos sumptus non requiro, quos magnopere peri-
 mescamus: quos quidem extra belli tempus, minimos esse velim:
 belli vero tempore mediocres: certè longè tolerabiliores, quam
 qnibus vulgaris & tumultuarius miles conductiur. Qua ex re-
 duo etiam consequuntur commoda: unum, ne pecunia extra di-
 visionis nostra fines eliminetur; alterum, ne tribunorum & pra-
 fectorum nefario quaestui locus sit; qnibus hodie per fas/dissimum
 pecularium cum summo reipub. damno locupletari, praelarū stra-
 tagema habetur. Sed hoc alterius sum loci; neg, enim in præsens
 particularum de singulis, sed summarim tamum quia hac de re u-
 niuersa sentirem, significandum mihi esse statui. Ergo imitemur in
 Reipub. communq; salute munienda pop. Ro. prudenter; qui
 semper præsidio militum ex suis hominibus deleto rum, imperium
 suum Remq; pub. & priuatam intatus est. Neg, enim ille aut ir-
 rumpenium Gallorū ferociati par, aut bella subinde renonciatis
 Italorum pertinacia superior esse potuisset: aut tam fortiter ad-
 uersus vim Annibalis integrum imperium conservasset, aut de
 Philippo, deq; Antiocho triumphasset; nisi suum & proprium rai-
 litem habuisset, eamq; quam dico, in eo instituendo rationem secu-
 tuis fuisset. Qua de re tota tempus est, ut copiosius exponam: quo
 magis perspicuum sit, nihil me noui introducere; ut q; nobis exem-
 plum propositum sit, quod sequamur. In quo quidem omnes, qui
 de rebus Romanis scripserunt, consentiunt: passimq; apud eos vi-
 dere est, quantum cura Romani posuerint in tyrone deligendo,
 instituendo, & exercendo. Sed ego, ne sim prolixus multis ancto-
 ritatibus colligidis, ut ar compendio; uniusq; antiqui moris &
 disciplina militaris grauissimi auctoris Vegetij testimonio ero
 contentus; qui ea quæ sequuntur diversis in locis, in libris De mil.
 Rom. institutis ad Casar. Valentinianus scripta reliquit:

IN OMNI PROELIO NON TAM MVLITITVDO, ET VIRTVS INDOCTA, QVAM ARS ET EXERCITIVM SOLENTE PRAESTARE VICTORIAM. Nulla enim alia re videmns prop. Romanis ibi orbem subiecisse terrarum: nisi armorum exercitio, disciplina castrorum, vsuq; militiae. Quid enim aduersus Gallorum multitudinem paucitas Rom. valuisset? quid aduersus Germanorum proceritatem breuitas potuisset audere? Hispanos quidem non tantum numero, sed etiam vitibus corporum, nostris præstuisse, manifestum est: Afrorum dolis atq; diuinijs semper impares fuimus: Græcorum artibus prudentiaq; nos vinci, nemo vñquam dubitauit. Sed aduersus omnia profuit tyronem fortrem eligere: ius (vt ita dixerim) armorum docere disciplinā, quotidiano exercitio roborare: quæcunq; evenire in acie atq; in prælijs solent, omnia in campestri meditatione pernoscere; seuerè in delides vindicare. SCIENTIA ENIM REI BELLICÆ DIMICANDI NVTRIT AUDACIAM; NEMO FACERE METVIT, QVOD SE BENE DIDICISSE CONFIDIT. ETENIM IN CERTAMINE BELLORVM EXERCITATA PAUCITAS AD VICTORIAM PROMTIOR EST: RVDIS ET INDOCTA MVLITITVDO EXPOSITA SEMPER AD CÆDEM. Si quis igitur pugna publica superare Barbaros cupit: vt diuinitatis natu, dispositione Imperatoris inuicti, reparentur ex tyronibus legiones, votis omnibus petat. Intra breve autem temporis spatium, iuniores diligenter electi & exercitati, quotidie non solū mane, sed etiam post meridiem omni armorum disciplina, vel arte bellandi, veteres illos milites, qui orbem

terrarum integrum subegerunt, facile coequabūt.
 Nec moueatur. Cæsar, tua Mæstas, quod olim
 consuetudo est mutata quæ viguit. Sed huius pro-
 visionis ac felicitatis est perennitas tua; ut pro salu-
 te Reipub. & noua ex cogitetur, & antiqua restituatur.
 Omne opus difficile videtur, antequam tentes. Cæ-
 terum si exercitati & prudētes viri delectui præpo-
 nantur; celeriter manus bellis apta poterit aggre-
 gari & diligenter institui quiduis enim efficit soler-
 tia: neq; longitudo ætatis aut armorum numerus
 artem bellicam tradit; sed continua exercitationis
 meditatio. *POST QVANTĀ VOLVERIS STIPEN-*
DIA INEXERCITATVS MILES SEMPER EST
TYRO. Nunquam credo potuisse dubitari aptio-
 rem armis rusticam plebem: quæ sub dio & calore
 nutritur: solis patiens; umbræ negligens; balnea-
 rum nescia; deliciarum ignara; simplicis animi;
 paruo contenta; duratis ad omnem laborum tote-
 rantiam membris; cui gestare ferrum, fossam duce-
 re, onus ferre consuetudo de rure est. *ET NESCIO*
ETIAM QVOMODO MINVS TIMET MORTEM,
QVI MINVS DELICIARVM NOVIT IN VITA.
 Nunc qua ætate milites legi conueniat, explore-
 mus. Evidem si antiqua consuetudo seruanda
 est: incipientem pubertatem ad delectum eogen-
 dam, nullus ignorat. *NON ENIM TANTVM*
CELERIVS, SED ETIAM PERFECTIVS IMBI-
EVNTVR, QVÆ DISCVNTVR PVERIS. Deinde
 militaris alacritatis saltus & cursus, antequam tentan-
 dus est; quām corpus ætate pigrescat. Velocitas
 enim est, quæ perceptio exercitio, strenuum efficit
 bellatorem. Adolescentes legendi sunt; licet ait
 Salustius

Salustius. Nam primū iuuentus, simul ac bel-
 li patiens erat, in castris per laboris usum militiam
 dicebat. Melius enim est, ut exercitatus iuuenis
 caueretur ætatem nondum aduenisse pugnandi;
 quam doleat præteriisse; Habeat etiam spatium vni-
 uersa discendi. NEQUE ENIM PARVA AVT LE-
 VIS. ARS VIDETVR ARMORVM; siue equitem,
 siue peditem, sagittarium velis imbuere, siue scu-
 tatum: armaturæ numeros omnesq; gestus doce-
 re; ne locum deserat: ne ordines turbet; vt missile
 & destinatio ictu, & magnis viribus faciat; vt fos-
 sam ducere, sudes scienter figere norit: tra-
 ctare scutum; & obliquis ictibus venientia tela de-
 flectere, plagam prudenter vitare, audacter inferre.
 Huic taliter instituto tyroni, pugnare aduersum
 quoslibet hostes in acie formido non erit, sed volu-
 ptas. Sed qui delectum aucturus est, vehementer
 iniendat; vt ex vultu, ex oculis, ex omni confor-
 matione membrorum eos eligat; qui implere vale-
 ant officium bellatoris. Namq; non tantum in ho-
 minibus, sed etiam in equis & canibus virtus mul-
 tis declaratur indicij. Sit ergo adolescens Martio
 operi deputandus, vigilantibus oculis: erecta
 ceruice: lato pectore: humeris musculosis: valen-
 tibus digitis: longioribus brachij: ventre modi-
 cus: exilior cruribus: suris & pedibus non super-
 flua carne distentis: sed nervorum duritia collectis.
 Cum haec signa in tyrone deprehenderis; proceri-
 tam non magnopere desideres. Utlius est enim
 fortes milites esse, quam grandes. Sequitur, ut
 cuius artis tyrones vel eligendi vel penitus respu-
 endi sint, indagemus. Piscatores, aucupes, dulcia-

rios, linteones, omnesq; qui aliquid tractasse videntur ad gynæcea pertinens, longe arbitror pellen-
dos à castris: fabros ferrarios, cai pentarios, ma-
cellarios, & ceruorum a prorumq; venatores conuenit
assumere in societatem militiæ; & hoc est in quo to-
tius reipublicæ salus vertitur; vt tyrones non tan-
tum corporibus, sed etiam animis præstā issimi de-
ligātur. Vires regni & Romani nominis fundamē-
tum in prima delectorum examinatione consistunt.
Nec leue putetur hoc officium, aut passim quibus-
cunq; mandandū: quod apud veteres inter tam va-
ria genera virtutū in Sertorio præcipue constat esse
laudatum. Inuentus enim, cui defensio prouinciarū,
cui committenda bellorū fortuna, & genere, si copia
suppetat, & moribus debet excellere. Honestas enim
idoneum militem reddit. Verecundia dum prohi-
bet fugere, facit esse victorem. Quid enim prodest,
si exerceatur ignavus? si pluribus stipendijs moretur
in castris? Nunquam exercitus profecit tempore
belli, cuius in probandis tyronibus claudicari ele-
ctor. Et quantumvs experimentisq; cognovimus:
hinc tot vbiq; ab hostibus illatae sunt clades: dum
longa pax militem negligenter incuriosiusq; legit:
dum honestiores qui q;ciuilia sectantur officia; dum
possessoribus addicti tyrones, per gratiam aut dis-
simulationem probantur: talesq; sociantur armis,
quales domini habere fastidiunt. A magnis ergo
viris magna diligentia idoneos eligi conuenit iuni-
ores. Sed huius rei usum dissimulatio longæ secu-
ritatis abolevit. Quem inuenias, qui docere possit,
quod ipse non didicit. Primi Lacedæmonij experi-
menta pugnarum de euentibus colligentes rem mi-
litarem,

litarem, quæ virtute sola vel certè felicitate cre-
ditur contineri, ad disciplinæ peritiæ & studia re-
uocarunt: ac magistros armorum iuuentutem su-
am usum varietatemq; pugnandi præceperunt e-
docere. O viros summa admiratione laudandos!
qui eam præcipue artem discere voluerunt, sine qua
aliiæ artes esse non possunt. Horum sequentes initi-
tuta Romani, Martij operis præceptia & usu reti-
nuerunt & litteris prodiderunt. Quantum in præ-
lijs Lacedæmoniorum disciplina profuerit (vt o-
mittam cæteros) Xantippi declaratur exemplo:
qui Attilium Regulum Romanumq; exercitum
sepè victorem, cum Carthaginensibus, non virtus
sed artis ferè solo auxilio prostratis exercitibus
cepit ac domuit: unoq; congressu triumphans
bellum omne consecuit. Nec minùs Hannibal pe-
titurus Italiam, Lacedæmonium doctorem quæ si-
nit armorum; cuius monitis tot consules tantasq;
legiones, inferior numero ac viribus, inferni.

ERGO QUI DESIDERAT PACEM, PRÆPARET
BELLVM: QUI VICTORIAM CUPIT, MILITEM
IMBVAT DILIGENTER: QUI SECUNDOS OPTAT
EVENTVS, DIMICET ARTE, NON CASU. NEMO
RROVOCARE, NEMO AVDET OFFENDERE QUEM
INTELLIGIT SUPERIOREM FORE SI PVGNET.
 Tempore hyemis de tegulis & scandulis: quæ si
 deessent certè de canis, vlua, & culmo & portus ie-
 gebantur ad equites; de quædam veluti basilicæ ad
 pedites in quibus tenebantur, vel ventis ære turbato,
 sub lectio armis eruditabantur exercitus. Cæteris au-
 tē hibernis diebus, si nubes pluviisq; cassarent, exer-
 citi cogebantur in capo; ne intermissa consuetudine,
 animi

animi militum debilitarentur & corpora. Syluam
cædere, portare onera, transilire fossas, natare in ma-
ri siue flumine, gradu pleno ambulare vel currere,
etiam armatos cum sarcinis suis frequentissime
conuenit; ut quotidiani laboris usus in pace, diffi-
cilius non videatur in bello. Siue ergo legio fuerit
siue auxilia; exerceantur assidue. NAM QVEM-
ADMODVM BENE EXERCITATVS MILES PROE-
LIVM CVPIT; ITA FORMIDAT INDOCTVS,
POSTREMO SCIENDVM EST IN PVGNA VSVM
AMPLIVS PRODESSE, QVAM VIRES. NAM SI
DOCTRINA CESSET ARMORVM, NIHIL PAGA-
NVS DISTAT A MILITE. Omitto hic breuitatis cau-
sa multa, quæ varijs in locis ad eandem rem pertinentia, ab eo-
dem Vegetio præclarè dicuntur: & quemadmodum tyrones ad
gradum militarem, & cursum, & ad palum, & usum natandi
exerceri velit: præterea ut potius punctim quam casim ferire; ut
missilia destinato ictu, lapidem item iacere, arcu scienter uti, pon-
dui grane portare, decurrere, seruare in acie ordinem, castra so-
llerter munire discant: quæ qui velit, apud enm videat: mihi
hoc unum, quod sequitur, caput epilogi cuiusdam instar adieciisse
sat erit. In delectu atq; exercitatione tyronum si
quis diligens velit existere; ad antiquam virtutis
imitationem facile corroborare poterit exercitum.
nec enim denegerauit in hominibus Martius calor:
nec efficiæ sunt terræ, quæ Lacedæmonios quæ
Athenienses, quæ Marsos, progenuere. Sed lon-
gæ securitas pacis, homines partim ad delectatio-
nem otij, partim ad ciuilia traduxit officia; Ita cu-
ra exercitiij militaris primò negligens agi; postea
dissimulari ad postremum olim in obliuionem per-
ducta cognoscitur. Nec aliquis hoc superiore æta-
te acci-

te accidisse miretur cūm post primum Punicum bellum, viginti quatuor circulis & quod excurrit annorum, pax ita Romanos illos ubiq̄ victores, otio & armorum dissuetudine eneruauerit: vt secundo bello Punico Hannibali pares esse non possent. Tot itaq̄ consulibus, tot ducibus, tot exercitibus amis̄sis, tunc demum ad victoriam peruererunt; cūm usum exercitiumq̄ militare condiscere potuerint.

SEMPER ERGO LEGENDI ET EXERCENDI SVNT IVNIORES. VILIVS ENIM CONSTAT ERVDIRE ARMIS SVOS, QVAM ALIENOS MERCEDE CONDVCERE. Ex his unius Vegetij scriptis, quibus omnium historicorum consensus accedit, satis constare arbitror: qua fuerit olim apud Romanos rei militaris disciplina, atq; institutio. Neg^o ea solum Romanis fuit: sed & Persarum ante fuerat: & nonnulla etiam ex parte Macedonum & omnium deniq; populorum; qui claram nominis sui memoriam ad posteros transmiserunt. Qua de re videat qui velit Xenophontem, hominem rei bellica perissimum; qua scribat de Cyri maioris, in militibus legendis exercendisq; ratione: ab ea, quam modo dixi, Romanorum consuetudine haud longe diuersa. Quo quidem ille ita parato exercitu brevi tempore penē totius Orientis imperium sibi adiunxit. Arrianus etiam, haud ignobilis scriptor concionantem in Macedones Alexandrum, eosq; ut beneficiorum immemoros accusantem, his verbis inducit: Philippus pater vos errantes ac vagos, rerum omnium inopes, plerosq; etiam pellibus amictos pastores, pro quibus cum Illyricis, Triballis, Thracibusq; finitimis, continuè pugnabatis, in tutelam ac fidem suam recepit; ex montibus asperis in plana & culta deduxit; pro pellibus chlamydes ornatas ferre dedit; armis instruxit: rem militarem docuit; vt non magis locorum minentis

nimentis ac sitū , contra finitimos , quām armis &
virtute vestra tui essetis. Quibus ex verbis satis appa-
ret: quibus primordijs iacta sint illius celebris rei militaris Ma-
cedonica & fundamenta : nimurum ex hominibus agrestibus, monta-
nis & pastoribus. Sunt etiam ys , quae supra dicta sunt , conser-
tanea , quae memoria prodidit Diodorus Siculus . Philippus ,
inquit , conuersus ad emendandum militarem disci-
plinam , curauit : vt decentibus armis milites sui
instructi essent : vt meditationibus bellicis exerce-
rentur. Ex cogitauit præterea ordinem illum Phalangis , quæ
Macedonum peculiaris fuit , summo exemplo heroum qui clypeos
clypeis coniungebant in bello Troiano. De his iam factis vetera-
nis , deg̃ eorum fortitudine , ubi Alexandrum urbem Halicarnassum oppugnantem describit , idem Diodorus ita meminit :
VETERANI Macedones , qui per totum ætatis spa-
cium semper in reb. arduis & periculis versati e-
rant , & sub Philippo niterentes , frequenter victo-
riam consecuti , ad summam fortitudinem ita pro-
uecti fuerant : prudensia , & rei militaris cognitio-
ne longè omnibus præstantes : ironibus pugnam
deirectantibus amarissimis verbis ignavia expro-
brata ; ipsi in vnum coacti consertis simul clypetis ,
hostes , qui iam se viciisse arbitrabantur , excepe-
runt ; Ephialteç & multis alijs imperfectis reliquos
in urbem fugere compulerunt : & cætera. Horum
militum virinti denicti orientis & tanti imperij gloriam Alex-
ander acceptam retulit. Sed iam eosdem (quos supra dixi) ob-
elamantes audire mihi videor , aliam suisse illorum , aliam no-
strī temporis esse rationem : illa iamdiu obsoleuisse : puerile ac
nugatorium esse , vetustate sepulta in lucem & usum volle reuoca-
re : debere nos nostri seculi sapientia contentos esse. Ego vero
si possum ostendere quod illis temporibus utile & fructuosissi-
mum fuerit .

fuerit, non minus utile & accommodatum fore rebus nostris; tamen non agam multis rationibus cum ijs, qui rationi non facile videntur velle dare locum; sed ratiocinatione omissa ducam eos in rem praesentem: & veluti digito sponte demonstrabo. Rogabo itaq; ex istis, quicunq; ipsi nihil, quod opus sit facto, in medium adferant; tamen ne nichil sapere videantur, alenis consiliis impense detredant: Num milites Turcicum in militibus numerari patiantur? Ac credo equidem, qua sunt perniciacia, non facile assensuros, sed tamen si dubient, ego pro eis respondere non dubitabo: eum qui tantum terroris tolli terrarum orbi intulerit: quaenamq; ingressus sit, tantam stagem fecerit: tantum tropaeorum erexerit: ire militem censi. Rogabo deinceps, his miles quomodo in militiam legatus, quomodo inserviatur. Quod si se scire negabunt; dicam, qua ipse præsens vidi, quam eo periculo didici. Militem Turcicum, nihil aliud esse; quam hominem ita natum, ita lectum, ita informatum & exercitatum; ut paulo ante de Romanis dixi: & à nobis contendere fieri oportere; nisi quod hic aliquanto deteriore conditione est. Nam quod ad militem attinet, qui ituro in expeditionem Turcarum principi ultrò se offert ac nomen dat, quem Alcangiam vocant: ei apud Turcas exiguum honor est. Is miles habetur in pretio, qui perpetuo eius principis stipendio meret; quicq; certo iudicio ac ratione in eius principis legiones prætorianas relatus est. Cuius diligendi hæc ferè ratio est. Missis quatuor Turcarum princeps certos homines in diversas provincias; qui de pueris è Christianis hominib; natis, tertium aut quartum quemq; poscant. Horum puerorum gregibus Constantinopolim perductis, qui liberaliore sunt aspectu, an ingenij maiore indolem præse ferunt; ipsius principis, aut Bassarum, aut aliorū Sairaparum domesticis usibus applicantur. Reliqui perducuntur in locum, in quem magna omnis generis hominū multitudo, præferrim rusticorum, constinxit. Hi de istis pueris, ab eo qui ei negotio præst, quos usum est, depositū. Ille, accepto numero amore;

puerum petenti tradit : prius nomine eius, ¹patria & conditione
pueri, item annis signisq^z, quibus per omnem etatem dignosci pos-
sit, in publicas tabulas relatis. Sic illi liberum est, seu rusticus
sit, sive urbanus: puerum trans mare in Asiam seu quocunq^z ter-
rarum velit, ubi domicilium habeat, abducere: ubi assidue,
labore atq^z opere eum ut mancipium exerceat. Puer cibaria
præbentur, panis & aqua; & interdum, loco obsoni, puluis ali-
quid, aut fructuum, aut herbarum: vestitus suppeditatur, quo se
aduersus coeli iniuriam tueri vtcunq^z possit. Ad hac disciplina
& religione Mahometana instituitur. Ita deliciarum nescius,
procul à propinquorum blanditijs in virum robustum & cuius
labori ferendo parem adolescit. Hic cum est opus, ab illo fiduci-
ario hero repositur; & ad rem militarem traducitur: atq^z ex hoc
veluti seminario, diminutis Gianizarorum legionibus, supple-
mentum subrogatur. Ad Gianizaros rescriptus, primò meret
menstruo stipendio, paulo plus minus, unius ducati cum dimi-
dio. Id enim militi non itio, & rudi sat is esse censem. Sed tamen
ne quid vietus necessitati desit; cum ea decuria, in cuius contu-
bernium ascitus est, gratis cibum capit; ea conditione, ut in cu-
bina reliquoq^z ministerio, torci decuria serviat. Sed eum rursus,
qui est eius decuriae armorum peritissimus, præceptis militari-
bus erudit: quotidianaq^z exercitatione arma scienter trastare do-
cet. Ita robur, laboris patientiam, & usum armorum adeius
tyro: neccidum tamen suis contubernalibus, honore neg^z stipendio
par: unam in sola virtute, se illis æquandi, spem habet: ut pose,
si militia, que prima se obtulerit, tale specimen sui dederit, ut di-
gnus iudicetur; qui tyrocinio exemptus, honoris gradu & stipen-
di magnitudine reliquis Gianizaris par habeatur. Qua qui-
dem spe pleriq^z tyroes impulsⁱ, multa præclarè ardent: & fortis-
tudine cum veterani certant: itaq^z ampliore honestantur stipen-
dio; quod ecto ducatorum in Gianizaro summum est. Quem
tamen si virius, ac merita ad altiore locum vocent; aut ordi-

nibus inter suos duendis præficitur: aut equitibus pratorianis, quos Spahias vocant, adscribitur. Qui supersunt ex ijs pueris, quos supra dixi: Constantinopoli varijs operibus exercentur. Itaq; s̄ape videoas CC. aut. CCC. purgare aream; amoliri ride-
ra: ferre lapides aut tigna; aut alia onera. Otium nulli permis-
sum, nec cui victus gratis constat. Hi similiter postquam ado-
leuerunt, aut in terrestres aut maritimas copias transferuntur:
Et qui in principis aulam seruitiumq; lecti sunt, ferè evadunt in
virros primarios: maximisq; muneribus, ut cuiusq; aut fons aut
mores rularent, præponuntur. Ex his supremi Gianizarorum
duces, classum præfetti, Bellerbeghi, atq; ipsi deniq; Bassa Visi-
ri, deliguntur; his etiam in matrimonium ipsius Principis filiae
collocantur. Quibus mēsatis planum fecisse arbitror, qui si or-
tus, delectus, disciplina, atq; educatio, istius toto terrarum or-
be tantopere formidati militis Turcici. Nec tamen negauero,
patēre item alios ad ordinem militarem aditus: sed hæc ratio atq;
via inter illos ustatissima est. Nam quandoq; etiam militem le-
gunt ex ijs pueris, aut adolescentibus; quos excursionibus, aut
bello nobis indicto captos, intra claustra domosq; quas Serraglia
vocant, multis annos inclusos habuerunt. In quibus postea-
quam omnem memoriam, sensumq; patriæ & rerum nostrarum,
ac præsertim religionis deposuisse; atq; in ludis, cum Arabica-
rum literarum, tum armorum Turcicorum, sub præceptori-
bus Eunuchis, mēsatis magnos progressus fecisse videntur; eos de-
munis sepe illis emissos, calo restituunt, & ad ea rei militaris
munera traducunt, ad quæ maxime videntur idonei. Bassa-
rum quoq; atq; aliorum purpuratorum serui, bello vel alia ratio-
ne quæsiti, in numerum militum s̄ape reponuntur. Nec tamen
ex his, quos dixi, quisquam sine certo discrimine iudicioq; reci-
pitur: sed explorata prius uinciuſiusq; corporis atq; animi firmi-
tate: ut rueri eum locum possit, cui sit ascriptus. In quo sane
sæpenumero sum admiratus vim discipline atq; institutionis

Turcica, cum viderem, homines apud nos contemnos & abiectos, paucis annis tantum profecisse apud istos; non modo ut gregarij militis nomes egregie sustinerent; verum etiam omnium Turcarum indicio digni haberentur; quorum disciplina alijs militia rudimentis imbuerentur. Fiebat enim nonnunquam, ut cum animi causa, de fenestra in publicum prospicerem; assidentes Turcae quosdam mihi monstrarent: quos propter egregium armorum usum, tyronibus instituendis prefecos dicerent. Rogabam quaque aut quae natione essent oriundi. Nam qui inter eos armorum opinione tanto per excellerent: nescio quos Parthos, Bactrianos aut Massagetas cogitatione mihi fingebam. Sed audiebam, hunc esse Hungarum: illum Croatam: tertium Germanum. Mirabar equidem, verum tamen hanc tantam præstantiam, ex usu armorum, que apud nos tractassent, quod nobili loco nati, quod liberaliter instituti, quod militassent, proficisci suspicabar. Pergebam querere, num scirent quem illi apud nos locum tenuissent: quod ne genus vita secuti fuissent. Illi cum aliquantisper cogitassent, in memoriam venire sibi aiebant: hunc solitum dicere se nescio cuius coqui fuisse puerum; alterum se vita monastica iniciatum: illum vero cauponii promendo vino locasse operas: eosq; bellum, vel induciarum tempore, interceptos; atq; in reliqua præda, Constantinopolim perduelos, in istius vel illius Bassæ familiam peruenisse. Hic ego etiam magis admirans: & quinam, inquam, fieri potuit, ut isti euaderent in tantos bellatores? commemorabant dominos, quibus illi obtigissent, domi habuisse viros insignes; magistros armorum; magno iudicio scientiaq; rei bellica præditos; quibus (cum eorum ex corporis tum ex animi signis, dignos iudicassent, quibus operam impenderent) in disciplinam traditi essent: sub quibus brevi tempore tantum profecissent: ut omnes aequales longè superarent: & non obscuram futura virtutis spem de se darent. secunda deinde fuisse bella, in quibus manata strenue opera eximia fortitudinis ab omnibus laudata ac resti-

ac testimonium reportassent: hinc ad tantam auctoritatem peruenisse. Cum hac audirem; afficiebar non mediocri dolore; nostros mores ab hac Turcarum consuetudine tantum differre; hanc illis rationem innidebam. Habent enim hoc omnino Turca, ut hominem nacti egregium, tanquam adepti rem preciosam, vehementer gandeant; neq; in eo excolendo quicquam laboris aut studij praeermittant: præsertim si ad rem militarem idoneum esse cognoverint: nostra longe diuersa est ratio. Nam nos quidem si quem bonum canem, accipitrem, aut equum sumus nacti, valde latamur: neq; ulli rei parcimus, dum illum ad summam in suo genere perfectionem perducamus: In homine vero, si quem præclara indole nancisci contigerit, non perinde elaboramus; neq; eius institutionem ad nos magnopere pertinere existimamus. Ac nos quidem ex equo, cane, atq; accipitre bellè assuefactis, varias oblectationes, multiplicemq; usum capimus: sed Turca ex homine bonis moribus informata tanto maiorem: quanto reliquis animantibus natura hominis præstantior est atq; excellenter. Iam vero ex ijs, qua hactenus dicta sunt, satis constare arbitror: non nouum neq; inauditum esse, quod de milite certo cum indicio deligendo instituendoq; contendeo: sed cum ab ipsis Romanis, tum à ceteris gentibus, qua imperia tenuerunt, aut armorum laude floruerunt, usurpatum; neq; rursus adeò obsoletum, aut à nostra etatis moribus tam remorum; ut ad usum nostrum renouari non possit; quandoquidem experiamur quotidiè, quid exculta tali disciplina Turcorum arma valent: modo ne nos pingeat, rei adeò necessaria ab illis partem mutuari: quando illos tam multa, que ex usu suo essent, de nobis sumere non puduerit. Quod si fecerimus; faxim projecto, ut breui cognoscamus: non minus ad salutem nobis bonam disciplinā valere, quam hactenus ad nostram perniciem valuisse senserimus. Qua quidem unar est at, in hac periculosisima tempestate, veluti anchora sacra: qua afflita Reip. nostra pene naufragiam nauem retinere: ingum à eerricibus, cadem

cadem à capitibus nostris depellere queamus. Unaquaq; res qua ratione paratur, eadem stabilitur & conservatur: ut regna atque imperia virtute militari; beneq; instituti exercitus viribus quaruntur: eadem etiam ratione conservantur. Si tollas arma, remoneas militem, disciplinam negligas: mox aut per se regnum concidet, aut in prædam ceder fuitimis. Ad regni maiestatem conservandam, non tam diadema aut sceptrum prodest, quam ferrum: frustra illo caput ornes, hoc dexteram; nisi gladio accinctum sit latus: nisi ferro munieris, debile ac mancum fuerit omne imperium: neq; ulla unquam diurna potest as erit, quam arma non ruitentur. Sed arma dico; non falso ritore specieq; fallentia: sed vera, sed solida, sed omni vitio expurgata. Quicquid corruptum est, atq; à sua perfectione degeneravit; aut minimum adfert utilitatis; aut non modo nihil prodest, verum etiam nocet. Quanodiu arma Romana, militari disciplina vigerunt; extrema tum queq; orbis terrarum ora, eorum legionibus patuerunt: sed postquam disciplina corrumpi, virtusq; militum, neglectis veteribus institutis, remolliri caput; non modo maxima imperii pars amissa; sed ne ipsius quidem urbis Roma mænia suo præsidio Quirites à cæde direptioneq; in columnas præstiterunt. Itaq; tunc illa gentium omnium caput ac princeps cinitas, cunctis nationibus præda aut ludibrio fuit: non secus sua spolia atq; exunias repetentibus; quam ab illo graculo Aesopico cætere aves suas plumas. Nobis vero è minus tergiversandi occasio datur; quo mortiferum vulnus nobis propinquus imminet; quo magis viscera nostra hostium telis nuda patent: nec ulla nobis præter hanc unam, ad spem salutis, via proponitur; quam superatis & perruptis quibuscumq; impedimentis, si quicquam nobis rerum nostrarum carum est, sine dubitatione persequi debemus. Est ubi Respubl. moderatori, propter rei nonitatem, propter presentis seculi mores, propter ciuium caput & ingenium, aliasq; item manifestas difficultates, ab eo, quod erat rectissimum,


simum, nonnihil interdum deflectere licet. At in huiusmodi
 angustijs deprehensis, ubi certum communis salutis excidium ante
 oculos posicium sit, constanti animo, per eam semitam, qua sola
 ad arcem & praesidium patet, enitendum: ijs populis, quibus
 adhuc longe sunt spes: quod ab hoc hoste procul disuncti sunt, licet
 quibusvis, vel linteis, si velint, armis, corpus tegere, aduersus te-
 la que nondam ad eos pertinere possunt. Nobis, qui intra hostilis
 teli iactum versamur; vel qui cum hoste porciu*ri* iam ad manus
 & gladios venimus, non nisi probatissimis & firmissimis armis,
 salutis nostra tutela committenda. Sed non deerunt, quibus hic
 nostrarum virium apparatus tenuior, neq; satis idoneus videbi-
 tur: qui tantis Turcarum opibus atq; potentiae opponatur.
Quibus respondeo; à me id agi, ut solida perennis exercitus fun-
 damenta iacentur: ijsq; semel constitutis, in reliquo edificio con-
 struendo, non multum fore negotiū polliceri. His enim initijs positis,
 quicquid accesserit auxiliorum, mox iusti exercitus corpus effi-
 ciet. Accessura autem impensius auxilia; ubi iam nos nobis de
 non contemnendo praesidio prospexit; paratisq; in hostem copijs,
 excubare, longè lateq; fama dissipauerit; clarus est, quam ut
 multis demonstrare sit opus. Etenim natura penè ipsa nos ijs
 conciliat; quos armis atq; animis ad quemcunq; fortuna motum
 conaturq; paratos videmus. Contrà vero ab eorum benevolentia
 nos reuocat: quos inermes imbellisq; cuicunq; obnoxios iniuria a-
 nimaduertimus. Itaq; praeclarè Xenophon, ut reliqua omnia,
 eos qui semper in promptu & expedita habeant arma, hoc consequi
 dixit: ut amicos habeant multos, inimicos nullos. Siquidem ad
 eorum amicitiam, qui possint prodeesse, omnes libenter accedere;
 tanquam ad arcem, ubi rebus suis, dubijs temporibus, perfugium
 paratum sit: quemadmodum ex altera parte, inimicum habere
 nemo velit, quem ita semper instructum & paratum norit, ut
 cum velit, nocere possit. Quaratione fit, ut dum cessamus ipsi:
 neg; quicquam conamur: dum hastas abiycere, ac de nostra

Calute desperare videmur : atq; ex aliena tantum ope pendemus ; omnes propemodum non modo vicinitatis , sed etiam sanguinis necessitudine nobiscum iuncti , nos contemnunt & deserant : ad armatum vero & sibi praesidentem hostem etiam illi se se aggregent : quos si nihil aliud , certe diuersissima religionis ratio , retraxisse debebat . Tanta vis est expeditorum armorum . Quod itaq; felix & faustum sit , in Dei omnipotentis nomine , camus ad sagas , capessamus arma ; eo quidem animo , quo decet , contra tantum hostem : ipsi primi armipotentis Minervae sacris initiemur ; eiusq; studijs nos totes deoucamus : primi manum adhibeamus stima : & nostro pro viribus fungamur officio . Deus mox conamibus aderit : neq; deerunt cum vicinorum tum necessariorum auxilia ; ubi nos nobis non deesse cognorint : Non conquiescamus ; donec ut minimum (quod exempli causa dictum velim) prater ordinaria praesidia ad X II. millia peditum (nam de equitatu dicemus alias) ex nostris popularibus delecta , probè armata exercitazg; habeamus . Hic animus & hoc institutum nostrum non modo vicinorum & necessariorum nostrorum ; verum etiam alienorum insperata auxilia , cum res posset , conciliabit & adiunget . Quod se quandoq; nos omnia desituant , his tamen copijs , & astatis tempore munitionibus inclusi : hostium impetum reprimere & hyeme ita in eorum fines incurrere poterimus : ut laceressimus illos paeniteat ; atq; inducas , quas vix nunc a se redimi patiuntur , cum petant ultra , rem multio , quam fert eorum consuetudo seruent diligentius . Nunc quicquid increpauerit trepidare cogimur : & si praesidia nostra laborent ; aut nec opinata aliqua vis subitam opem requiratur : nihil habemus ; quo vel nostris subfido ire vel hostium impressionem morari saltem , & retardare queamus . Sed haec (dicendum est enim tanta de re sapius) studium quoddam eximum & singulare desiderant ; neq; vero alibi non modo cogitationum , sed nec delectationum nostrarum maiorem partem rectius collocauerimus : neq; illa ex te laudem iustius quas ueri-

quasiuerimus: quām si nostras copias indies virtute & disciplina
 magi magis proficere & coalescere videamus. Placeant sibi
 alij auratis iclis: alij exquisitis horitorum amēnitatibus dele-
 tētentur: ornamenta domus alij signa, tabulas & plurimum laeta
 supellectilis ostentent. Nobis haec pacis decora, haec belli præsidia
 faciant animos; his nos amicis, qui ad nos dinerterint, vēditemus;
 his gloriemur. Quid enim præclari hospitiis oculis possit esse gra-
 piū; quām videre tantum selecte iuuentuīs numerum, armis ful-
 gentem: robore & velocitate præstantem: sclopeto, hasta, gladio,
 & quo cūq; telī genere, pulcherrime decertantem; ad omnes, præ-
 fectorum nutus quacunq; se circuira ageniem versantemq;: deniq;
 summa uultus atq; ammi alas ritate hostem & prælium depescen-
 tem? Huiusmodi iuuentuīs, imperij spem ac fundamentum, vi-
 delicit Gianizarios, non immerito Turcarum princeps, filios suos
 vocat. Memorant Philopamenem, quem Gracorum Imperato-
 rum ultimum dixerunt, cūm videret antiquam Gracorum rei
 bellicae laudem per ignauiam & discipline militaris neglegētum
 senescentem, breui intermorituram; atq; ei rei ut patria amans
 ciuīs in primis subuentum cuperet: hanc parum nobilissimā in-
 uentuīs comitatum sibi ascimisse, quām bellī artib; institueret:
 cumq; aliquando cum loc iuuenium globo, militari uestitu decen-
 ter ornato, in quoddam Gracia theatrum, mūlitudine hominum
 resertum, introuisset; magnum illi ab uniuerso illo populo plausum
 dānam, summisq; exceptū laudib; Cuius quidem plausus is sen-
 sus fuit; quod ille populus intolligebat, quid ei ciui deberetur; qui
 patrie gloriam, quantum in se esset, ab interitu reuocaret: & iuē-
 tuī ad militare decus virtutemq; capessendam excitaret. Nos
 quoq; quis dubiceret, quin Diū hominibusq; approbantibus, summo
 totius populi Christiani applausu, communis salutis causam simus
 suscepūri; laboremq; rei militaris laudem in pristinā dignitatem
 vindicaturi. Sed non ero longior; & sine faciam: si prius eō paucis
 merculero, unde haec defluxit oratio: si monnero & inclamanero: si

obligatus fuero, ut intanto periculo, quanto post orbem terrarum conditum, nulla unquam gens versata est: ab eo, cui indormisse videmur, vetero aliquando excitemur: Reiq₃ pub. ad exitium ruentis succurramus: has sedes, hoc nomen, hac decora, tanta cum laude à maioribus nostris parta & nobis tradita, conservata velimus. Conservandi autē unicam esse rationem: si aduersus vim, ad vim & arma conuertamus; arma verò non fortuita neq₃ tumuli uaria, nec procul quasita: sed expedita, sed magno iudicio magnaq₃ ratione delecta, exulta & instituta. Nihil postremo nobis debere videri tanti sciamus: quod ut huc perueniatur, non cupide subeamus; exemplo eorum qui loco parum munito formidolosa premuntur obsidione: qui cum iam iamq₃ in hostis potestatem venturos se videant: omniaq₃ extrema crudelitatis exempla ab insolenti victore timeant: ad eum repellendum, nihil non perpetiuntur & faciunt: neq₃ quicquam graue sibi ducent, neq₃ ulli rei parcunt, modo summa rerum & publica salutis consulant. Quod si secus statuerimus; nobisq₃ & reipub. per ignauiam aut mentis errorem desuerimus: relictum iri aliud nihil: quam ut aut migremus in alias terras, quod multæ sape fecerunt gentes, vicinorum iniuria coactæ: aut itaq₃ possessionibus hosti pro victoria cumulo relictis, eius immanitatem fuga declinemus: aut certè ad unum pereamus omnes. Sed migremus citius (si adeò in nobis omnis obsoleuit virtus) bonaq₃ nostra, agros, tecta, lares hostis ante possident, quam corpora; quam sanguinē nostrū hanriat; quam liberorum & coniugū pudori fædissimē illudat. (ut uno verbo dicam) potius quam eam rerum omnium indignitatem videamus: quam tot Asia, Africa, atq₃ Europa populi, ab Orientis regionibus ad nostros usq₃ fines, maiore terrarum, quam temporum intervallo, subierunt. Nam cùm iisdem nos quibus illi vestigij, ad exitium præcipitemus: sitq₃ idem prorsus rerum nostrarum, qui sunt illorum, amequam perirent, status: idem in causa pari nos exitus manet. Sed cur migremus? militemus potius

potius: & qua nobis salutis subsidia largissima manu Deus benigne suppeditat, alacres & grati suscipiamus: nos ad arma, in quibus post Denm spes una salutis supereft, ingentibus animis atq; ita conuertamus: ut virtute nostra & magnitudine periculi, & exitio, quod nobis impendet, dignum est.



CHRISTIANI FRANCI DOLIVM DIOGE- NIS.

*STREPITVS VO COLLA-
borans Dynastis Christianis, bellum in
Turcas parantibus.*

Vm multuantibus Philippi Mace-
donis hostili aduentu Corinthijs, atq; alijs ali-
am ob cauſsam ſolicite per urbem, ut fit tali
rerum ſtatu, diſcurentibus: legimus Dioge-
nem, Corinthi runc forte habitantem, oiiosum
in tumultu illo fuiffe: sed delium ſuum, volubi-
lem domum ſuam, tam ſerio ſurſum deorſum volut aſſe: quam cate-
ri armare reliquaq; ad bellum neceſſaria comportearent. Vos iam, o
Germani, cateriq; bellatores magnanimi gerendo bello Turcico in-
cumbentes; me de re tanta ſcribentem, cogitate tantulum quen-
dam Diogenem, vel miſerum etiam quendam Tantalum: nec

tam suanitcr deridete, quam Hannibal Phormionem illum derisit
Peripateticum: qui homo minimè militaris, de militia tamen,
eram tanto Duce, ausus fuerat differere. Non enim ad scriben-
dum mea sponte veni; aut ostendandi ingenij, aut venandi proprijs
alicuius commodi causa; sed rogatus, ut in hac omnium cura &
solicitudine parandi belli, ipse quoq; aliquid agerem: si nihil ali-
ud possem, vacuum potius Diogenis, quam plenum Bacchi dolium
voluntarem.igitur Diogenico hoc dolio excitabiliur quidam tan-
tum strepitus: tum ad alios quosdam excitandos: tum ad sua
sponte pronos & currentes magis etiam incitandos. Bellum e-
nim infert Christianis, nominis Christiani hostis barbaris; sed
prudentia minimè barbara. Nam si non est literarum, nec ta-
men peculorum; sed armorum studiosus, sobrius, vigilans, belli
sciens, in omnes fortune occasionses intentus. Videt ille optimè, per-
pancos iam Germanis esse claros militia Duces: Regem Hispanie
bello distineri, & distrahi Belgico: Gallia Principes de scepiro
decernere ferro: Anglia Reginam capitali odio a reliquis Christi-
anis dissidere: Polonos, Venetos pactis inducijis non posse admis-
mento esse Germanis: Et hos ipsos non esse concordes: non consu-
lere in commune: plerosq; priuatis, quam publicis commodis es-
se propensiores. Ex prateritis conjecturam facit de futuris: scit
ademptum Christianis Byzantinum, Orientisq; Imperium;
cum inter Gracos, & Latinos, astuantibus religione animis,
nulla firma pax sanciri, aut stabilis concordia iniri posuisset.
Hinc iam animo concipit Occidentis etiam Imperium: quod
discerptum nouit ab aliquot Regibus, & Regulis: quis à cummu-
ni aliquo Rectore non pendentis, arbitratus suo grassetur in infe-
riores: quibus grassetionibus intra paucos annos plures confecti
sunt Christiani; quam vel ipse ex omnibus suis Regnis ad victoria
sue designationem posset educere: vel Christianis ad ipsum profi-
gandum planeq; delendum forent necessarij. Istiusmodi rerum statu
Romana olim Aristocracia corruerat suis ipsis viribus; Pompeio
a qualcum

aqualem, Casare superiorem ferre nolente; infestis est armis concursum; donec unus dominatu forma Reipublicæ mutaretur. Neg_o una & simplex est discordia Christianorum, uti olim Romanorum, sed multiplex & varia. Nam ad communem dominandi affectum miscentem & turbantem omnia, si unius alicuius vi & autoritate non cohercatur, accedunt capitalia, planeq_z fatalia, tum religionum, tum nationum dissidia. Religionis varietate distracti nostrates, non plus possunt, quam in diuersa nitentes equi, uni currui iuncti; ut verissime dixerit Laetantius, religionem non à relegendo, ut Cicero voluit: sed à religandis animis homen traxisse. Turcica superstitionem non recipit opinionum varietatem: otaq_z ad rem bellicam est accommodata: quippe cum intimis omnium sensibus hereat infixum: uniciq_z à Deo præsinitum & genus, & tempus moris; quod si in ipso pugna discrimine nec dum adsit, vel unum innumeros profligaturum Christianos: sin autem hora fatalis iam praestosit; ex prælio mox euolaturos in calum: ibi q_z eo maiores paratas sibi voluptates; quo plures occiderint aut lascerint inimicos. Nationum autem odia eti^s naturalia sunt, ob naturarum, morum, linguarum, studiorum dissimilitudinem; quam ad amicitias vel constitendas, vel restringendas aptam esse neget Aristoteles: eum tamen affectum minuit, temperatq_z Turcis prudentia quadam bellica: qua nullum soleant fastidire hominum genus, in quo virtutis aliqua significatio appareat. Quia quidem re barbari plane imitantur veteres Romanos, qui ad se quavis ratione allectis & attractis cuiusvis nationis magnanimis viris, orbem complexi sunt terrarum. Ad dictam prudentiam bellicam hoc accedit, quod redundantem, & generatione excrescentem hominum multitudinem, non finant domi mori inutiliter: sed contra inimicos, præsertim Christianos, tanquam in colonias ablegant. Inde Regnum illud duplice accipit commoditatem: alterā, ut domi minus multi sint facinorosi; quales parit multitudine in angusto solo minime apto plurimis alendis: expurgata

expurgata autem tantum hominum quasi sentina, ceteri copiosius
& tranquillus domi vivunt: alteram; ut Imperij fines indicis magis magis proferantur: & noua quotidie exstruunt arces Christianis irrupturis obiciantur; omnisq; eis facultas & spes recuperandi amissa regna pracidatur. Christianorum autem superfluam multitudinem partim capiunt monasteria (excipio eos, qui non egestate, sed vera ducti pietate fese abstrudunt in religiosam solitudinem) partim supplicia auferunt, partim pestis absunit. Vbi enim hominum, ibi & sordium crescit multitudo: sordes facile postea pestem concipiunt. Nam vero in tanta prudentia bellica illud faciunt prudentissime: quod cum alijs icto fudere, cum alijs interim Christianis bellum gerunt: pernagato utentes stratagema hostes dispersos sigillatis inuadendi: non ignari, caude equina pilos seorsum facile euelli, & singulas sagittas vel a puero posse constringi: quibus exemplis Sertorius & Seylurus Scytha sunt usi; ut quantum possit concordia, quamq; infirma sit discordia, doceret. Tantam autem concordiam in tam vasta Imperij Turcici mole maxime conservat metus; qui Ciceroni malus est diuturnitatis custos; sed barbaris illis regnum facit adamantinum: propterea quod metus stabilis sit & durabilis in scernilibus ingenij: amor autem mutabilis, etiam si multa beneficia dederis. Metuunt mancipia alieno arbitrio: amant ferè suo tantum: igitur magis in Tyranni manu est ut timeatur, quam ut ameritur & laudibus vehatur. Ex timore constans surgit Obedientia: qua magnum imperij Turcici est firmamentum: cuius testes sunt pernulgatae illorum, & percelebratae haec voces; Vnus in cœlis Deus, vnuis in terris Princeps. Alta autem ingenia eiusmodi multa alit Christiana Respublica, abiecto metu potentiorum, miscent & turbant omnia regnandi cupiditate: existimantes, omnia deberi sua virtuti & sapientiae tam exaggeratae; ut nec terra, nec mare, imo nec cœlum ipsum eis iam magnum videatur. Utinam vero istiusmodi infinita humani ingenij men-

100 , immensis Philosophia & finibus possent includi: melior prosectorum
 tranquillior , & constantior foret orbis Christiani status. Nunc
 autem ut orbes caelestes perpetua quadam vertigine rotantur: sta-
 tisq; temporibus in idem , unde discesserant , punctum reuertun-
 tur : ita cælum humanum , cerebrum inquam alter spectans , nun-
 quam quiescit ; sed semper voluitur , renoluiturq; : motuq; suo ea-
 dem consilia , eadem bella , eadem occasiones , eadem tyrannides ,
 eodemq; omnis generis felices in felice q; rerum euentus subinde tan-
 quam in orbem reducit . Quamobrem Plato & Aristoteles di-
 xerunt , naturales quoq; Rerum publicarum esse conuersiones : ducta
 ratione ex analogia seu proportione : qua inter Rem publicam , &
 singulos homines , quibus Respublica constat , perspicitur . Sin-
 gularum corpora hominum cum contrarijs elementis constent ,
 eodem semper statu permanere non possunt : sed in ea principia , ex
 quibus coaliuere , redeant aliquando oportet : ut sua quidq; na-
 tura in mundo reddatur : ut quod igneum est , igni : quod aëre-
 um , aëri : quod aquatum , aqua : quod terrestre suscepit , id totum
 terra restituatur . Itaq; omnis etiam Respublica , ex varijs ,
 disparibus , discrepantibus naturis conflata ; & ad temperiem
 quandam redacta : in seipsa habet interitus sui principum : quod
 legibus aliquandiu compressum , & occultum , erumpit tandem
 per ambitionem , superbiam , inuidiam , auaritiam : sicut in
 Græcorum & Romanorum factum Imperio scimus . Et quem-
 admodum maxima queq; flumina , ab exiguis orta fontibus , au-
 geniur subinde multorum riñorum & mediocrum aduentu flu-
 uorum ; auctaq; in immensum & ipsa à mari absorbentur : sic ma-
 gna Imperia & Regna fieri solent minorum maiorumq; regionum
 accessione : id quod fieri vix potest sine multorum iniurijs &
 oppressione : ad summum tandem perducta fastigium , à potentiori
 quopiam rapta transferuntur ad alienam stirpem . Cuiusmodi
 rapina partim aperte exercetur , ut nunc à Turcis , & Scybis :
 pariim honesto aliquo praetextu velatur . In quo religionis ve-

lum obtinet principem locum: quandoquidem omnis religio pietatis se putet munere fungi aliorum culibus defendis. Unde per pulchre Carneades apud Romanos, andientibus Catone, & Galba Censoribus, differuisse fertur: hⁱ institutam & aequitatem spectare vellent, ad restim^m, quod aiunt, ad casas quidem certe, res eis reddituras esse. Non enim a posteris iure possideri, que maiores eorum per fas, nefasq^e, accumulauerant. Omnem autem Romanorum potestiam, omnes opes ex rapinis alienorum esse congettatas. Preterebant illi quidem varia bellarum causas: sed veram causam fuisse scimus infinitam habendi & regnandi cupiditatem; qua, Plutarcho ieste, hisce gradib^s assurgit; quivinctus est, cupit esse liber: qui liber est, vult esse Dominus qui Dominus est, optat esse Princeps qui priinceps est, desiderat esse Rex qui rex est, expetit esse Deus. tonare quodāmodo & fulgurare cupiens. Quid multa? ita certe vinitur in mundo: ut, qui plus armis possit, satis se habere causas putet ad alios opprimendos: sitq^e idem inter homines, quod inter pisces in mari, inter aves in aere, inter seras in sylvis; ut imbecilliores præda sint fortioribus. Hoc veteros quidam admirati, hominem esse quoddam Deorum lindibrium dixerunt: quod Deus & natura ludere videantur cum genere humano; ut pueri cum molli cera: quam nunc in hominem, nunc in bestiam, nunc in eorbem, nunc in aliā arg, aliam singunt formam: confundentes priores, ac sēpē quoq^e formas meliores; ut nouas faciant, quantumvis deteriores. Quem fortuna lindum contemplatus Seneca Poëta Tragicus pulchre depinxit hisce verbis; Nulla fors longa est: dolor, ac voluptas Inuicem cedunt, breuior voluptas. Ima permixtat breuis hora summis. Nemo confidat nimium secundis, Nemo desperet meliora lapsis.

Atq^e hanc Philosopham ex Diogenis dolio (liquore tantum, non natura vacuo) de promptam pusatore: melior procul dubio ex diuinis

ex diuinis literis, atq; ex aliorum etiam officinis Philosophorum
 afferri doctrina posset. Verum non satis mihi nunc aut in Theo-
 logorum infinitas possessiones expatriari, aut Philosophari hoc lo-
 co multis. Ad rem ergo. Ob causas commemoratas, & ipse Tur-
 carum Tyrannus iam animo & spe, ut dixi, orbem Christianum
 expugnauit: & non pauci in Polonia atq; Transyluania Christi-
 ani afferant nostra Reipublica in columnatam: desperatio autem
 illa principis est ob hostium multitudinem & potentiam: qua
 comprimi non pessime videatur: nisi coniunctis Christianorum
 Principum omnium opibus & viribus: eiusmodi vero coniunctio
 optanda magis, quam speranda credatur; cum in multis semper
 aliqui soleant esse, qui vel soliditate vel improbitate ab officio re-
 trahantur? Si soliditatis est, ardente pariete vicino, expectare do-
 nec propria incendantur ades; improbitatis autem, ob priuata que-
 da siue commoda, siue incommoda, deserere bonum commune. At
 vos o Germani, reliquiq; cordatiiores Christiani, nequaquam
 terrore isto animi vestri magnitudinem infletti sinetis: sed quan-
 to proprius nos tantus hostis accedit: tanto magis de concordia
 inter vosmetipso*s* constituenda, de egregijs militia Ducibus per-
 quirendis, de milite scribendo, primo quoq; tempore laboran-
 dum statuetis. Asianarum gentium maior semper fuit multi-
 tudine; sed minor in bellis virtus: id quod & Graci, & Romani, ma-
 xime vero Alexander, & Pompeius sunt experti. Idem hodie
 in Vngaria experiuntur milites Cesariani: qui numero longe in-
 feriores, confusa acie impetu in hostes facto, magnam eorum
 multitudinem sapè prefligant; quorum tamen plerique sunt Eu-
 ropei, robustissimi, exercitatiissimiq; latrones. Magnus
 profecto imbecillitatis Turcicæ in tanta hominem multitudine,
 & virtutis Vngaricæ in tanta milium paucitate, argumentum
 est; quod centum iam, & eo amplius annis, uni Vngaria
 Regno subiungando tantus Tyrannus incumbit: ipseq; Soly-
 manus omnum Ottomannorum bellicosissimus, quinque in

Vngariam dicitur totam ferè suam potentiam contulisse : nec tam
men eam totam in potestatem suam potuit redigere : nec posteri
eius potuerunt. Omnino incomparabile propugnaculum Germa-
niae fuit Vngaria : est q̄d adhuc aliqua parte ; qua si à vobis deser-
tur ; eadē prorsus erit conditio nostratium , que nunc est Vnga-
rōrum : atq; hand scio , an Germania tamdiu resistere , ac repu-
gnare Turcis possit , qm̄ haclēnus restitit & repugnauit Vnga-
ria. Ea tota subacta , liber Turcis erit excursus in Germaniam :
ipsiq; Vngari quasi deserti , & contempti à Germanis : omni ani-
mi impetu irruent cum Turcis in nostrates : eosq; opprimere , ex-
scindere , spoliare , instum , gloriosum , & memorabile facinus
esse ducent. Nam ut satis iam populea & armata sit Germania:
tunc quidem certe quotidianis latrocinij , insidijs , velitationi-
bus , pralijs minutis , & maioribus , ad eandem redigetur pauci-
tatem ; ad quam nunc Vngaros videmus redactos. Hoc autem
tempore tota adhuc spes defendendæ Germaniae in ipsis nostris ha-
ret Germanis : si ex ijs collectus exercitus alatur in finib; ; non
ad annum , sed aliquot annis ; & tamdiu , donec perpetuus Chri-
stiani nominis hostis à cœtuicibus nostris repulsus ; & in Thraci-
am , vel in ipsam etiam usq; Asiam fuerit retrusus. Cuius ne-
gotij totius cardo in eo vertitur : ut ineatur ratio , qua nunquam
deficiens cogatur pecunia ; ad exercitum continenter in finib; alendum.
Non inepta fortasse fuerit ratio , si præter Princi-
pum , & Rerum publicarum stipem in belli sumptu collatitiam ,
deni quiq; tum ciues , tum rustici alant quotannis unum mili-
tem : sig; ditiones etiam Nobiles , Generosi , Illustres Domini ,
ex inutilibus delitijs aliquid detractum conferant in communē.
Qua pecunia necessitate expressa efficietur , ut & dintiss suis illis
frui fortunis possint ; & longius simul vitam producant , detracto
gula non necessario cibo & potu. Posteaq; decidendum aliquid
erit ex superbo quog; cultu corporis mulierularum : eademq;
monende , ne granaria in laborati & periclitanti patria subueniant.

Flagitante

Flagitante Republica necessitate Romani olim nec uxores, nec flaminos suos, & sacerdotes immunes à contributione esse voluerunt. Et imperator Antoninus cognomento Philosophus, omnem Imperioriam suppellectilem venders; ac splendore aulico carere maluit; quam Imperio, quod à barbaris infestabatur, deesse. Hac generatim tantum de pecunia ratione potni scribere: Pragmatici homines quibus summa sapientia est, priuatim acquirendae pecuniae intelligentia, meliores sine dubio norunt rationes colligenda publicè pecuniae. Diligenter vero inquiratur in rationes Belgarum, quibus per tot annos cum Rege inuictissimo bellum gerentibus (non facio alienam litem meam, sed quid ex ea decerpit possum boni, narro) satis semper fuit pecunia. Inneatur igitur eadem ratio: qua illi sustinuerunt tanti & tam diurni belli sumptus: neq; prudenti parcendum pecunia, ubi libertas periclitatur: cum verissimum sit, quod vulgo iactatur: Non benè prototo libertas venditur auro. An vero tota Germania minus possit, quam Belgium? An minus etiam, quam nunc Hollandia, & Selandia? Cumulata pecunia belli neruo; reliquum erit, ut querantur HOMINES; partim tales prorsus, quales Diogenes clarissimo die quarebat, accensa laterna, nec tam inueniebat: partim etiam quales ubiq; sine laterna videbat. Primi generis sunt ingeniosi, prudentes, magnanimi, & regendis alijs apti: qui immortalem gloriam mortali corpore studeant comparare: aspernandamq; putent hanc nostra mortalitatis collisionem: ex qua breui alioqui discedendum sit: si non in bello, at in pace: fatali plane necessitate. Alterum hominum genus omnes eos complectitur, qui ferè ventris tantum causa vivunt: qualium, ut Plinius ait, maxima pars est mortalium: hi percolando cibo & potu, dolione suo pertusò implendo occupati; nihil alcum, nihil magnificentum, nihil hominis præstantia dignum in vita designare possunt. Etsi enim verè nobilis etiam & ingenuus homo, non minus sine cibo potuq; possit vivere: quam vel asinus,

vel homo stolidus : doles tamen , tanta venoris importunitate ,
tam sapientia , in rebus propriis ad hominem , ad religionem , ad do-
ctrinam , ad rerum gerendarum gloriam peritentibus , inter-
pellari . Ex qua naturarum differentia , ius nobilitatis , tum
ignobiliteratio , in orbem Christianum , atque etiam olim in
Imperium Romanum profluxit . Quicquid enim optima parens
rerum natura sapientissime facit : id mens humani ingenij si medo-
si eiusmodi , ut ex cogitatione conserri ad rem possit , diligentissi-
me imitatur . Facit autem natura ex ignobilis elemento nobilium ,
& contra , ex nobilius ignobilius ; ut ex aqua aere , ventos , toni-
trua , fulmina : & vicissim ex aere aquam fabricatur . Quod
natura opus Christiana Republica effugit ; quando ex rusticis , &
cuiibus intelligentibus , beneque pro aris & focis defendendis dimi-
cantibus , facit nobiles : & hos rursum , si a virtute deficiant , &
natales suos dedecorent , ad ignobilium deprimit conditionem .
Iam horum tam nobilium , quam ignobilium animos religionis
controversis exulceratos sanare poterit instans periculum , & con-
sentendi summa necessitas : ut belli saltem tempore sint vnum ,
maneant vnum , moriantur & vnum : pro quibus ipse
Christus est mortuus ; quosque innigit vnum fædus , vnumque bapti-
smus . Non me fugit quam difficile sit , animi vnlmis dissentiens
tibue religione opinionibus inflatum dissimulare . Sed quid fa-
cias ? Enge tu qui meliore te donatum religione putas , rem tibi
esse cum agroto valde impatiens : cui in multis sit rebus conni-
nendum : si prudenter agere , nec charitatem scindere velis . Si
conuiciis Evangelicus afficeris ; cogita illud cui Erasmi ; fugax
etas , & vitrea valerudo non quibuslibet rebus impendenda : Sed
quædam despiciendas sunt , & animus ad magna erigendus . Vere
magni est animi , quasdam iniurias negligere ; nec ad quorum
libet conuicia habere vel linguan , vel aures . Si Catholicus ali-
quid pateris , volue animo illud int Marsili Ficini ; Ad maiori-
ra ego debo esse paratus . Didici enim à Zenone , & Socrate ,
ne ipsam

ne ipsam quidem mortem esse pertimescendam: didici à Thalete, & Heraclito, cuncta mortalium sive bona, sive mala, dum oriri videntur, occidere: didici a Pythagora & Platone, dormire in corpore animum; & quaecunq^z hic agere aut pati videmur, nihil aliud esse quam sonnia: didici deniq^z a Christo Opt. Maxima nobis defixis in omnem eternitatem oculis, cunctas mortalis huius vitae iniurias esse negligendas. Et vero irreligiosis nostris de religione altercationibus infirmamus illam ipsam sanctissimam Christi religionem: prodimus hosti extero Rempublicam Christianam: ludificandos nos ad indignum modum Turcis, & Iudeis prebenens: deridendos nos Ethnicis omnibus propinamus. Hi Augustini adhuc tempore Christianis imputarunt Romani Imperij dilacerationem, eiusq^z breui securoram ruinam: quid nunc quo^z illi dicturi essent? Quid vero Symachus idolorum Pontifex? Is apud Ambrosium, persuadere Arcadio, Honorio, Valentini-ano Imperatoribus volens, uniuicq^z nationi suam esse religionem relinquendam; Omnes, inquit, gentes aspirant ad arcana divini numinis, sed non iisdem modis; cum non omnes eiusdem sint ingenij, sed varijs vijs ad eundem tendunt D E V M. An non ille suam nunc Idolatriam, dissensionem Christianorum exemplo corroboratus est? Sint igitur animi liberi, & vacui perturbationibus: nihil non iuste ac prudenter, quod ad rem Christianam pertinet, iudicerit: omnia praesentia & futura pericula suo pondere examinatur: non dubito, quin decretia & uersio bona fide ingratiam redditri: & coniunctis viribus atq^z opibus omnibus, in communem hostem sibi pugnaturi. Nulla unquam cura hoste isto esse vobis vera pax & concordia potest: nec bello, nec pale tuti eritis ab eius infidelijs. Ei si enim non semper infelix vobis bellum; semper tamen occasiones querit vos opprimendi. Negligit omnem animi culturam, a Musis & Gratys alienissimus: ut nullam vivendi causam ijs relinquat: qui ingenio, quam uenire; malunt vivere. Contempnis artibus liberalibus unam colui rei militaris

militaris disciplinam : qua opprimemini tandem (experientia credite) nisi prouideritis. Accidit etiamnum vobis , quod finitimi Roma populis ; qui apud Lixium conqueruntur de Roma : castra potius quam urbem in medio positam , qua pacem omnium & tranquillitatem turbaret. Tollit omnem nobilitatem ; ne superfint , qui impatientia seruituris , & contemptu propria saluis , aliquando ipsum tollant Tyrannum. Imperium suum non aequitate , sed hast & longitudine metitur : nimirum omnem cum agrum suum esse censet : quem vi & armis occupare possit. Fide non stat in dictis arg, conuenientis : fædera eatenus seruanda existimans ; quatenus Tyrannidi sua augenda conducunt. Sic non ita pridem hic Amurabes fædus rupit Persis : sic nunc idem frangit Christianis. Durissima premit seruitus omnes Christianos ; qui Christo nuncium remittere , & Mahometi nomen dare suum recusant : non liberis eorum , non uxoribus , non supellectili parcit miles : quiduis quoniam tempore in adibüs illorum impune & tentat & perficit. Vnus omnia tenet : cæteri omnes eius mancipia ad pecudum utilitatem abiecta : ut valde mirandum sit , & auditu horrendum : esse quosdam in Germania Christianos : qui dictinent , se Turcico Tyranno malle parere : quam Catholicorum societatem amplecti. Colludit nunc ille quibusdam Christianis tantisper : dum denictis potentioribus , eos quoq, veram seruire seruitutem cogat. Exemplo sint Graci , omnesq, alij , qui ad sacra Mahometis necdum defecerunt. Eadem plane nunc est ratio Turcarum & Christianorum , qua olim fuit Persarum & Gracorum : illi barbari , hi humanitate perpoliti : illi ducebantur superstitione , hi ratione : illi multitudine , hi arte pugnabant. Xerxes quinquages centenis hominum milibus in Graciam invasit ; nec tamen victor , sed turpissime vinctus fuit. Facebat proinde animorum pusillitas , & desperatio ob hostium multitudinem : quando non tam multitudine vincit : quam ordinum ex arte militari instructio : & pugnandi vincendiq, pertinacia , ex conscientia bona

bona causa nata : quibus virtutibus nostrates longè antecellunt
 Turcis. Graci olim & Romani prodigi vita fuerunt odio serui-
 turis , amore patriæ, atq; commodorum misera huius vita : & vos
 Christiani , quibus patria est eternitas , vera diuinitas , diuinitas ,
 mortalem hanc vitam immortalitati antefertis ? Sed iam facio
 finem ; infinite regans magnifice generosum benignissimumq; D.
 Anselmum de Vels in Intizing , Sacratissima Cesarea Maiestati
 à Consilijs Camera Aula , patronum incomparabilem : ut bre-
 ue hoc scriptum suo tueri patrocinio contra maleulos dignetur .
 Inuidum enim mortalium ingenium arrodit & lacerat omnia ;
 ne à sanctissimis quidem viris abstinens : nedum à me , quem ca-
 lumniatoribus valde opportunum reddidit superioribus annis ini-
 quitas fortuna . Quocirca optabam etiam Magnifici D. Jacobi
 Curtij ab Senffrenauv , non tantum genere , sed ingenio & doctri-
 na clarissimi viri , Sacra Cesar . Maiest . à secretis Consilijs , &
 Imperij Procancellarij patrocinium : verum non ausus sum pra-
 sens presentem tantum Heroëm compellare : nunc tamen Diogenis
 hoc dolium ad ades illius deuoluendum curauit . Ut enim nec ma-
 gni momenti : nec tanti & tam eruditis Domini cognitione dignum :
 voluntate tamen sua & strepitu (inania siquidem maiorem ,
 quam plena edunt sonum) excitabit fortasse & pertrahet in eam
 speculam : ex qua diuis Hieronymus uniuersam terram sub pedi-
 bus positam optabat videri : ut Heliodoro suo ostenderet posset to-
 talis orbis ruinam : gentes gentibus , regnis regna collisa : alios
 torqueri , alios cœcari : alios absorberi fluctibus , alios ad seru-
 itatem trahi : hic nuprias , illic planctum : illos nasci , hos mori :
 alios diffluere delicijs , alios mendicare . Quarum rerum memo-
 ria si laboranti Reipublica subueniri non possit à viro sapiente ; at
 luctus ipsi minicar ; & animo eius prestans illa diuinaq; sapien-
 tia ingeneratur : qua (ut Ciceronis utar verbis) perceptas peni-
 tias & pertractatas habeat res humanas : qua nihil , cum acide-
 rit , admiretur ; nihil aniequam euenerit , non euenerire posse arbit-
 retur .

tretur. Omnia autem homini, quantumuis sapienti & potenti, enenire tandem posse, cum ipsa loquitur experientia (videmus enim eos etiam, qui sapientissimi & potentissimi habentur, paullo momento prostratos extremis malis confici) tum non retinet clarissimi Astrologi admirabilis illa sententia: qua caelo quies, terra circularis motus tribuitur. Stat quodammodo calum ob tam statui leges motuum, certasq; vices revolutionum: terra autem volubilis cernitur infinitis turbis, bellis, alijsq; miserijs. Vnde magni quidam Philosophi dixerunt: cum calum aspicimus; facile nos diuinam agnoscere prouidentiam: sed cum ad terram oculos reflectimus; omnia fortuna arbitrio relictâ, omnia videri eæco casu volui. Qua orbis humani volubilitate, in bello ciuili inter Casarem & Pompeium orto offensus Cato, Philosophus Stoicus, magnam esse in rebus diuinis caliginem exclamasse; sibiq; ipse mortem consciuisse dicitur. At Christianus Philosophus altius electus, omnia vita incommoda diuina adscribit prouidentia: que commodis incommodisq; permiscendis, vitam bonorum temperare soleat: ut dissipatus per secundam fortunam animi partes recolligat per fortunam aduersam: ut cum humanum corpus deteriore post mortem sit conditio ne, quam belluarum (Nemo n. ex mortui hominis vel amicissimi corpore aliquid cupit habere: ex bestiarum autem caderibus expetuntur permulta, ut pelles, cornua, dentes) aliquid saltem animi studeat vincentibus relinquare.



LAZARI SVENDII

Baronis, Quomodo Turcis sit resistendum

CONSILIVM.

Cum



Vm imperium Turicum sit haud
 dubie percussio & flagellum Dei, ad vindicā-
 da peccata Christianorum: ideoq; inanditos
 habuerit hactenus successus & incrementa,
 cum admiranda serie & successione domus
 Othomanica: cumq; nullus hactenus populus,
 nulli Imperatores, Reges, & principes, illius potentia resistere po-
 tuerint: & vel tempestine pacis vel fæderis conditiones cum ali-
 qua subiectione & tributi exsolutione acceperint: ire durum iugum
 seruitutis & tyrannidis cum publici statu exitio ferre coacti
 sint: & nos in Imperio Germanico in eodem periculo ac pre-
 cipitio indies magis ac magis versemur: hostis auem potentia, &
 regni sui firmitas, & distractio nostra talis sit: ut nentiquam ad
 illum debellandum pares & sauis instructi esse quicamus: Imo
 cum nobis difficilimum sit, nos & nostra ab imminente illius ty-
 rannide & certo quasi exitio sustinere & defendere: maxime cum
 onus belli nobis solis quasi intolerabile sit: & à reliquis Christia-
 nis in ista peruersitate temporum, nulla nobis aut perexigua au-
 xilia speranda sint: facile hinc apparet, qualia de nostra conserua-
 tione & salute nobis consilia instituenda. & quorsum nostri conatus
 bellici dirigendi & expediendi sint: ut possibilem & salutarem
 finem & effectum, Deo dante, consequantur. Itaq; de bello
 Turcis ultro inferendo, cum viribus, cuius nervis belli, cum
 auxiliis, cum occasione, cum armis, cum ordine & disci-
 plina militari, cum deniq; belli continuazione longè impares
 simus: cumq; non tantum cum hostium potentia, sed curia
 & vindicta numinis res nobis gerenda sit: item cum tam calamito-
 sa tor seculorum exempla, tot Imperatorum, Regum, princi-
 pum, populorum, ciuitatum, qui bello disiuncti, etiam
 viribus & multis alijs commoditatibus essent instructissimi,
 præ oculis habeamus: non puto in hac temporum necessitate

ullam consultationem frustra suscipiendam esse. Nam sicut res
ōnes creatae & naturales certo ordine & prouidentia diuina regun-
tur, & suis vicissitudinibus sunt obnoxia: ita non est dubium, res
hominum & imperiorum maximè gubernationes diuino consilio
& prouidentia legibus similiter crescere, stabilitri, conseruari, &
persuasivis vicissitudines corrumpi, debilitari, labascere, mutari, in-
terire. Hactenures res Tūrcica spacio aliquot seculorum proximo-
rum in perpetuo & fatali quodam successu & incremento fuerunt:
itaque frustra conati sunt vicini imperatores, reges & principes eas
viribus & conatibus suis opprimere, vel cursum felicitatis sua im-
pedire. Nam nostro tempore cum plus, quam alias unquam, illo-
rum potentia ordo & virius militiae & gubernationis vigeat:
cum nihil appareat, quod nutet aut labescat: cum totum ferè
Oriētem & Europę maiorem partem, duro scruturis iugo oppres-
serint: vel sibi confederatam & tributariam habeant: cum re-
liqui Christiani inter se minus, quam ante unquam stabili una-
nimitate & concordia sint colligati: qua insania esset, Germanos
solos tali rerum statu bellum Turcis velle ultero inferre? Certe ra-
tio & nostra necessitas potius suadet & postulat, ut omnibus mo-
dis pacem amplectamur: canem dormientem in certum nostrum
exitium minimè excitemus. Immo ut omnes potius causas &
occasiones evitemus: quibus tantus hostis ad bellum excitari vel
irritari possit. Et quanquam fateri oporteat, pacis & fæderum
nullam certam apud Tyrannum & religionis nostra hostem esse
affirmationem: interim tamen videmus multa regna & populos
Christianos longa cum illis pace, ratione fæderum vel tributi &
subiectionis alicuius frui: ut Polonos, Persas, Moldauos, VVala-
chos, Armenios, Georgianos, Marghillos. Deinde si paci cum
Turcis constanter insistimus: nihil inde nostris viribus, nihil de-
fensioni & conservationi nostra decedit: modo homines esse & viri,
& rerum nostrarum satagere velimus. Immo quo magis pax est
dubia, & belli periculum ac discrimen nobis cerio impendens: eò
magis

magis eam pacem appetere & amplecti debemus: ut interim, dum illa frui licet, cum rebus nostris tam male sit pronisum, nostram defensionem melius instituamus: & prouideamus, ut, vis belli Turcici si ingruat, nos non simul opprimere, sed quasi clausis & repagulis per meliorem confiniorum fortificationem & defensionis nostra preparationem impediri atq; infringi queat. Experientia hactenus nos docuit, apertis praliorum conflictibus Turcas vinci & debilitari non posuisse: & si aliquando cladem a Christianis acceperint, eos irritatos ad vindictam, paulo post bellum maioribus viribus, restaurasse: immo pleraq; regna & populos propterea, quod salutem suam praliorum discrimini temere expuerunt, misere interisse, & sub ingum Turcicum venisse. Facile quoq; est considerare & cernere, quod ex nostra parte sola natio Germanica non possit esse instructa sufficiens ad eum potenter & solerter hostem publico pralio debellandum: aut, si hoc fieri posset, sicuti victoria apud solm Dchm stat: tamen non nisi summa necessitate vel ex nobis diuinitus oblata meliori aliqua occasione id tentandum esse. Nam et si robore equitatus & armorum genere multum valeamus: tamen numero, disciplina, agilitate, patientia, ordine aciei, & solertia configendi longè inferiores & impares sumus Turcis: & si contingere, nostrum equitatum in pralio Turcarum equitatum primo impetu profigare (sicue non puto esse, diuina voluntate non repugnante, dubium) tamen adhuc longè à victoria absimus: cùne illorum equitatus sit quadruplo aut quintuplo numerosior, quam noster esse possit: & cum per turmas sibi innicem succedentes, non una fronte & acie pugnare soleant & illorū acies, etiam si sensel profigetur, non propterea in plenam fugam effundatur: sed ordines statim reparat, & iterum in pralium redeat: vel ad reuinitiones pedestris aciei, tanquam ad munitionem ciuitatem se recipiat: ut ibi coniunctis viribus si hostis eo usq; victoriam prosequatur, iterum ac longè validissima pugnat. Est autem pedestris acies ita apud

Turcas instructa: & tormentis, curribus, camelis: & si opus sit, vallo & fossa munita: & Ianizerorum virtute & prestansissimo-
rum equitum labore subnixa ut impossibile quasi sit equitibus
illam interrumpere ac profligare: sicut etiam hactenus in mul-
tis praeiorum conflictibus iniecta semper permanxit. Et exem-
pla testantur, tam apud Christianos quam Persas & alijs po-
pulos: etiamque primo victores extiterint: tamen ad ultimum,
cum denuo ad munitiones & vallum praecastris acie et pugnan-
dum, iterum fuisse profligatos. Ita olim Rex Vladislaus &
Hunniades: ita Sigismundus Imperator, ita Sophius Rex Per-
sarum: ita Sulthani Aegyptiaci: ita rex Ludowicus Hungaria
fuerunt deuicti. Nostra autem moderna ratio configendi eō est
deterior: quod lenioribus equitibus, quibus antiqui abundabant,
ferè omnino deſtituamur: & quod Germani equites in prosequen-
do hoste prorsus sint impares atq[ue] inutiles: Deinde quod restaura-
tio pralijs, & reparatio ordinum, si semel in conflictu vel insecuri-
one dissoluatur, apud nostros sit etiam valde difficultis: maxime
cum contrā tam versatilem hostem vel nulla, vel parva experien-
tia ab illandi & configendi ex nostra parte accedit. Tandem est hoc
periculosisſimum: quod in nostra bellandi ratione nunquam pedestres
copia in eam disciplinam & ordinem fuerint redacti: ut simul cū
equitatus labore progredi ac pugnare, & cedentibus hostium tor-
mis usq[ue] ad pedestres aciei munitiones penetrare possint: quod omnino
neceſſe est fieri, si de Turcis victoriam consequi vulnerimus. Acce-
dit & aliud, quod nostram bellandi conditionem etiam nobis peri-
culosam & difficilem reddit: Turcae mirabiliter celeritate & leuitate
belligerant, progreduintur, retrocedunt: quomodo & quando vo-
lunt, locant facile & mutant castra: excurrunt dies & noctes, com-
meatu ferè nunquam distinguntur. Noster exercitus contra diffi-
culter se mouere, progredi, castra locare & mutare, & hoste propin-
quo ad frumentationem excurrere potest: & si commeatu, aquati-
one, frumentatione intercluduntur: si per plures dies equis insidere,

estim

estum & sicim, famem & laborem ferre oportet: illico viri & equi
langescunt: quod hostibus nostris de nobis optimè notum est. Itaq;
hoc solum urgent; ut in planiciem nos prouocent: pralium, ad quos
ipsos inuitos vix cogere possumus, quotidiè ostentent: & continuis
assultibus & velitationibus nos infestent: & delassatos, & à com-
meatu ac frumentatione exclusos, & debilitatos tandem è melius
vincere possint. Inde factum est etiam, quod proximis annis, post
denuntium prælio Regem Ludonicum; quoiescunq; Turcarum im-
perator personaliter est egressus: noster exercitus nunquam ausus
fuit illi obuiam progredi: & aperto campo occasionem pugnandi
quarere: sed semper se munito loco, & commeatu accommodo con-
tinere: atq; inde hostis ulteriorem & liberiorem progressum impe-
dire & detinere coactus fuerit: ratione scilicet & experientia ex-
torquente, ac nobis imprimèt: quod salus & conservatio nostra pro-
statis rerum nostrarū potius ex bello defensio, quam offensio de-
penderet. Vidimus quoq; nostris oculis, post quam Germani defensi-
onē Vngaria reliqua suscepérunt; Gratiane defensua maximè bel-
larunt. Turcas, et iam si sepius potentissimo exercitu egressi sunt, ta-
men per tot iam annos Vngariam plane desincere non potuisse: sed
coactos fuisse frustulatim iam hec, iam illa confiniorum loca, non
sine magna temporis & exercitus iactura expugnare, & ad sua re-
uerti. Ex causis supra dictis & multis alijs rationibus, qua brevi-
tatis causa omittuntur, plus satis apparet: de bello offensio & spô-
taneo contra Turcas, rebus sic stantibus, non posse villa consilia &
conatus salutariter ac commode institui: sed porrius paci, quo ad fieri
potest, insistendum esse ac prouidendum, ut hostis per subitam pacis
fractionē nos minùs subiō opprimere queat. Minus. n. tale aliquid
andeat, cūm nos probe ad nostram defensionē instructos & para-
tos videat. Et cūm facile quoq; sit animaduertere, exteris nationes
hoc iam callide agere, ut bellū Turcicum a se auertant & in cer-
vices nostras convertant: tanto magis certe nobis elabordū est: ut
pacē conservare cū Turcis possimus, ut ita vires suas in continuatio-
ne bellū maritimi conuertant: & in illo magis ac magis implicetur.

Pacis conseruatio in quibus consistat.

Belli defensiui ratio duplex.

Prima ratio belli defensiui.

Nam ita ex nostra parte tutiores permanebimus: & interims ea melius, que ad defensionem nostram pertinent preparare ac instaurare poterimus. **PACIS** autem conseruanda ratio potissima haec erit: Primo tributi sine honorarij ordinaria & tempestuosa solutio: Deinde pacifica confiniorum custodia per bonam disciplinam, & sufficientia praesidia: ita tamen ut hostiles hostium excusione, hostiliter & fortiter etiam repellantur atq; reprimantur: Tum reliquarum pacis conditionum sincera obseruatio: praeterea omnium rerum emitatio, que Turcas irritare possent: Postremo abstinentia à regno Polonia, cum tali irratione & accordatione; que perpetuam amicitiam & confederationem cum domo Austriaca & Rom. Imperio conseruare possit; & nihil indignitatis habeat. Hanc haud dubie Batorius offeret ac spondebit ultrò cùm nihil magis appetere possit, quam quietam regni intentionem: & non sit tam vacors, quin bene intelligat, sibi ab auxiliis Turcicis multò magis, quam ab hostilibus nostris conatibus extimescendum esse. **E S T** autem belli defensini ratio duplex contra Turcas: Primum necesse est confiniorum loca sufficienter munire, & necessarijs praesidijs custodire: item artilleria commatu prouidere. Alterum est, maiori vi belli ingrante, maioribus subsidijs & auxilijs succurrere confinijs, & iusto bello, si oppugnat resistere: **Q U O D** duplice ratione fieri: videlicet per militiam ordinariam, sive ordinem defensuum inter ipsos prouinciales institutum & intertenendum: deinde copys auxiliaribus à statibus imperiis submissis. **Q U O D** ad confinia attinet, primo hoc considerandum est, & maximè ponderandum, summopere interesse Germania: ut Vngaria restantia confinia peritacissimè defendantur: ne hostis ad ipsam Germaniam penetrare possit: ubi longè difficilior & periculosis bellandi necessitas nobis incumbet; quam praesens in Vngaria est. Nam ibi confinia iam ex magna parte sunt munita: populus ad bellum assuefactus: & ad omnes calamitatis & necessitates quasi induratus. Tacco mille alia in-

commoda,

commoda, damna, clades, calamitates, miseras; quae inde con-
guntur, & cuilibet sunt præ oculis. Deinde hoc quoq; certum &
evidens est, Cæs. Maiest. cum suis prouincys ad intentionem
necessariam & ordinariam confiniorum non posse solam amplius
sufficere: & multa damna & iactura & amissiones in confinijs ex-
eo solo defecta contigisse: quod confinia necessarijs presidijs & pro-
visionib; fuerint destituta: videlicet milites pauci & illi non so-
luti, & vix ex media parte instructi, ac presentes loca non suffici-
enter munita sive fortificata, & commeatu & artillerijs prouisa:
item in periculo & necessitate nullus succursus; nulla auxilia;
nulla maiora præsidia in promptu. Ergo omnino & inenitabiliter
modus & ratio inuenienda est, confinia securius & melius conser-
uandi & intertenendi. PRIMO ut eo magis custodia &
conservacioni confiniorum innigiletur; & tempestime ac bono or-
dine omnia prouideantur & gerantur: & animi subditorum eo
magis excitentur ad sollicitudinem & exercitum bellicum: neces-
sarium omnino erit, militiam ordinariam, sive ordinem defensi-
um inter prouinciales nuper institutum, strictissime & severissi-
me obseruari. Deinde erit consultissimum, confinia inter ipsas
prouincias distibuere: & cuilibet certa loca assignare, quorum
curam gerere debeat: videlicet exsoluendo militibus ordinaria &
mensura stipendia: prouidendo illis de commeatu & alijs rebus
necessarijs: lustrando milites, ut semper iusto numero adsint; pro-
mouendo fortificationes necessarias, & his à Cæs. Maiest. prescri-
ptos ac definitos sumptus suppeditando: & invigilando, ut omnia
debito modo siant, & expensis inutilibus parcatur; & contra con-
cedatur cuilibet prouincie, ut sumptus ad sua confinia impenden-
dos, ex prescripto Cæs. Maiest. deputatos ex suis contributioni-
bus, que alioquin in Cameram deportantur, desumere ac retinere
possit. SECUNDO cum antiquitus Ordo Teutonicus in hunc
finem & usum sit constitutus, & tantis dissimilijs dotatus: ut contra
infideles perpetuis suis presidijs militet: iam autem longo tempore

Quomodo
confinia co-
stituenda &
intertenen-
da.

I.

II.

otiosus domi desideat, & rei familiari tantum intentus sit: refermetur ille in ista necessitate & discriminis publico & in Vngaria confinia transferatur: & illuc custodiam certorum aliquorum fortalitiorum in se recipere teneatur: eodem modo ac ordine, quo Melitenses & quites in Italia militant, & Melitam insulam defendunt; Augentur illorum redditus: & constituantur noua & plures Commendaria ex monasterijs & bonis Ecclesiasticis collabentibus, & alioquin in Secularium manus deuenientibus.

III.

TERTIO cum nec istis praedictis medijs, provincialium scilicet ordinis militia, & Ordinis Teutonici reformatione ac translatione, sufficienter confinia praesidijs firmari & interteneri possint: omnino & inenitabiliter faciendum est, ut status Imperij sua quoq; auxilia ordinaria addant: & provinciales Ordinemq; Teutonicum certa summa pecunia annuatim iument. Deliberetur ergo de modo perpetuae contributionis: prout statibus Imperij commodissimum videbitur: habeat Imperium suos ac proprios Quastores & commissarios; qui pecuniam distribuant, & enumerent in tales usus, in quos fuerit destinata: supputentur rationes sumptuum singulorum confiniorum: & ratione subducta sustineat Cas. Maiest. cum suis provincialibus & subditis media partem: alteram Status Imperij praestant. Fiat deniq; Confiniorum certa distributio, & designatio cum bono modo & ordine. AUSTRIA curam habeat praesidiorum Laurinensium, Toccanensium, Gomorrensum, Vespriensis: Bohemia cum Silesia & Moravia superioris Vngaria & Montanorum: Archidux Carolus cum suis provincialibus curam gerat Croatia & Dalmatia: & inuenetur quoq; certa summa pecunie ab imperio: Ordo Teutonicus suscipiat in se defensionem Canisa & vicina regionis. Praterea ordinetur in quolibet loco numerus sufficiens: videlicet si praesidium, quod in praesens est collectum, sufficiat, relinquatur ita: sin minus, augeatur. Imponantur in omnia potiora loca praesidia Germanica: & illis sit potissima cura, custodia defensionis demandata: addantur aliquot pedites Vngari:

Confiniorum distri-
butio.Præsidi-
orum ordo.

Vngari: item Equites Vngari: item certas etiam numerus Equites Germanorum in posterioribus locis. Item Vngari Equites magnō numero cūm non reperiāntur: intētēnēatur certus numerus Archibustanorum equestrīs, ex omnibus nationibus collectus. Deputentur Capitanei in qualibet loca ex illis ipsis prouincijs: qui illorum locorum curam gerant; si donec reperiāntur. Milites qnog_z Germanici, pedites & equites ex prouincialibus ad præsidia deligantur, vel paulatim suppleantur ita ut in demoriorum vel discedentium locum semper aliqui ad militiam apii ex qualibet prouincia succedant: & eo deputentur ea conditione: ut per biennium vel triennium ibi permanere & militare teneantur: & antea non dimittantur aut mutentur: ut ita paulatim usus & exercitium militiae inter prouinciales iaducatur: ita tamē & milites ex imperio nobiles & ignobiles, qui in Vngaria militare volent, liberū erit accessum ad stipendia habeant. Præsidia Ordinis Teutonici eodem serè modo & ordine instituantur: quo Equites Iohanniti in insula Melitensi utuntur. COHORTES aliquot milium supernumerarie intētēnēantur: & collocentur in certis quibusdā & diversis confiniorū locis: quo ad omnem subitam hostiū incursionem parati esse, & coniungi, & à prouincialibus, secundum ordinē defensionum, maioribus subsidij, si opus sit, innari & augeri celeritate possint. Aut si melius videbitur, supernumerarij milites isti, secundum allegatū defensionis ordinem, ex numero peditum tricesimorum electorū capiantur: & ex ijs equitibus, quos Nobilitas pro quantitate facultatum & census centum libraruū alere, & ad prīma quæz pericula & necessitatēs paratos & instructos habere tenetur: ita ut per vices sufficiēte numero ad confinia eligantur & mittantur: & per trimestre ibi permanere cogantur: donec scilicet ali successerint: ut ita omnes prouinciales successivē militiam discant & experiantur. PLANE natura & ratio, temporumq_z necessitas, & omniū seculorū & populorū exemplanos docet; pro patria, pro liberis, pro aris & foci pugnandū & viriliter pugnandum esse.

Militum numerus.

Militia ordinaria sive ordō defensionis in omnibus prouincijs.

Armentur igitur, lustrentur, exerceantur omnes Cæs. Maiest. subditi ad militiam apii, in omnibus suis hereditariis provinciis: nobilitas in primis teneatur, pro cuiuslibet facultatibus & viribus militiae equestri esse addicta & instructa. Cæsarea & Regia Maiestas, & filii Principes in suis aulis, & inter suos nobiles & aulicos primarium exemplum prabeant. Sint in honore & estimatione militares viri: & promoueantur ad dignitates & officia. Statuantur severæ leges militares & sumptuariae. Strictissime & severissimè obseruetur ordinatio & prompta euocatio ad confinia tricesimorū peditum & equitum, secundum censum centesimum. In maiori necessitate insurrectis nobilitatis, & decimi vel quinti cuiusq;
ex subditis sequuntur: pro ut in ordine militia defensio latius ista

Fortificatio
certorum
locorum.

explicantur. Nam cùm magis ac magis constet, quæ vis, quæ industria Turcarum sit in expugnandis locis munitis: & cum præcipua ratio salutis & conservationis nostræ, ut supra dictum est, ex defensione confiniorum dependeat: omnino Cæs. Maiest. & statibus Imperij faciendum est: ut munitiones magis necessaria accelerentur & perficiantur, ac rebus necessariis prouideantur: videlicet Canis & fortificatio: cùm ibi hostis liberum habeat ingressum ad Austriam & Stiriam, & non sit aliud obstaculum. Gomorri quoq;_s fortificatio emendanda & extendenda est: pro ut multories fuit consultatum: cùm castrum modernum vim hostilem minimè sustinere diu queat. Vienna perficienda item: cùm non parum sit periculi: ne illius obsidionem hostis tentare velit, si personaliter egrediatur. Omnino autem sunt in tempore suburbia demolienda, aut, quantum fieri potest, transferenda: ut ibi noua cimitas constituantur, & etiam fortificetur. Nam hoc modo Vienna fuit difficilis occupationis: & semper poterant subidia immitti. Silesia & Moravia & provincia Boemia rectissime facerent: si fortificationem Turnauia in se vellent recipere: cùm illic summoperè etiam ingressus hostis sit timendus; & non sit aliud propugnaculum. Ad plenioram fortificationem Iaurini pro-
pugnacula

pugnacula aliqua ex altera parte Danubij addenda. Agria & mnino perficienda & acceleranda. Cassonia quoq; fortificatio non negligenda: cum si: principalis urbs totius Sepusij; & sustentaculum reliquorum locorum & fortalitionum: item receptaculum commeatus, artillerie, militum supernumerariorum. Ad labores fortificationum colonorum opera per vices continuè adhibenda: & nullo modo illis parcendum est. SV M P T V S in fortificationes faciendi, similiter ut alia impensa bellica, ex media parte à Cæs. Maiest. & suis subditis ac prouincijs, & altera media parte à statibus imperij praestentur. Fiat reuisione & estimatio structurarum, & operum necessariorum in singulis confinijs: & quoad fieri potest, certa sumptuum computatio: & conuenientur inter Cæs. Maiest. & statius imperij vel Commissarios eius: quantum quolibet anno impendendum sit, & que loca maxime acceleranda.

C O M M E A T V I vero prouidendi & sufficien- **Commeas**
ter & utiliter subministrandi in singulis confinijs non est melior **tus ratio.**
ratio: quam ut posterioribus locis sui coloni, qui agriculturam ex-
ercent, degnentur: ut proxima dominia, quantum emptioni-
onibus & iustis rationibus fieri potest, applicentur: ut ita suos
certos reditus & prouentus & seruitia habeant. Deinde ut deci-
ma omnes ad propinquia loca aduehantur: & militibus ad ratio-
nem stipendiorum distribuantur: sicuti iam in Vngaria in ali-
quibus praesidijs fieri solet. Destinentur etiam certa & commoda
loca: in qua copia commeatus reponatur ad alendum exerci-
tum: si necesse sit bellum gerere, & exercitum educere. Sum-
ptui in commeatus prouisionem faciendo sustineat Cæs. Mai-
estas cum suis prouincijs: & commode etiam fruatur, quod ex
tempistica prouisione & distributione vectigalium inter milites,
sive venditione, sequi & aequiri potest.

T O R M E N T A, **Artilleurie**
arma, puluerem & reliqua ad defensionem locorum pertinentia,
& in armamenta necessaria Cæs. Maiestas ipsa de suo ad singula
praesidia prouideat: & iuinetur certa summa pecunia ab Imperij

Sumptus
fortificati-
onum.

Altera ratio
belli defen-
sui.

Modus tri-
plex succur-
rendi confi-
nijs in peri-
culo.

statibm. SE QVITVR nunc altera pars belli defensiui, nimi-
rum de confinijs in periculo succurrentis, & aperto bello resistendo.

TRIPPLICITER confinia periclitari poterunt: etiam si praesidia
sufficienter eo modo, quo dictum est, sint constituta: Primo si Tur-
cia in confinijs se coniungant; & nostra confinia ex improviso inua-
dant; sicut anno superiore factum est: Secundo si nona copia &

auxilia illis ex Turcia mittantur: veluti si Bassa aliquis vel
Beglerbegus Gracia exeat: Tertio si Turcarum Imperator per-
sonaliter exierit. Itaq; ex nostra parte triplici etiam modo re-
sistendum, & confinijs succurrendum est.

Primo, ut secundum supra allegatum militia defensiva ordinem in proximis confiniorum regionibus, utpote Austria, Stiria, Silesia, Bohemia, & pro-
vincijs Archiducis Caroli, itemq; Vngaria ipsa delecta sint & in
promptu habeantur copiae equestris & pedestres: ut subito ad con-
finia euocari & accelerari possint: & sufficientes sint ad Turcarum
praesidiarios sustinendos ac repellendos, & ad viciissim aliquid co-
nandum & tentandum, si oceasiose obrulerit.

II.

Secundo, si no-
na copiae ex Turcia exeat, ut tempestine confinia, ubi maius pe-
riculum imminere videtur, sufficientibus praesidiis & alijs rebus
necessarijs firmantur. Deinde ut predicti populi & regiones vicinae
ex præscripto & ordine instituta militie iterum maiori equitatu
& peditatus numero, pro hostilis periculi qualitate, insurgant,
ad confinia properent: Item ut in tali casu certa subsidia ab Im-
perio in promptu sint: videlicet ut publicis sumptibus aliquot mili-
lia equitum & peditum conducantur; & in auxilium Cas. Ma-
mittantur: in quem finē reponatur certa summa pecunia certis lo-
cis in Imperio. Conducantur etiam, & certis annuis stipendijs in-
terteneantur certi Capitanei & praefecti; tam equitum, quam pe-
ditum; virtute militari & amore patriæ præstamus: qui in neces-
itate milites prompte colligere, & ad confinia ducere possint. To-
tius exercitus officia & praefectura distribuantur aqua ratione &
proportione inter viros idoneos ex Imperio & provincijs ac subdi-
tis Cas.

sis Cas. Maiestatis. Praest bello gerendo sua Maiestas consilio, mandato, auctoritate: pro ut necessitatē & occasio id postulabunt: sive sit præuenientius hostis: sine succurrendum loco obfesso: sine deniq; cum hoste configendū. Habeant Status Imperij suos. Commissarios & Consiliarios deputatos: qui suę Maiestati astent, sine belli Duci affitant.

TERTIO, si Turca personaliter exeat:

ut tunc non tantum prædicta vicinæ prouincia totis viribus pro defensione patriæ insurgant: sed ut totum Imperium omnes suas vires eō conserat: & a reliquis Christianis, que possit, etiam impetrat auxilia. & ut tunc maxime bellum bono modo & ordine geratur: & hostis à confinibus repellatur vel sustineatur: ut tandem re infecta, cùm diu manere non possit, reuerti cogatur: & aliquid præclari, Deo iuuante & occasionem demonstrante, peragatur. Modus autem & ordo tanti belli sustinendi ac repellendi is esse poterit.

PRIMO, cùm apparatus & exitus Turcarum Imperatoris adeo clam & subiò fieri nequeat; quin aliquor mensib; ante a certō sciri per exploratores posset: omnino curandum est, ut in exploratoribus non sit defectus.

Deinde deliberandum & conandum; ut vel hyeme precedente, quod longè effet consultissimum, vel primo saltem vere, pars exercitus nostri ex confinijs & prouincijs hereditarijs: item ex Imperio sufficienib; copijs educatur: & hostis, qui ante medium astatem aduentare non potest, bello præueniatur: vide-licet, tentetur oppugnatio unius vel alterius loci seu fortalitij Turcici: quod erit eo facilius; cum munitiones eorum magni momenti non sint; & violentia artillerie, si rectè instructa & exhibita fuerit, resistere diu non queant. Expugnantur & demoliantur omnia ipsorum minora castella & fortalitia per Vngariam: ubi cunq; ea noster exercitus attingere poterit. Exuratur & devastetur tota prouincia Ungaria ci-tra & ultra Budam: ut hostes aduenientes eo magis commeari & alijs

Modus & or-
do belli ge-
rendi con-
tra Turcas.

alijs concomeditatibus destruantur. Munianur & fermentur ea
loca maximis prasidijs: quæ illi aduentanti primo erunt obuiar:
& quorum oppugnationem maximè tentare velle & posse vide-
bitur. Ponantur nostra castra in loco aliquo vicino & seculo:
item opportuno ad succurrendum, si occasio fuerit, loco obsecro:
& ad impedientium hostem: ne pro libitu ulterius progredi possit:
& unde, cum hostis accesserit, liberè cum illo confilgere; vel tuto
ibi nos sustinere vel recedere possimus. Observetur ubique, certus
modus castra metandi & muniendi; ut communitas & pabulati-
one non destruantur: & ut à celeritate & assultibus hostium op-
primi ex innopinato non possimus. Instituantur ab initio severa
disciplina militaris, & ordo militiae. Prohibeantur serio nimis
ille & perpetuae commissationes, epula & crapule: quibus morbi
in castris causantur: & nulla copia sufficere potest. Velitationes,
excursiones, frumentationes bono ordine & securè permittantur: ita
ut nostri milites nova temere hostibus abiciantur, & non necessarijs
periculis exponantur. Instituantur certus modus & ordo confli-
gendi cum hoste; si necessitas vel occasio ita tulerit: & edoceantur
milites illum observare: videlicet Primo, ut integris ordinibus
pugnetur cum hoste: & turrae & equitum & pedestrum nunquam, eti-
am fugiente hoste, dissoluantur. Deinde, ut primum agmentan-
tum insequatur hostem, nec aliter quam turmatim. Tercio ut in
media acie pedites & equites semper progrediantur, & manent
coniunctim. Quartio, ut peditatus sit circumvallatus leuioribus
tormentis concathenatis: item curribus, scloperis & bombardis
instructis, pro ut specialiter explicabitur. Quinto, si equita-
tus Turcicus à primo agmine fuerit repulsus, ut nostri non nimis
procul insequantur: negl medianam aciem nimis procul defractant:
cum hostium maximus sit numerus; & facile ad pugnam rede-
ant: sed potius se ante medianam aciem recipient: ut iunctim cum
illa ad equestram & pedestrem hostium aciem, & totum illorum
robur oppugnandum progrediatur. Sexto, sequatur illico po-

sterior

sterior acies: atq; ad latera, & ubi opus fuerit, prioribus succurrat, & à tergo hostes sustineant. Septimo, pugnandi occasio Christianis præbebitur: si hostis in oppugnatione alicuius loci divel frustra defatigatus fuerit: si tabes vel pestis vel famæ exercitum inuaserit: si lassus & debilitatis retrocedere ac renerti cogatur. Octavo, quod si contigerit, illum Deo dante etiam non profligatum reverti: consultissimum esset, bellum per totam hyemem sufficientibus & integris copijs continuare: & confiniorum integras expugnationem tentare: & loca recuperata summâ celeritate munire: ut ita hostes quam procul à confinijs arceantur: & maiore belli difficultate in posterum detineantur. Reliqua qua sunt, & quæ huc etiam possent adduci, tempus & occasio, necessitas, experientia, & ducum militarium virtus edocebunt. Numerus copiarum pedestrum & equestrium, item diversitas nationum, & militum exterorum, quorum opera etiam necessaria est ad tantum bellum, poterit singulari scripto explicari, & statibus proponi: si eo usq; in tractatione fuerit processum. PORRO Qui belli frustra fortificantur confinia; & praesidia aliq; res necessaria imponuntur: & damnosus est uniuersus belli apparatus: nisi à bonis ducibus cum bono modo & ordine regatur. Est autem proprium munus Regum & principum, bellum rectè administrare, & subditos defendere. Sit ergo Imperator ipse summus belli dux: substituat aliquem ex filiis, cui cura & administratio rerum bellicarum sit demandata: ad quem omnes reliqui duces & prefecti post suam Majestatem respiciant: & ad quem omnia negocia bellica expedienda & tractanda deferantur. Adiungatur illi Bellicum Consilium, ut mox dicetur: referat hoc negotia magis importantia & urgentia ad resolutionem sua Majestatis. Sub eo habeat suprema Vngaria suum supremum belli ducem: habeant loca antemontana: habeat Laurinum & loca vicina: Canisæ sit Magister ordinis, vel suum locum tenens: in Carinthia, Stiria, Croatia sit Archidux Carolus. Quilibet præfit militia in suis confinijs;

& pendeat à mandatis Cas. Maiest. & generalis Capitanei. Si exendum sit ad bellum apertum, vel contra Beglerbegum, vel ipsum Turcarum Imperatorem: exeat ipse Capitaneus generalis: vel subcapitaneus & Locum tenens: pro ut tempus, occasio & necessitas id postulauerit.

Conflij Bel-
lici offici-
um.

CONSILIVM Bellicum, quod

Viennam residet, ea negotia, que in confinijs se quotidie offerunt, & adeo magni momenti non sunt, tractare & expedire debet: ne Cas. Maiestas vel Capitaneus generalis ijs nimium molestetur & obruatur: ita tamen ut de singulis ad Capitaneum Generalem referatur: & ipse in tractatione arduorum negociorum praesens sit. Summa cura & solicitude Consilio Bellico esse debet: ut ordo confiniorum interteneatur & obseruetur: ut singuli Capitanei & Praefecti & Officiales suum officium ex prescripto suarum conductionum & instructionum bene administrent: ut ubiq; confiniorum necessitatibus tempestine prouideatur & succurratur: ut milites, qui à Praefectis ad anlam mittuntur, vel propter priuata negotia veniunt, promptè & humaniter tractentur & expediuntur: & oretenus potius cum illis agatur, quam per scripta: ut exploratoribus hostilibus diligenter intendatur: ut contentiones & querela militum ex aquo & bono concordentur: ut nostrorum militum temeraria & non necessaria excursiones & periclitaciones in tanta Vngarorum paucitate non ferantur; nec per illas hostibus causa instarum querelarum prabeatur: sed pacta pacis strictè obseruentur: ita tamen ut excursiones Turcarum hostiles fortiter inhibeantur atq; reprimantur: & si contigerit Turcas à nostris cladem pati, ut illico ad vicinos Bassas scribatur: & factum nostrorum excusat & instificetur: ne false querela Constantinopolim delata Imperatorem Turcarum irritare facile possint. Lustrationes & solutiones militum singulari fide & sollicitudine fieri current: videlicet, ut bonos & fidos viros & industrios pro Commissariis & lustratoribus deligant, & stricto iuramento obligent: ut diligenter renisiones & secreta inquisitiones siant super

Super lustrationes, & Commissariorum acta & regeſta: ne nerui belli fraudulenter & male consumantur: ut experti & fidi architecti & ingenuarij ſint liberalibus stipendijs conducti; quorum conſilio & opera fortificationes recte designentur, promoueantur & perficiantur: & nihil fruita vel inutiliter impendatur: Ut ſequimur aliqui ex Consiliarijs bellicis ſtructuras reuideant; ne error vel culpa admittatur: & ut ea qua necessaria ſunt tempeſtiue ſubminifrentur: ut ſimil etiam reuideant confiniorum ſtatū: & inquirant de ſufficientia & defectu Capitaneorum, Praefectorum, militum, item commeatus, artillerie &c. utq[ue] prouideant illico de remedio: vel ſuper illo ad C[on]f[er]at. Maiest. vel Capitaneum Generalem ſcribant: Ut modus & ordo ſtanatur utroq[ue] Consilio, tam Bellico, quam Camera: ut quodlibet cum altero ſuper negocij & neceſſariib[us] quotidie emergentib[us], moderate & abſq[ue] rixa & innidia traetet: ſuum officium faciat: & publicam utilitatem respiciat. In Consilium Bellicum adhibeantur ſemper, & tunc maximè ſequentes Praefecti, quando de rebus ad illorum officium ſpeſtantibus traſtatio & deliberatio incidit: nimirum Praefectus artillerie & fortificationum, Praefectus commeatus, supremus Commissarius Inſtrationum, Capitaneus ſine Praefectus Vienensis. Deligantur ad functiones horum officiorum viri precepit, auctoritate, experientia & fide praefantes; ſine uilla pro longatione & ſtipendiorum respectu: cum abſq[ue] hoc ordo & reſta rerum bellicarum administratio conſtare non poffit.

Po- Qualis Cō-
ſTREMO cum Imperij Status modietatem ſumptuum ad in- missarij &
terienenda confinia conribuant: cumq[ue] in maiori neceſſate consiliarij &
belli precipuum robur militum & exercitus ſubminifrare debeant: Quaſtores
equum eſt, ut omnia communicatis consilijs, mutua
opera, & equali ſcitu & intertenione regantur & gerantur.
Itaq[ue] ordinentur certi Quaſtores & Commissarij ad traſtan- Imperij eſte
dam rem pecuniariam; ad ſoluendos milites; ad Iuſtrationes
debeant.

inspiciendas, ad pro mouendas fortificationes: ad debitas expensas subministrandas; una cum Commissariis & ministris Cas. Majest. & prouinciarum. Sint deputati Consiliarii Bellici unus atq; alter ab Imperio: qui bellico Consilio intersint: & adiuuent rectam & necessariam rerum bellicarum administrationem.

AD PRINCIPES, POPV-
LVMQ VE CHRISTIANVM,
DE BELLO ADVERSVS TUR-
cos gerendo, non diminutis publicis
vectigalibus, neq; expectata discor-
dantium Principum con-
cordia,

GVLIELMI BRVSSII
S C O T I
CONSILIVM.



TSI vobis omnia suppetunt
consilia, que consequi ingenio homines,
aut vsu, aut diligentia possunt: cum in
hoc orbe Christiano, atq; in ipsis etiam
vestris castris, tot existant viri, litera-
rum cognitione, rei militaris scientia,
atq; rerum gerendarum vsu praestantes;
tamen ab officio meo non sum arbitratus alienum exponere, que
mibi in mentem veniebant, dies ac noctes de expeditione vestra
in Tur-

in Turcos cogitanti. Mirabar equidem, in illo augustissimo orbis terræ concilio, cum non ita pridem Ratisbona conuentus agerentur, nihil de bello consciendo: aut solum leuia quadam subsidia omnium sermone agitari; tanquam res non cum potentissimo Turcorum tyranno, sed cum aliquo regulo esset futura. Atque etiam, quos rerum istarum peritos esse magis intellexi, ita mecum loquebantur; ut non de bello, sed certa de victoria esset decernendum. Turcos nostrorum militum conspectum ferre non posse: imbellere esse hominum barbarorum turbam, cui arma, animus, dux belli denique deesset. Ego contra præsentebam id consequunturum; quod triibui tandem nuntijs ad omnes orbis nostri partes peruenit: ita constitutam esse rem militarem apud illam gentem; eamque esse illius tyranni potentiam; ut tam exiguis copijs non coereri, nedum minui aut tolli possit. Ita itaque expeditione, non debellare hostem, sed irritare nostros posse. Etenim ubi nummorum sit copia, kominumque frequentia, facile bellatores & fieri & reperiri, compertum habebam. Id tamen affirmare verebar; ne vel ominari male nostris, vel plus aliquanto arrogare mihi videber; si solum sapere me, in tanta sapientissimorum hominum frequentia, praeme ferrem. Nunc vero, cum res Christiana in extremum penè discrimen deducta sit, capto firmissimo nostro propugnaculo, spoliatis, ac dissipatis copijs; mihi, tanquam Christiano, cui Dei cultus, & Christiana religio, ac sociorum salu cordi esse debet; quod ante mente & cogitatione tacita continebam, effari sine inuidie metu demum licebit: ut, si quid vel literarum disciplinis, vel diurno apud fortissimos belli duces in castris usu, vel longinquis per varias terrarum orbis provincias peregrinationibus sim assequentes; unde medicina aliqua afflictare rei Christianae possit afferri; id omne in aliquam cinium meorum, ac sociorum, sacro sancto baptismi vinculo coniunctorum utilitatem, tandem redudent. Nam si quicquid in nobis vel ingenij, vel fortunæ, vel denique virtutis est; id omne à Deo omnipotente, per Jesum Christum

Christum acceperimus: fortunas, opes, ac vitam etiam ipsam, nondum consilia, in istud bellum denonere; quo de diuino cultu, & Christiani nominis gloria, ac coniunctorum populorum salute, dimicatur; quis Christianus recusabit? Quod profecto, si decimus quisq[ue] nostrum effecerit: non erit verendum, quin brevi relictâ Hungaria, Graciā hostes, sive, quam de Germania debekanda conceperunt, in metum desperationemq[ue] convensa, sibi propugnandam existimabunt. Quod ut serio tandem cogitemus; copiae nos monent, ex Asia undiq[ue] & Gracia coacte; maxima vis commeatus Constat inopolim denecta; præsidia nostra munitissima intercepta; ac hostium deniq[ue] exultatio; qua deuicti Christiani orbis præceptam animis letitiam ostentant. Neg[er] est, quod vel Hispani, vel Galli, vel Britanni putent, ab isto Turcico bello nihil ad se periculi pertinere. Nam debellata Germania (quod omen Deus obruat) tantæ suppetent hostibus vires; ut terra mariq[ue] simul oppugnare reliquas orbis nostri prouincias facile possint. Fluminorum et enim opportunitate, commeatum e Germania, additis legionibus, quas ex deuictis ciuitatibus conflabunt, quo velint circumserre, non erit difficile. Quamobrem gloriosum magis atq[ue] utile nobis futurum arbitror; non expectato verum nostrarum ultimo discrimine; bellum à limitibus nostris Byzantium transferre: ac nos tandem atq[ue] liberose tam nostros Mahometana tyrannidis, servitutisq[ue] meru liberare; quod nobis non ita arduum; quam Hannibali fuit ab ultimis Hispania oris in Italiam; aut Scipioni in Africam; aut Alexandro in Indiam; aut Christianis copiis in Asiam duce Godofredo, vel Conrado transcendere suorum est. Nullum enim nobis mare trahiendum; nullæ solitudines aut deserta loca, quæ remorari nos possint: perpanca urbes munita, fluvij doniq[ue], ac montes difficiliores, in amicorum Christianorum sunt possest: atqui, ut vetus habet dictum: Qui vult quod vult; ita s[ecundu]m dat, ut operam dabit. Neg[er] etiam est, cur Anglia, vel Gallia vel Polonia, vel Venetorum, ciuitas, foederis se aut publica conventionis alicuius

alicuius cum Turcis initæ prætextu ab auxilio Christianis præstanto excusat: satis enim uniuerso terrarum orbi, quæ sunt leges & pactionum causæ Turcis cum istis Christianis, gentibus innotuit; adeò ut non fœdera, sed pacta solum de non offendendo, hostes ipsi definiant. Ea namq; Mahometanorum est superbia; ac Christiani nominis contemptus; ut nobiscum equis fœderis conditionibus coniungi nullo pacto velint: unum in calis Deum, unum suum tyrannum in terris dominum atq; imperatorem esse debere: nullam legitimam Christianis principibus, quos canes dicere consueverunt, competere potestatem, manifestè prædicant: cum Polonis sacrosanctum fœdus, quatuor de commodis eorum agitur, esse sibi fingunt: quia ab illa gente admodum bellicosa, & fortissimorum nobilium numero præpotente, detrimenti plurimum, emolumenti vero parum, si bellum gerere velint, sibi contingere posse præudent: paucis existentibus locupletibus, aut amenis urbibus; quas si vicerint, victoria pretium occupare vel retinere possint. Falsum itaq; simulatumq; perpetui fœderis ac pacis velum obtendunt; ut vicinorum populorum calamitates despicere nequeant Poloni: Re ipsa vero nullum sibi cum ijs intercedere vel fœderis, vel induciarum vinculum declarant; cum singulis sere annis illorum arribus Scytharum innumerabilis multitudo ad Poloniam deuastandum immittantur: cum hac proxima estate, depopulatis prouincijs, per quas transierunt, in Hungariā penetrauerint. Non enim Tartari, sed Turci sunt censendi; qui à Turcis pretio conducti, Polonis nocuerunt. Cum his Galli, Angli, Veneti, quo facilius Hispanorū imperium ac potentia dilaceretur, conuenerunt: cuius tamen coniunctionis, nullum commodum, prater cinium contumelias, nanium & mercium rapinas, urbium direpriones sunt consequunti. Quare nulla pactione, nullo fœderis vinculo obstricti, aut obligati sunt nostri Christiani homines; cum hosti totici antè sicuti istis coniunctionibus, quoties de prædandi littora vel naues datur occasio, aperte renuncianuerint.

At sint

At sint ista ab aduersarijs pacta sancte, integrę observata: non tamen à nostris primum, si socios & vicinos Christianos, à tyranni armis ac vi defendenterint, violata ea dicere audebunt. Sunt etenim ista publica fœderum, pacis, & induciarum conuentiones (ut Iurisconsulti loquuntur) contractus stricti iuris; quibus id tantum debetur, quod verbis est expressum. In nullis autem conuentib⁹, quas sciam, ita sibi diligenter Turci cauerunt; ut nostri à defendendis socijs prohibeantur: neq; si quā gens tam amens, tamq; consilio & pietate destituta fuerit; ut id polliceri auderet, ad illud seruandum ullo gentium iure, aut ciuili, aut naturali obligaretur. Nam ut in priuatis, ita in publicis negotijs seu promissionibus, an fieri possit, an liceat, an sit honestum, spectamus; ita ut non teneat; et si cælum digito tangere, vel hominem interficere iurauerit. At sanè promissio de Christianis socijs non tuendis defendendisue, non minus cum ratione, cum iure naturali ac divino, quam ista cum iure ciuili ac humano pugnat. Si quidem proximum ut nos ipsos, ac Deum in primis omnipotentem pra omnibus diligere debeamus. Quæ potest esse iusta deserendi proximi causa? aut quæ passionis excusatio, non resistendi illis hostibus; qui non vicinos solum opprimere sed divini cultus ac religionis nostra monumenta, memoriamq; delere; ac ipsum etiam dominum redemptorem nostrum I E S U M è supremo celestium caru tollere conantur? At demum si generali pacis & induciarum conuentione nisi hostes voluerint; nullo eos, quos memini cum Turcis generaliter transegisse, à defendendis iam socijs vinculo prohiberi, quisquam vir prudens dicere audebit; qui non huismodi contractum initio contra omnem pietatem, humanitatemq; iniri expresse & valere posuisse probabit. Quia (ut Iurisconsulti docent) omnis pactio conuentione, iure ipso irrita sublatag; censetur: quoties in eum incidit easum, à quo incipere non potuit. Quæ omnia legatos, qui velex Hungaria, vel Germania, vel Polonia, rerum Turcicarum periti, rei militaris constituenda

stiruende causa ad reliquias orbis nostri partes dimittentur; & copiosius explicare, & facilius persuadere posse, non est dubitandum.

Quos uno anno regna, quae memini, peragrare; si mense Iunio ex Dania in Scotiam soluerint; inde in Angliam & Hiberniam; post in Hispaniam atq; in Galliam; deinceps & Belgium posse non diffido. Neq; enim comitia, in illis plerumq; regnis expectare necesse; aut sicubi conuentus haberi opus videbitur; literis moniti Principes in tempus, quo legati aduenient, statuere poterunt: vel si periculum in mora viseretur; ad singulas mitti provincias diuersi, qui eodem quasi momento rem conficiant, legati poterunt. At verò, per magna, dicet quis, pecunia, & militum numero opus erit: quæ duo Christianis iam hominibus, religionis opinionibus & bellorum odijs ita dissidentibus, confici posse vix est sperandum. Cui affirmare possum, bis centum hominum millia requiri; quibus ut stipendia solvaniur; atq; ut necessarij belli sumptus suppeditentur; quinques & vigesimæ centena aureorum millia, seu (ut vulgo dicimus) viginti & quinq; myriadas in promptu esse debere. Non ita projecto nostri se hostes erigem, nec ita Pannonia nunc afflcta animum despondebit; si non exceptato maximorum Christianorum regum vel auxilio, vel concordia, unde tot milites, unde tanta pecunia istis etiam Christianæ Reipublicæ temporibus sine magno aliquo nostro incommodo colligi facile poterit, ostendero: dummodo nostri Principes, qui renouata pietatis Christianæ laudem sibi vindicant, aperte hostes non inuerint. E quibus Anglia Regina Christianorum consilia plurimum & iuuare, & impedire poterit: que tamen pro singulari prudentia, qua eam præditam esse perpetua & constans regnandi felicitas tot tantisq; domis forisq; imminentibus hostibus, abunde declarat, nunquam committet; extrema præsertim iam penè senectute: ut cum Christianæ fidei defensionem præse ferat, impedimento Christianis, in hostibus fidei à cernicibus repellendis esse velit. Est enim magni animi, atq; immortalis glorie

cupida mulier : qua si serio rem agi ab uniuerso populo Christi-
ano viderit ; aliquam laudis partem , quatenus per pacta ami-
citiamq; cum Turcis initam hicebit , ad se pertinere exceptabit :
cum de Germanorum principum praecipue discrimine agatur ;
quorum cum plerisq; magna illi coniunctio necessudoq; inter-
cedit. Huic proximus , & successionis iure , & potentia Sco-
tiæ rex est ; magni consilij & virtutis iuuenis ; qui & ipse Chri-
stiani populi , ac potissimum Germanorum gratiam sibi & salu-
tem omni ratione tuendam confirmandamq; putabit. Istorum
exemplum Batavorum ciuitas haud difficulter sequetur. De
Gallis quoq; non est ita laborandum : qui iam Regis exerce-
ple Catholicis aquiores paululum facti ab istius se belli con-
filio non vehementer abhorre ostentabunt. Sueci regi suo ,
cum intelligant , propter hostium Turcorum vicinitatem non
parum esse timendum , quicquid afferre subsidij vel auxiliij pote-
runt , nisi & regis & torius Reipub. Christianæ hostes haberi volu-
erint , non recusabunt. Neg; vero , qua maxime obstare videtur ,
Hispaniarum & Galliarum regum discordia : qua iam altas ita
radices in utroq; regno egit ; ut telli facile , nisi altero vel sublato
vel debellato , non posse videatur (neg; enim ullus alius discordia-
rum solet existi esse inter magnos & potentes reges ; nisi aut uni-
uersus interitus , prouinciarumq; vastitas : aut victoris dominatus ,
aut regnum) impedimento ut sit , est pertimescenda. Nam ea est
Galliarum regis , de quo maxime dubitant Christiani , animi forti-
tudo & sinceritas ; ut quatenus viderit istis Christianis copijs .
Austriacorum principum potentiam ; ut & alij , quos memini , qui
Hispaniarum regis opes reformidant ; non auget , sed rem Christi-
anæ necessario defendi , tueri q; quantum belli , quod gerit , magni-
tudo , difficultasq; feret ; ac vetus maiorum cum Turcis conuentio
fædusq; patietur , non modo non prohibebit , sed copijs etiam Gal-
licis , ut iuuetur res Christiana , libens concedet. Alterius porro
rum pietas in remp. Christianam : tum necessudo cum Germanie
principibus ; quorum res hoc bello potissimum agitur ; ita est ma-

manifesta; ut de illius voluntate ac studio, & auxilio etiam maximo,
 nisi difficillimis bellis destinetur: nullo modo dubitandum quis-
 quam putet. Veruntamen mea sententia, legati, quos rei Christi =
 ana causa ex Hungaria, Germania, Polonia mittendos esse dixi,
 tres istis regibus conditiones hanc iniquas proponere poterunt;
 quibus bellorum, que geruntur, senitia, in amorem perpetuamq;
 concordiam amicitiamq;
 conuerit transmutariq;
 possit. Ceterum
 quid? anné Italiae, Germaniae, Poloniae & Pannoniae principibus
 tantum belli onus imponendum est? anné ex istis solis regnis tanta
 vis pecunia, tanta militum multitudo conflari poterit? Minime
 vero: et si istarum nationum intersit maximè arma capere; ac se
 suosq; hoc belli initio tueri. Nam post, debellata Hungaria, coire
 facile, ac vires coniungere non poterunt. Neg_o enim Hungariam
 tantum in potestate redigere; sed reliquum etiam omnem orbem
 Christianum, atq; Italiam in primis contendunt. Neg_o quod
 maius est, ex principum Italiae vel Germaniae arario ullum nu-
 num exposco: eanamq; nunc sunt principum similitates; & mutuus
 vicinorum quasi metus; in tot partes summo Romani imperij
 iure distracto; ut ararium quisq; exhaustire, aut veltigalia mi-
 nuere nolit; ne opibus destitutus: vel à ciibus deseratur; vel à vi-
 cinis superetur. Italiae praetereà principes, publicis veltigalibus ad
 littus mareq; tuendum egere manifestum est: Germani quidens non
 ita abundant: cùm plures sint ex unaquaq; familia; quibus singu-
 lis dignitas nomenq; principis est tuendum. Episcopi vero, quibus
 & opes & ditiones seu provincia sunt amplissima, ita Euangelico-
 rum consilia habent suspecta; ut contra vim, nullos sibi thesauros
 sufficere arbitrentur: sed cùm de Christianorum omnium salute ac
 libertate agatur: nec minus Christiana religio ad priuatos, quam
 ad principes pertinet; omnium erit, qui nomina Christo in ba-
 ptismo dederunt, eidem honorum quoq; partem, pro communi
 omnium salute, p_ie sancte^rg_o denonere. Neg_o eam magnam ut
 uenient, expeto: sed tantum ut det Italia, quantum alea

prinati, vel in eunte solenni ieunio iudis consumunt: amplius octies decies centenis millibus fore pecuniam, nemo, qui viderit Italiam, non coniugiet. Sed ut certa sit quantitas, centesimum saltrem ex bonis numum ut singuli destinent, est efficiendum. Quod tributum eam quam memini pecuniam ad aquare posse, qui priuatorum Italorum opes norunt, facile consentient. Germaniae vero non sunt tantæ dinitæ; non minor tamen in conuiuis & compositionibus luxuries: ita ut vix aliqui reperiantur, qui non decimam reddituum vel fructuum vel mercedum partem in uino, non ad fistim sedandam, sed ad ebrietatem conflandam, consumat: quæ pecunia, si ad rem p. iuuandam transferatur, non minor erit numerum quantitas: quam ea quam ab Italib[us] conferendam esse exposuimus. Sex itaq[ue] & decem myriadas Itali & Germani, nullo penè ciuium incommodo, nulla diminutione publicorum vectigalium soli contribuent. Poloni porro, si à singulis capitibus, quæ plebeia vel ascriptitia sunt conditionis, ad familiam alenda idonea, singulos duntaxat aureos exegerint; ter decies centena millia facile numerabunt: Vel si nobilitas fædere se constringi putauerit; ut socios iuuare, ac rei sua in posterum prouidere non possit; ex Ecclesiasticis pradijs, quorum omnium ubiq[ue] terrarum summum, seu (ut Iurisconsulti dicunt,) directum dominium ad summum Pontificem spectare, vetus est sententia; iussu eiusdem summi domini facile colligi, non violata etiam fide publica, poterit. Quippe cum in uno isto regno ad ducenta quinquaginta & amplius, ut accepi, pagorum & oppidorum millia possideat Ecclesia. Quibus si adiecerint, quæ in splendidis indumentis inutiliter, argu in mercibus peregrinis & speciebus non necessarijs comparandis, consumunt; tanta profecto accessio fiet, sine aliquo vel reip. vel ciuium detrimento; ut non sit magnopere nobis de reliqua pecunia laborandum. At delicias simul cum pecunia repente hominibus extorquere est difficile. A Polonis itaq[ue] ad Hispanos transibo; quorum ea est religio, ac studium rei Christianæ; ut non sit verendum;

dum; quin accidente sacerdotum adhortatione, amplius quinque decies centenis millibus, tum ex Hispanijs, tum ex alijs maximis illis longinquis provincijs, quæ in imperio sunt Hispaniarum regis, consequi possumus; si singuli diuites seu locupletes, quinos saltus aureos contribuerint. Non sanè minor est populi Galici pietas, ac reip. adiuuanda voluntas: ita ut si non ita frequentes essent exactiones, urbiumq; direptiones, atq; adeo incertæ priuatorum omnium fortune; non minus inde, quam ex Hispanijs adiumenti esset sperandum; si regi præsertim id gratum fore considerent. Sed ea iam in Gallia tempestates ac bellorum fluctus existunt: ut omnibus opibus, & priuatis, & publicis, ad gubernacula reipub. tenenda conseruandaq; egere videatur: haud innitus tamen rex concedet, ut cines seu optimates Galli, qui contrà pugnant, se suaq; vestigalia isti bello cōfiscarent: Veleriam, ut capii hac conditione dimittantur, pro singulari clementia, qua captos prosequi solet; non recusabit: Vel quod non minus vile videtur, ut quinta vel septima pars præda, qua vel ex captis hostibus, vel urbium direptionibus consequetur, ut ring; in bellum hoc Christianum destinetur: quia facile conditiones admittent hostes; ac Turcis sine villa publicæ conventionis violatione probare poterit, nec erit difficile, in Gallia locupletes aliquos publicanos reperire, qui vestigia istud incertum aliquot centenis millibus redimere non dubitabunt: Eadem conditione erit cum Batauis depaciscendum: qui nulla ratione cum pro religione bellum se facere profiteantur, ut aliqua pars præda ad communem religionis Christianæ defensionem reseruetur, poterunt recusare: Nisi forte cum rege inducias facere maluerint; quæ non solum uniuersæ Belgarum ciuitati, sed tori etiam Europa, ac Germaniæ, & Galliæ porissimum propter commercia, utiles admodum & pericunda sunt future; quas aquissimis iam conditionibus impetrare poterunt, si vestigalia, quæ in diripiendis ciuib; spoliandis peregrinis, ac demum in prædoniis omnis humanitatis religionisq; expertibus alendis,

ex pancerum seditionis hominum libidine, vano Hispanici
nominis odio, nullo religionis aut pietatis studio, temere impiegū
conferunt; ad insmannissimum illum Mahometicum Tyrannum,
omonis religionis, pietatisq; hostem repellendum conuertere volu-
runt. Anglia quoq; regina sine ullo suo incommodo ex pyra-
tum malletis iuuare nullum poterit. Quibus si adiecerit pecu-
niā; quam ex Catholicis religionis neglecta praeextu conse-
quitur, vel ipsdem integrum reliquerit, ut si sue religionis no-
luerint institutis obtemperare; vel ad bellum ipsi proficiscantur;
vel pene loco, bonorum partem conferant; haud parum adiumenti
accedet. Aut etiam si effecerit, ut Anglicorum Pyratarum
manus, quæ plus minus triginta millibus Oceanum infestat, cum
Italicis triremibus coniungatur; plus etiam præda sui consequen-
tur; ac vicinis Germanis, Francis, Danis, Batavis, Scotis res
fiet gratissima. Ab amicis enim, amicorum omnia communia
astimantes, rapere maxime consueverunt. Non minus projectio
rempub. Christianam, quam ullus Christianorum principum, nul-
lis sumptibus, maxima laude isto auxilio recreare poterit. Mai-
timas etiam inducias Hispaniarum rex facile concedet. Hiber-
nia deinceps non minus ab Anglis, quam Hungaria à Turcis af-
flict a prouincia, pro singulari Catholice religionis studio, quo
gens ista præ ceteris ferè omnibus est laudanda, pecorum & fru-
ctuum, seu frumenti partem aliquam cōtribuere non grauabitur.
Vix enim alia dimitia, et si nulla sit ferè in orbe nostro, qua ista
fertilitate amoenitateq; superet prouinciam, istis supponunt homini-
bus. Scotia vero, si malletas, quibus rixarum & seditionum autho-
res legibus sunt coercendi, huic contulerit, sine ullaregiorism velti-
galium imminutione, non parum pecunia poterit elargiri: atq;
hominum temeritas & audacia has ratione melius coerceditur:
nullo remittende pena, ut sit plerumq;, eis magis ad audiendum
homines natura feroes excitantur, relicto loco. Quæ si recte con-
stituta obseruataq; fuerint: Anglia, Scotia, Hibernia, Batavorum ci-

rum ciuitas, simul decies centena millia facile suppeditabunt: quæ
 in instruendis milibibus Scotis & Hibernis, qui transmittentur,
 insumenda induco. Sin Angli, Hollandi, Galli nihil adiumentum
 communicare voluerint, quod petitæ pecunia deerit; ex Dania,
 Noruegia, & Svecia exiguo negotio accederet. In Scotis quidem
 & Hibernis nulla est futura mora. Entandem pecuniam in ma-
 ximum bellum sufficientem! quæ sine magna aliqua ciuium iactu-
 ra, non diminuiri publicis regum aut principum veftigalibus
 colligi poteris: maiorem certè, quam Turcorum Tyranno ex tot
 tantisq; prouincijs, quas obtinet, solvi consuerit: quæ etiam nouis
 denitiis prouincijs proculdubio indices augeretur. Sin vero Roma-
 nus Pontifex neglectis primatorum opibus iure suo uti voluerit:
 maximam pecunia vim in istud bellum imperare poterit; quarta
 veftigalium Ecclesiasticorum parte: quæ panperibus ex veteri-
 bus canonibus distribuebatur; nunc vero aut cognatis locuple-
 tandis, aut adulatoribus & turpibus personis atendis, a non pau-
 cis consumuntur; exacta, vel quinta demum; ut antea sepe, cum
 contentio summis Pontificibus cum nostris esset Christianis Im-
 peratoribus, efflagitare consuenerunt. Principes autem Euange-
 lici, si noluerint in veterem illam maiorum distributionem de fru-
 etibus Ecclesiasticis consentire; ut contentiosa duntaxat. Ecclesia
 veftigalia sublatis litibus in hanc rem, vel ad alienos saltē milites
 Christianos, qui vulneribus aut morbis confecti, militie superesse
 amplius non possint, recusare iure nequeunt. Re iuri pecuniaria
 hoc modo constituta, milites adipisci grane non futurum esse, com-
 periemus: Maximus enim nodus est in bello inopia rei pecunia-
 ria. At in ijs colligendis delectus est diligenter habedus; ne molles,
 aut ignavos, aut laborum impatientes, aut ad munera militaria
 obeunda inutiles admittamus: unde clades nobis maxime cōtingere
 solent: cum exercitus nostri nō ex veteranis, aut robustis tyronibus;
 sed ex ignanis & luxuriosis homuncionibus, opificiorum desertori-
 bus, constanter; qui ad miliiam, tanquam ad desidias licentiasq;
 perfugim⁹.

perfugium, connolant: ubi, cum labor militaris accedit, ita flaccescunt; ut vix armorum hostilium strepium, aut unius diei inmediam, aut vigilias sufferre possint. Inde agititudines, morbiq; contagiosi, clades, latrocinia consequuntur. Nulla prorsus est in istis hominibus aut religionis, aut virtutis, aut gloriae cogitatio: incredibile est penè, quod ipse viderim; qui complures annos in bello ac castris transegerint; tam ignaros, tamq; imperitos omnis usus, discipline, exercitationisq; militaris; ut nec tela ipsa, quibus per tot annos utabantur, intendere; aut dirigere ordinem, quo instructæ singulares cohortes procedere soleant; nec leges excubiarum, nec verba deniq; in castris in imperando usitata, referre possint. Attamen isti mederi malo principes nostri exiguo negotio poterunt; si in suis provincijs delectum haberi singuli procurent, eorum qui etate, corporis robore, & ingenio potissimum idonei, ad rem militarem esse videbuntur. Ac ne inuiti a liberis ac parentibus quasi diripiantur; in singulis pagis plures diligendi sunt: ijsq; ipsis concedendum: ut inter se sortiantur, qui primi in militiam proficiisci debeant: hisq; præter stipendium, quod in castris rectè integreg; persoluetur, immunitas domi à contriburione est concedenda. Age verò, si è singulis Germania pagis, singulos tantum pedites de legerimus; infinitas penè pedestres copias habebimus: quibus sane egemus maxime. Nam ex oppidanis ac nobilibus, equites sat multi sua sponte aduolabunt; sed septuaginta dunt axat peditum & quindecim equitum Germanorum millia, requiro: ex Italia triginta peditum, equitum decem sunt millia diligenda: his octo hastatorum Helvetiorum millia coniungenda censco: ex Scotia & Hibernia triginta peditum, equitum quoq; duo millia facile conducemus. De Hibernis autem affirmare non verebor, omnibus eos in Europa & studio iuncta rei Christianæ ac laborum militarium patientia, ac corporum robore antecellere: qui trecenos illos ante sex annos in castris ducis Mainij Depa, vel apud ducem Parmensem illam Hibernorum legionem viderint,

viderint, mihi facile adstipulabantur; neq; ipsi negabunt Hispani, qui tamen omnium fortissimi & dici & haberi volunt. De Scotis quidem nostris nihil opus est dicere: satis enim eorum virtus ac robur in omnibus penè bellis, qua in Europa suscipiuntur, innotescere consuevit. Polonia vero sine ullo reip. detramento, triginta dabit equitum millia: nam maiores copias educere, propter incertam cum Moscis pacem, & inopinatas Tartarorum irruptiones; non suaderem. Ex Lotharingia & Leodiensi pronicia, duo fortissimorum peditum millia, cum equitibus mille & quingenitis adipisci licebit. Ex Epirotis equitibus totidem: qui cum Scotis coniuncti, tanquam Centauri in montes speculaturi excurrent: qua in re eorum præ reliquis usus est præcipuum futurus. Omnibus deniq; persuasum esse debet, nihil homini præclarius accidere posse; quam in tot fortissimorum hominum conspectu, atq; adeo in ipsis terrarum orbis luce, pro patria ac fide Christiana defendenda fortiter pugnando occumbere. Illudq; Bruti ciuiis Romanii fortissimi dictum, in omniore ac cogitatione perpetuo versandum est, nihil melius esse: quam memoria recte factorum & libertate contentos, negligere humana: vel est canendum cum Euryalo apud Virgilium.

Est hic, est animus lucis contemptor: & istum
 Qui vita benè credat emi, quo tendis, honorem.
Quæ ut milites præsent, exemplo duces praire, aquum est: in
 quibus diligendis constituendisq; maximus est futurus nodus.
 Quoniam unaquaq; natio suos duces optime imperare, ac roti rei
 Christiana præesse iudicabit: equalibus obediens unusquisq; sibi
 dedecori esse putabit; nec Germani Italisi, nec Itali contra Ger-
 manis, vel Polonis, vel Scotis, vel Hibernis obtemperare, aequo fe-
 rent animo. Ipsum Cesarem præficere, aut principem aliquem
 Austriacum, qui principum istorum potentiam reformidant, sibi
 damnosum esse arbitrabuntur. Nulli tamen sunt principes; quo-
 rum authoritas maior, aut voluntas, aut fides sperari possit nulli

i nomnes gentes magis aquabiles: nulli deniq^z, quibus cuncti & Itali & aliarum nationum principes tam facile concedent, uspiam reperiri poterunt. Siquidem Imperatorem ipsum belli ducem elegerimus: animum illi & consilium, fortitudinemq^z nunquam, sed opes tantum hactenus, defuisse omnibus probabit. Eadem poterit esse fratrum optimorum principum excusatio. Sin eos praterire voluerimus; ad Poloniae regem, robore corporis ac mentis acuminis prstantem iuuenem; cui nihil deest prter usum exercitacionisq^z militarem; ad summi regis & belli ducis laudem authoritatemq^z adipiscendam, est deueniendum. Omnia enim, ut accipi, est linguarum peritus: quarum isti in castris magnus aliquis est furius usus: accedit prtere a culmen fastigiumq^z duorum maximorum regnum; que facerent, ut reliqui principes illius imperio subesse non indignum, aut minimè gloriosum esse putarent. Huic proximum Lotharingie ducem esse arbitror: cuius imperio submittere se propter summam prudentiam, fortitudinem, probitatemq^z cum regij generis antiquissimo splendore coniunctam, nullus aut Italiae, aut Germaniae princeps, qui quidem stipendia mereri aut in castris Christianorum esse cupiat; idq^z omni ne à Godofredo Billonio, ex eadem Lotharingica familia principe ducto: qui tanta virtute ac prudentia, simili in bello, tam felicer rem Christianam administravit: iure negare possit. Velsi principum emulationes, dissensionesque prohibuerint; ut populi, quorum opibus est bellum gerendum, in unum aliquem existis consentire non possint; tunc imperatoris nomine ac iussu, constituta iam re pecuniaria, ex omnibus orbis nostri provincijs, unde copia colligentur, peritisissimi fortissimiq^z belli duces accersantur; ac tandem inspicienib[us] imperij principibus, cum exercitus lustrabitur, militibus potestas fiat; ut sibi, quem velint, supremum belli ducem nuncupent: Velsi id sine magnis contentiob[us] fieri non posse videatur; connocatis principibus, sorte imperium uni Persarum exemplo, deferatur. Quanquam frustra meo iudicio

it dicio, i^u qui Austriacorum potentiam reformidant, hoc nomine Casarem aut aliquem ex augustissima illa familia summa rei praesicere recusabunt: cum plerumq^{ue} contingat; ut is, qui primus belli dux constituitur, molestiarum plurimum in re inchoanda, utilitate ad sequentes derinata consequatur. Vix enim continere solet, ut idem belli incepit, & confecti dux & author laudentur. At nunc de inferioribus ducibus videamus. Germanicum iugum, equitatum qui ducat, Comitem Carolum Mansfeldum indoneum maxime esse conseo; vel secundum eum Marchionem à Burgau; vel Christianum principem Anhaltinum; vel Franciscum ducem Lauenburgensem: Omnes enim in bellis iam exercitati, animum industriamq^{ue} sep^e militibus probarunt. Pedibus autem ex Hassia, Franconia, Saxonia, Comes Philippus ab Höeloe; vel Mauricius Comes à Nassou; si relieta seditiosa plebe, ac inani inter Batavos principatus obtinendi neglecta spe, vera militaris gloria laudem assequi voluerit: (Est enim consilio in re militari, ac peritia dirigendorum tormentorum, & munitionum extenuandarum penè singulari) dux erit constitendum. Nam rebelles, eis perperua bellandi felicitate usi fuerint, nihil ad heredes, preter infamiam ac perpetuum generis ac nominis odium transmittere: Ioannis Zisca Boëmi, quo felicior dum vineret nemo fuit unquam, Taboritice coniurationis principis, declarat historia. Horum alterntri in aliquam imperij partem è Dania Ranzonius, vir in consiliis militaribus, ut accepi, non contemnendus, accedere poterit: Sueorum, Bauarorum, ac Rhenanorum pedisum, Ferdinandum Bauarie ducem, aut Comitem Oettingensem praefectum esse diligendum existimo. Vniuersarum autem Germania copiarum, Archiduci Maximiliano potestas optimo iure est permittenda: vel secundum cū Ernesto, Archiepiscopo Colonensi: vel fratris filio Maximiliano Duci Bauarie; qui ut aspectu Hericum ducem Guisiane referit, omnium quos Gallia vidit unquam principem fortissimum, optimumq^{ue} belli ducem; ita virtute etiam atq^{ue} in

pralij felicitate posse imitari, sperandum est. Milites porro Le-
odienses ac Lotharingos; aliquis ex ducum Lotharingie familia
princeps (complures enim sunt his proximiis annis in re militari
apprimè eruditii) rogatus adducere non dubitabit. Polonicis au-
tem copijs dux est veteri iure illius regnt, seu more maiorum con-
stitutus Ioannes Zamoscius Cancellarius: eximia prudentia &
fortitudinis opinione vir; uniuerso iam penè terrarum orbe cele-
berrimus. Scotis optimè vel Comes Bothuellius Nauarcha, vel
Comes Arrellius supremus militiæ Scotica præfetus, quem vulgo
Connestabulum appellamus, præsse poterit: quorum utrilibet
Coluilleum Baronem Vimensem, virum verè Scotum, id est, si-
cicum, fidelem, constantem ac fortrem accedere peroptarem. Ex
Hibernis Oncilius dux aliquis adnocetur: illa iam enim familia
inter Hibernos, qui libertatem reinent, generis antiquitate &
potentia antecellit. Ex qua gente ante octingentos annos in Ger-
mania contrà paganos (ut ex veteribus historijs apparet) belli
duces extirerunt. Italorum pedestres copia regi utiliter ab Ioanne
Mediceo, vel ab aliquo principe viro, ex Vrsina vel Columnensi
familia poterunt. Isti namq; his multis annis præ ceteris in Ita-
lia rei militaris perpetnam & hereditariam quasi possessionem re-
tinent. equites duci Ferraria in primis vel Parma sunt commit-
tendi: uterq; enim apud summos belli duces, rei militaris tyrocinium
in equitibus ducendis fecit. Sed isto præfecturam equum ob-
tinente, alteri supremum in uniuersas Italia copias imperium per-
mittendum esse indicarem. At in Italia non eris de ducibus ac
militaribus præfectis magnopè laborandum. Ex his igitur ali-
quis idoneus, cui summum deferatur imperium eligi poterit. Sin
suffragiores permittatur; imperator talis est constituendus; qui
pronidere possit; ne unquam inuitus omnibus copijs decertare co-
gatur; qui in acie dirigenda instruendaq; ne penitus vincatur
præcauet; qualem secundum Gallia regem, unum esse hoc tem-
pore principem Duceat Mainum mihi compertum est: quia laus
apud

apud veteres propria Pyrrhi Epirotarum regis, Hannibal & Nicanoris Lacedemonij fuit: apud maiores nostros Roberti Brus-
si regis Scotorum; qui duodecim continuis quasi pralijs supera-
tus ab Anglis; nunquam vincendi animum aut spem abiecit;
donec penitus liberata patria, hostium infinitis deletis copijs eum
Romani Pontificis in Anglos pietas a vincendo reuocauit: qua
imperatoria laude floruerunt non ita pridem Alexander dux
Parmensis ex Italis: in Gallia duo Guisii deinceps duces & Castil-
lonius Admirallus: in Hispania dux Albanus: in Germania Io-
annes ab Austria, Mauricius Saxonia Dux, & Albertus Mar-
chio Brandenburgensis: De summo illo & verè maximo Imperato-
re Carolo Quinto nihil dico: nam nullo in ancipitis prælio, quod
sciam per se, sed per legatos, virtutis felicitatisq; periculum fecit:
his Scanderbegum illum, Epirotarum principem patrum memo-
ria, adnumerare possumus. Si quis itaq; ex illis, quos primo loco
memini: summus belli dux fieret, Mainio duci secundas esse partes
deferendas & vices putarem: qui id usq; & exercitatione militari
efficeret; quod accedente summi ducis autoritate, victoriam fa-
cilem, laticiamq; constantem uniuersa reipub. Christianæ concili-
arie. Duce namq; nobis vel legato opueris expedito, & pa-
rato, eoq; qui imperium legitimum habeat; qui præterea habe-
at authoritatem, nomen & perspectum in repub. liberanda ani-
mum: & in quo sint imperatoria illa virtutes; labor in negotio,
fortitudo in periculis: industria in agendo. celeritas in conficien-
do; consilium in prouidendo; que uniuersa in uno Vilario Gal-
lie Navarchos seu Admirallo ex omnibus quos viderim maxime
apparent. At cum nomen illi principis & autoritas defit: non
facile illius imperio principes viri se subiicient. Atqui illius opera
& consilio carere nequit Gallia: quandiu cum hoste tam potente
res erit: que est ratio, cur nec fortissimorum Hispanorum ducum
militarium hoc loco meminerim. Hungarorum quoq; copias, &
duces prætermitto; ut illis Cæsar in repub. Hungarica liberanda,

confermataq; quamdiu cum Turcis extra Pannionam res geruntur, uti suo arbitrio & commodo possit. At vero, ridebit Hungarius hic aliquis, aut alius quilibet, cui Germanorum virtus, non virtutes innotuerunt: Christiani me exercitus summum principibus imperium deferre; ac praeципuam copiarum partem ex ea gente conscribere: ex qua quatuor millia Iaurinum Hungariae summissum praesidium, abundante commercio, trecentis relitti tormentis bellicis, inspiciente imperatoris Germanorum fratre, toso exercitu Christiano ad soluendam obsidionem properante, vix deiectis ulterioribus aggeribus, nullis secundis tertisque extrectis vel inchoatis munitionibus ignave turpiterq; deseruerunt. Magnum hoc esse Germano nomini dedecus, non nego: Verum id non militum, sed ducis illius culpa; nee universa Germanica nationis, sed paucorum ignavia contigit: quo modo fortissimas Romanorum legiones, & deletas, & sub ingum esse missas, veteribus monumentis accepimus. Eudem sapè Lacedemonijs fontem calamitatis fuisse testantur historia. Hungari etiam ipsi, surpibus acceptis conditionibus, ab ipsis istis Turcis frequenter sunt dimissi. Non minorem hac etate Italos, qui Cyprium sibi insulam eripi sunt passi, & ijs qui Bredam munissimum Belgij oppidum amiserunt, ignaviam exprobrari vidimus. Galli item ridentur, qui Falesiorum oppidum, ante paucos annos hoste vix conspecto, aut diruto muro, ut singuli milites irrepere possint: & ij quoq; qui tormentorum loco, trabibus ostensis, rusticorumq; turba, cum paucis equitibus territi, Ebroicensem urbem, natura & arte munitam, cum se suisq; dediderunt. Hispanorum deniq; timiditas, simili ducis ignavia, in munitissimo Africe praesidio Turcis concedendo arguitur. Nemotamen Romanos illos veteres, aut Lacedemonios, non fuisse viros fortes aut nūc Hungaros, Hispanos, Gallos, Italos militari lante non prestare dixerit. Qua in re certe nullis Germani veteres concesserunt; nego, hoc tempore etiam Mansfeldio, vel Hoenloio ducibus concessuros affirmare possum. Quippe qui parvus uiderim,

ab alijs

ab alijs partim acceperim ; Germanos numero pauciores, non tra-
ro Gallos, & Hispanos, cominus pugnando superasse. Nulla gens
robustior ; nulla qua^e terrore minus afficiatur ; nulla magis dueibus
obsequens ; aut militaris disciplina & laboris patiens : nulla deniq^{ue}
magis idonea ad omnes ciuilis & militares artes ; si institutio ac-
cesserit ; si pramia virtuti, honores, opesue proponantur ; si sti-
pendia soluerit ; si prudentes & fortes duces praefeceris. At ne quis
puer, me proprio aliquo gentis istius studio, Germanica laudis
agere preconem^{us} ; patria, moribus, ac vinendi instituto ab istis
hominibus ita dissentiire me profiteri non verebor ; ut nulla natio
aut ciuitas sit, quam attigit, cum quae minor mihi coniunctio, ne-
cessitudine intercedat. Italorum, Gallorum, Hungarorum, Po-
lonorum, Hispanorum, Anglorum singularia aliqua in me me-
rita extiterunt. A Germanis nihil unquam nisi vulgare est pro-
fectum. Imò nescio quo meo fato omnia non vulgaris acerbita-
tis plena contigerunt : armati latrones primo die quo fines ingre-
sus sum, durissima pugna exceperunt, spoliarunt, atq^{ue} in duram
mansionem detraxerunt ; nulla fidei aut humanitatis militaris,
equitatise bellicae habita ratione : inde vacuum, summi etiam, ut
illis videbatur, beneficij loco dimissum : Colonia pradonibus plus
aquo fauens ciuitas, non minore rusticitate in iuriis gentium officio
denegando, in testibus aduersus latrones examinandis, est prose-
cuta. Eadem perè discedentis quoq^{ue}, fuit infelicitas. Non tamen
veram istius nobilissimæ nationis laudem mihi dissimulandam
existimo. Non enim hic Gulielmum, sed Christianum ago mili-
tem ; qui nullis offenditionibus à veritatis pietatisq^{ue}, Christiana stu-
dio dimoneri debet : amplius dico, in universo terrarum orbe me-
liores, quam in Germania, principes non reperiri : nullibⁱ in tan-
ta religionum, imperiorum publice eq^{ue}, administrationis dissensione,
tantam concordiam ; atq^{ue} in tanta licentia, atq^{ue} omnium penè de-
lictorum impunitate, tantam securitatem publicè tranquillita-
temq^{ue} esse. Quinetiam illorum hominum mihi precipua quadam
& innata

& innata sinceritas, atq; in dictis & factis constantia, excepta fluctuante religionis & incerta disciplina, semper visa est: qua in re non Germanorum modo, sed nostrorum etiam Scotorum, Anglorum, & Gallorum lenitatem mirari non desino; qui non adhibita Christiana regula, Ex OPERIBVS, eos; quirelictis veteris sanctimoniam mysterijs, pro castitate, incontinentia; pro voluntaria & Christiana paupertate, incredibili diuinitiarum rerumq; temporalium cupiditate; pro submissione, arrogantia ambitioneq; & seditionibus principumq; contumelijs doctrinam initio confirmarunt; sequi non dubitant. Quo nomine Turcorum hostium pertinaciam (in re namq; mala constantia verbo uti non audeo) nostrorum hominum inconstantiæ prorsus anteponendam arbitror. Sed iam eò unde digressa est, reuertatur oratio. Re numaria itaq; & exercitu constituto, commeatu seu annona opus erit: sine qua nec res militaris administrari, nec exercitus constitui aut teneri, nec bellum geri potest. Frumenti quidem haud minus modis sexcentis millibus requiritur: tantundem annena seu pabuli esse oportet: vini plaustris centum millibus, cum ducentis boum, & sexcentis minorum pecudum millibus, tanta militum multitudo egebit. Frumentum cum pecoribus facile suppeditabit Polonia, Lithuania, Moscouia, in Boristhene & Tanai fluijs. Constitutis stationibus, vino facile carere possumus; quamquam quod opus erit, ex Hungaria, & Valachia ac Gracia deinde commode consequemur. Sin vero in Hungaria bellum erit; ex Austria, Italia, Germania, Polonia, Drena, Tibisco, Morano fluminibus, annona commeatusq; facilis deuenhi poterit. In hanc rem autem constitutis annona prefectoris idoneis, sexies decies aureorum millia sunt representanda; ut annam recte, & res ad ultimum necessarias diligenter procurent. Quam pecuniam, non nisi anno decurso, ut restituant, est paciscendum. Et si qua rei numaria difficultas inciderit, isti a militibus signa publica nota qua statuta solutionis die verorum numerum

morum loco rependant, accipiant, Stationes deinde, quibus & commeatius secure & milites etiam denechi poterunt, sunt designanda: eaq[ue] præficitis ciuitatum cura est demandanda; ut nec militibus extra stationes, ad viatum necessaria præstentur; neq[ue] ipses sine vita discrimine transire alio licet; ne impunè vias latrocinij, agros direptionibus infestent. Quamobrem Hispanicorum exercituum more, literarum & iuris periti indices sunt constituti; qui refutatis militaris licentia excusationibus, severè iuri dicant: eorumq[ue] sententias obstricti iuramento præfecti non retardabunt; castrorumq[ue] Mareschalci, ut vulgo dicimus, abolitione, nulla aut venia expectata, nisi maximis ex causis, exequentur: semperq[ue] salutaris severitas, inanem vincat speciem clementia. Nam si clementes duces esse voluerint; seditiones, cades, latrocinia, in tanta hominum linguis, moribus, ac religionis institutis disreputantur frequentia, nunquam deerunt. Non tamen ita leuita delicta suppliciorum acerbitate sunt punienda; ut homini vita statim, vel caput adimatur: sed vel ad inferiorem militiam, vel ad opus fessorum & cuniculos agentium, donec virtute rursus sceleris macula eleuetur, condemnandus est reus: quo etiam, ne inutili hominum turba annona carior fiat, calones omnes & lizas destinare oportet. Quorum numerus, in tanto exercitu ad quilibet opera adhibitis aliquot peritis fussionum magistris, è metallorum fodinis accessitis, idoneus inuenietur. Iam vero rebus omnibus ita procuratis, vniuersas in Pannonicam copias deducere, opera pretium erit. Nam simul atq[ue] istius expeditionis fama apud hostes increbuerit, vndiq[ue] Turci eo connolabunt. Per Carinthiam igitur & Austria[m], Italorum copie descendant: per Boemiam Francorum, Sueorum, ac Rhenanorum auxilia, coniunctis Helvetijs deueniant; per Morauum Saxones, Hassy, Silesy. Hibernis & Scotis longior multo & difficilior est futura via, per Daniam, Prussiam, Poloniā; indeq[ue] coniuncto Polonorum equitatu, in Hungariam ad locum indicti exercitus est

transcendum. Vbi in castris postea metandis, ac regionibus (ut dicitur) militibus assignandis, accurate cauendum erit: ne homines moribus aut veteri aliqua contentionē emulationēe discrepantes coniungas; ut omnis seditionis tumultusū causa praecidatur. Itaq^z Poloni vicina sint, Scotorum & Hibernorum diversoria: in medio Germani sunt collocādi (minus etenim diligentes, in excubis & vigilis agendis haberi solent) his proximi sunt Galli; post Helvetij quos Italorum copiae sequuntur, illa in regione, unde periculi pluri imminere videbitur; quippe qua diligentius excubias agere, ac prudentiores in insidijs hostium evitandas depellendisq^z esse consueverunt. Si qua demum contentiones rixānt inter diversarum istarum nationum homines inciderint; auditor generalis (ut Hispanorum in disciplina militari usitato verbo utar) singulari prudentia aliquis literarum & linguarum peregrinus esse debet; qualem in Belgio doctorem Salinas vidimus; qui cognita causa, connocatis nationum, unde rei erunt, militum praefectis, inferioribusū auditoribus ius dicat. Sed isto in bello principis alicuius viri authoritas, cuius iudicio alij etiam principes obtemperare non recusent, in tanto exercitu requirentur. Neq^z, enim ipsum Imperatorem, aut summum bellī ducem istis contentionibus occupare velim; ne offensis damnatorum animis, negligendi deinceps imperij occasio detur. Consentientes enim & amicos habere milites, maximum esse vincendi praesidium, optimè senem illum apud Eulgozium, Garsiam Nauarræ regem, alumnum suum, initio preli cum Ferdinando Legionense rege initi, monuisse, preli docuit euentus: quod ut consequatur, humanitate, fide, liberalitate, facilitate debet eniti; ut Cyrus, qui singulorum militum nomina callebat, & Cambyses, liberos emorituri docuerunt. Atqui hac nostra memoria, quoscanq^z belli duces excellentes vidi, in hoc unum præcipue incumbebant: quin etiam, quod ex fortissimis Gallia & Nauarræ regis militibus audiui, referre possum: cum eos aduersarij à partibus regijs sive, maioris ac certioris stipendijs dehortare-

bortarentur; regi nummos non habenti; fide tamen ac virtutibus
 principis insigni, malle gratis, quam alij cuilibet mercede inser-
 nire: quo militum studio, incredibile penè dictu, Galliam paucis
 his annis exiguis copijs recuperauit. Hoc Villartium etiam ad
 summos in Gallia honores euexit: hoc Archiducem Maximilia-
 num p̄ reliquis Austriacis principibus hoc tempore celebrem
 efficit: Hac demū ratione Sigismundus Bathoreus, Transylua-
 nia Princeps, ad summam in re militari tandem efflorescere inci-
 pit. Ceterum hoc, ut à peritissimo Hispano duce accepi, unum,
 Hispanos inuictos reddit. Duces enim omnes ita se erga militia ge-
 runt, ac si fratres essent, aut liberi; eaq; est coniunctio, ut qui
 ducem deseruerit suum, vix unus reperiatur. Sin peregrinum
 aliquem, qui pari humanitate facilitateū uti nescit, ducem eiusē
 preficeris; egregij nihil eos praestare posse sum expertus. Hand fru-
 strā igitur principi aut belli duci praeauendum diligenter esse sen-
 tio; ne suorum animos offendant; nene illiū in dictis aut factis
 minimē constarem estiment; nene domestici & familiares fidem
 illius aut auaritiam reprehēdant. Ab ijs enim ad alios, ad quos res
 minimē pertinet, offensio facile derinatur: neq; principibus villa ca-
 lamitas unquam, qua non a familiarium offensione profecta sit, a ei-
 nibus illata reperitur. His itaq; non solum quod promiseris est pra-
 standum; sed omnes etiam gratificandi querēdæ occasiones; omnī
 desideria explorāda; nomināq; (ut de Cyro retulimus, & de Mat-
 thia Hungaria rege scriptum reperimus) tenenda; atq; ut idē dice-
 re solebat, ijs uti, qui veritate potius, quam adulationib; gratiā
 aucupantur, generosi maxime & règij est animi: nec non iudicare
 (ut Hannibal suis in castris putauit) milites virtute, non genere
 certare oportere: eumq; ciuem & popularem esse) ut ille de Cartha-
 ginensi) qui hostem feriet, quisquis erit. At vero, si Cæsar ipse bello
 præsuerit; Archiepiscopum Colonensem, vel Episcopum VVirce-
 burgensem, vel Salentinum Comitem Eisenburgum, prudentia,
 authoritate, & linguarum cognitione idoneum maxime esse censeo.

Sic minor aliquis, aut isti, quos memini, principes viri, prouinciis abesse non poterunt; neminem uspiam istis ipsis ornamentiis que memini, ac diuersarum gentium usu, & consuetudine, nec non studio, denig, ac voluntate iuuanda rei Christianae, Ioanni Conrado Kotutio ab Aulenbach, equestris ordinis viro, atq, Ecclesiasticorum honorum titulis insigni, Decano Virceburgensem preferendum esse puto. Neg, mirum cuiquam esse debet, cur Ecclesiasticum virum aut Catholicum & Germanum, hoc munere potissimum fungi velim. Nam Catholici Itali, Galli, Poloni, Hiberni, Ecclesiastici viri arbitrio facilius obsequentur: Evangelici Germani & Scoti, Germanici hominis fidem non ita suspectam, aut iudicium habebunt: alioqui Zamoscium Poloniae Cancellarium omnibus, proprie imperiorias virinies, cum literarum scientia coniunctas, preferendum existimarem. Eadem prorsus in procedendo nostris erit copijs tenenda rasio: Primam aciem ducant Itali cum Helvetijs: media sext Gallorum & Germanorum legiones: ultimum agant agmen Scori, Hiberni, Poloni. Si praliam erit inenndum, pro varietate locorum & hostium, qui primi apparebunt, erit dimicandum. Quanquam hostibus in more posita esse accepi; pedites in plura agmina, quorum alia quadratum, alia triangulum, alia suadram fabrilem referant, distributos: equestribus turmis, ad instar dimidiata lunae, vel disrupta forniciis circundare; ac primum ignaos maxime & rudes exponere: vel ut illorum sanguine hostilium telorum acies retundantur; vel ut ipsi, cum se pro ignauis haberi viderint, ostentanda virtutis causa pugnent audacijs: alijq, sequentes nervos magis intendant; cum se a ducibui pro ultimo discrimine tanquam fortissimos reseruari videant: Optimos præterea quoslibet veteranos; donec hostes dissipatos aut exultantes victoria, ordines non seruare conpererint, continere solent: qua illis ars, octo maximis nobiscum pralij, sex cum Persis & Egyptiis victorianas peperit, amplissimumq, imperium confirmavit. At Persæ tandem

illam ludere calliditatem didicerunt : Christiani vero , nullo ha-
 etenus pralio terrestri , suis se incommodis ac belli offensionibus
 pertiores cantioresque factos esse ostenderunt . Nihil enim ad istos
 pertines hostes expeditio Godofredi Bullonij ; cuius memoria ,
 quandiu stabit res Christiana , nobis sacro sancta esse debet . His
 itaq; causendum erit ; ne Polonorum audacia , vel Italorum super-
 bia , aut Germanorum negligentia , aut Gallorum temeritas , aut
 Scotorum Hibernorumque ferocia consilium vincendi , rationemq;
 in pralio committendo vincat : ac ne cogi ad pugnam possimus ;
 nec pugnemus , nisi maximo nostro commodo , ac certa quasi vi-
 etoria spe . Qua duo ut consequatur , regionem , in qua pralian-
 dum erit , notam ita belli dux habere debet ; ut nec riuius ullus ,
 nec arbustus , nec tumulus ei non perspectus existat . Simulan-
 dag; erit pralij vitatio ; ut inconsultius nostro simulato timore
 hostis audacior factus aggrediatur : quo nullum maius victoria
 adiumentum esse poterit . At verendum est tamen , et si cum qua-
 dringentis hominum millibus ipse Turcorum tyrannus nostris oc-
 currat ; ne lenibus cum nostris pralij aliquot commissis , ita no-
 strorum virtutem & robur armorumq; firmitatem , quibus Bar-
 baris antecellimus , reformideat ; ut remissa illa superbia ac fero-
 cia Mahometica , quam ostentare solet , impervy fines sine pralij
 discrimine tueri velit . Tunc vero Guisij fortissimi Ducis in dissi-
 pandis illis Germanorum copijs , quibus Baro Doneus Dux erat ,
 coniunctis etiam aliquot Gallorum millibus , exigua quatuor
 millium manuraciones sunt imitanda : suspicentes perfidiae inter
 Duces clam serenda : noctu insidiae , perspectis hostilium castro-
 rum regionibus , & oppugnationes tentanda ; ne nostris deniq; nos
 artibus ingulent , prouidendum . Sin & his nihil prosectorimus ;
 ancipiit Marce rumpenda est mora ; ita tamen , ut in aperta vi ,
 ars & industria imperatoria praluceat . Quod consequimur , si ita
 perire nostras instruamus acies ; ut hostium equitatus , qui fidunt
 maxime , nobis multum nocere non possit ; ac ne tormenta , quibus

abundant, nos laedant, prouideamus; ac demum si in omnem
pralij enentum aciem, ubi summui belli Dux consistet, ita fissis &
aggeribus munitam, vel curribus ac vehiculis obvallatam, ut pe-
ntrare hostis non possit, efficiamus. Primi, ad occupanda inimi-
corum tormenta sunt Hiberni mittendi: qui equos ipsos cursu ex-
equantes, obseruato militari ordine ac gradu, spinis solent eiacu-
lari. His proximos adiungam Scotos: andacos omnia perperi:
qui post unum aut alterum impetum tormentis eminus, gladiis
cominus acriter ita rem gerere didicerunt; ut tormenta eos, pulsis
Ianizeris, posse in potestatem redigere, non sit dubitandum. Se-
quantur aliquot equitum Italorum turma, quibus alarum in-
star, sint equites Germani: post agmina peditum Germanorum,
cum aliquot equitum alii equites Poloni latera, cum peditibus
Gallis, Hibernis, Scotis oppugnant: quibus deinceps recentes Ger-
mani pedites, adiunctis equitibus, veterum more, alarum loco
succedant. Sin in Hungaria res erit: Hungaris alterum erit la-
tuu relinquentum: at extra Hungariam educi eos nolim: donec
recuperata patria, de suis rebus securi, consuetudinem amicitiamq;
cum Turcis intermittere non laborent. Italorum acies, coniunctis
haustatis Helvetiis, ac equitum Germanorum millibus quinq^u sub-
ueniat; que desatigatis Germanis & Scotis, Romanè pralium i-
neat. Reliquæ demum copia, cum summo belli Duce, paratis un-
dig, maioribus tormentis consistant: nec loco se mouent vniuer-
sa, sed Imperator auxilia laborantibus submittere diligenter; atq;
ut disruptæ nostræ acies recentibus copijs succurrentibus subito re-
stituantur, maxime attendat. Epirote & Scotti equites cum ali-
quot Polonorum millibus à lateribus agminis erunt Imperatorio
relinquendi: qui recentes fugientem tandem hostem persequantur.
In omnibus deviq^u nostris agminibus, subi^o turre^s, unde leniori-
bus tormentis, quam hactenus Turcijs visa fuerint, in medias ho-
stium acies eiaculemur extruere poterimus. Quomodo directis
aciebus: ante refrumentaria procurata; comparatis numis mi-
lite de-

litis delecto; talibus, quos memini, Ducibus, in bellis acerrimis ab incunabulis educatis: nostros robore corporis, armorum usu, præstantiaq; & consilio antecellentes, instis deniq; & necessarijs belli gerendi causis coactos; hostes illos Asiaticos, homines naturâ timidos, & in pralijs parum exercitatos, Turcica iam diu tyramnis pertbos, inermes penè; quorum maxima pars plus premij libertatem nimirum, & amplas possessiones, more nostrorum nobilium, ex nostra, quam ex suorum victoria sperare poterunt; debet lare facile posse quis negabit? Evidem accepi, Ducem Guisum, & Mareschalcum Birronum Gallos, summos omnium qui noverunt iudicio belli Duces, familiari quodam de Turcis sermone, palam definitissime: maximas qualibet Turcorum copias, à Christianis triginta millibus pralio vinei posse; quod et si ijs, qui veteres historias attigerunt, non incredibile videri poterit; in medio relinquentur censeo: nego ut uno tantum pralio, sed ut bello superentur, consulo. Quod ut efficiamus, non tam nostris, initio ut vincant: quam ut superatis hostibus victoria caute recteque utantur, laborandū esse indico: non solutis ordinibus insequendi fugientes: non victoriae confundū, quā diu singuli incāpis apparuerint, expeditioribus dimissis militibus cū peritissimis Ducibus; qui fugientes noctes & dies insequātur: nostro in ipsis hostium castris confirmanda victoriae causa cōsistente Imperatore: donec inimici, vel penitus deleti, vel in præsidiū aliquod se receperint. Non tamen, si plures superfuerint, temere cingendi obsidione, aut oppugnandi sunt; ne victoria nostis factis negligenteribus, in summa rerū desperatione, graue damnū aliquod inferant: sed intercludendus commeatus: donec recreato nostro & instrato exercitu, curatis militibus, diuisa prada, integris quasi copijs aggredi rem possimus. Sin facilis videbitur oppugnatio; non omittenda; nouis alioquin munitionibus extuctis, ne comeatu nos prohibere possint, est procedendū. Sin hyems immineat, ac diminutus ita noster exercitus videbitur; ut nō adiunctis nonis copijs a finibus abire non sit integrum; in remotioribus Turcorum prouincijs

provincijs, tentandi praefectorum animi: ut depulsa seruitute, libertatem assumant; ex seruis domini & Principes fiant: ut ciuiili bello Tyranni vires diminuantur: non violandi a nostris ritibus abhorrentes Christiani; benignè, si qui dediderint se se hostes, excipiendi; fideliterq; pacta seruanda: cruciatibus, perfidie, impietatiq; renunciare non cogendi. Sed Christiane pietatis & disciplina seminaria, ad que liberos dimittere teneantur, instituenda sunt: ipso adhortationibus ex ipso suo Alcorano allatis, ac recte vivendi exemplis ad Christianā fidem amplectendam inuitamus. Illud etenim ad hostium perfidiam refellendam, nostramq; religionem confirmandam, argumentis abundat. Neg^r verò homines, si ad nouum aliquem pietatis ritum vi coegeris, pios, sed omnis religionis pietatisq; desertores ac contemptores effeceris. Hand enim effici poterit, quin quale, quidq; videatur, talem quisq; de eo opinionem habeat; quinetiam difficile est mutare animum; & si quid est penitus insicuum moribus, id subito euellere. Est igitur id, quod lēti & considerati iudicis esse ex Marco Tullio resert Marcellus, in nouis ritibus inducendis mente tenendum: cùm parcere vel ladere possis, ignoscendi quaras causas, non puniri occasions. Alioquin constans & diurna victoria, qua deuicti populi libertatem, religionemq; penitus tollat, esse non potest. Nihil amplius aut de sequentibus pralij, aut temporibus dico; constituta etenim re Christiana, nos auxilia nancisci: ac vincere deinceps facilius est futurum. Omnes namq; refeliciter, ut spes est, gesta, quantumvis initio ab isto bello abhoruerint, copias libenter adiungēt. Principes Asia & Africa fædera nobiscum haud iniuriant: non tamen est nostris temere viribus & copiis confidendum; aut hostis contemnendus; sed caute fortiterq; bellandum: ne, quod maioribus nostris accidit, qui Indiam Saracenis eripuerunt; nobis iam victoribus nostra culpa contingat. Neg^r confessim Bizantij oppugnatio est tentanda; sed arcibus extremitatis obsidenda; ut paulatim annona, ac defensorum numerus

merus imminuatnr; qua arte Parisios his proximis annis debet-
lasset Rex Nauarra: si Parmæ Dux opportunè suppetias non tu-
lisset. Ac ium demùm classe utendum erit; ut mari commeaturn
aduehene hostes prohibeamus: post, si quidem fame ad deditiōnem
cogi non posse videbuntur, urbs acriter oppugnanda; Turcorumq;
pertinacia, in eadem urbo & Rhodo etiam ac Babylone expu-
gnandis, maiorum memoria est sequenda: nec ante in Natoliā
inde transmitendum: quam accepto supplemento, denictas pro-
vincias munitas ac tutas à Tartarorum & Scytharum incursioni-
bus & vi effecerimus. Atq; ut denicti Græci, nihil nostris in Asia
occupatis innocent; robustissimi quilibet diligendi: qui stipendio
nobis militent: quiq; illarum regionum astum facilius quam no-
stri, ferre possint; nostris, quos caloribus flaccescere magis arbi-
trabimur, in denictis urbis præsidij loco relictis. Hic deniq; non
est omittendum, quod Nouus belli Dux fortissimus, quatuor annis
debellari Turcos posse scriptum reliquit: at consentientes omnes
populos Christianos velis equisq; (ut dicitur) bellum vult facere,
Quod quidem summi viri, militari scientia, & bellandi laude ce-
leberrimi consilium, à viro prudentia & sanctitatis opinione apud
exteras nationes non obscurò, non improbari solum; sed contume-
lijs etiam acerbius excipi, sapè mirari soleo. Verum id fortassis aut
inani Catholicae religionis studio, aut nimia hereticis obloquendi
cupiditate vir bonus temerè scriptum exposuit. Non enim Hanni-
bali, aut Scipioni, aut Iulio Cæsari, aut eius aduersario Pompeio,
alijusc summis veteribus belli Ducibus laus detrahenda; aut consilia
eorum contempsenda; si quid recte ab illis dictum factumue
reperimus: ideo quod à nostra religionis cultu fuerint alieni: at
nihil isto hominum genere importuniūs esse; cùm religionis nor-
mam, & sanctimonia cancellos, quos sibi sponte circumscripterunt,
egressi, ad ciuilia vel militaria Principum consilia transferint:
Sebastiani regis Portugallie in Africa clades, & non ita pridem
classis Hispanica, calamitas, ac belli deniq; istius Galliei cunctus

satis superg_o declarant. Ceterū hec ab ijs, qui vel Bodinum, vel Noncum ab istius conuitijs vindicabunt, copiosūs referentur. Ego quidem et si Nonci summi viri animū & studiū vel maxime laudem: nec tanto viro obloqui audeam; cūm incerti sint bellorum euentus, ac leni quasi momento pendeant: posse tam breui tempore bellum hoc consēctum iri, affirmare non possum. Amplius etenim est hostium & dīnes imperium: multi præterea ac magni Principes & populi in Asia & Africa eiusdem impie-tatis sectatores existunt; qui ad suum contra nostros Makume-tum defendendum copias coniungent: ita ut quamvis multis hostes pralijs supereremus; celeriter tamen bello vincere non pos-simus; nisi Alexandri Magni in bellando felicitas, ut eodē fere tempore, quo prouinciam aliquam attigerimus, in pot-e-statem redigamus, à D E O nobis Optimo Maximo obtigerit. Nam si Casar Galliam seditionibus corflagrantem, vix decem annis denicit; & populus Romanus ante in eo se ē im-perio, quod nunc Turci occupant, acquirendo triginta & am-plius annis fuit occupatus: quis nos tam potenti hosti tam exi-guo temporis spacio arma, imperium, ditionemq_o amplissi-mam, extorquere posse probabit? Nec diuidendas ita nostras copias esse censeo; ut à si ventorum, aut praliandi aut vincen-di facultas depe[n]deat, nec nisi maximis sumptibus instru clasi-sis initio poterit; quinetiam male illis, antequā Bizantium perueniamus, tanquam pontem, quo fugiant, relinquere fortas-sis opera precium erit. At ista videant ijs, quibus ea vel hono-rum vel muneris, aut officij alicuius causa consulendi cura in-cubit; quod ijs est facile, qui melius singulas regiones, ac sin-gulorum ciuium fortunas perspectas habent: mihi vero satis est, digitum ad fontes intendisse: ac potentiorum animos ad salutaria consilia inuestiganda commonisse. Nam intermissis literis, me eastra nunc innuant: & litno iuba permisus sonitus: vel si quid temporis ab istis est curia reliquunt, ignotes hemines & orbes ut-dere: ita

dere ita ut etiam si maximè velim, libros adipisci non possim: unde aliquid elegantioris, vel sermonis vel rei isti meæ scriptioñi affingere poterim: eaq; lubens ornamenta illis concedo, qui in scholis ac literarum delitijs delitescunt. Ego, quibus potero vel factis, vel cogitationibus, istam mihi vitam, omissis verborum lenocinijs, traducendam putabo: que potissimum ad diuinis nominis laudem tuendam: atq; ad liberando inuitandoq; ciues Christianos pertinere videbuntur: ac studijs, officijsq; scientiæ preponenda iustitia officia, que pertinent ad communem Reipub. Christianæ utilitatem, qua nihil homini Christiano antiquius esse debet, perpetuò indicabo.

SUMMA CONSILII CAPITA

ARMA CAPERE.

Vtile,	} est	Gracia monet;
Honestum,		Hungaria petit;
Necessarium,		Germania dat;
Nummi,	} non desunt	Italia promittit;
Milites,		Polonia deliberat;
Duces,		Veneti expectant;
Ratio certa,	} apparet	Hispania vult;
Via facilis,		Gallia non impedit;
Anona non difficultilis,		Anglia cauet;
Præda ingens,		In medio est Hollandia;
Gloria immortalis,		Hibernia festinat;
Victoria haud dubia		Scotia non moratur;
		Dania consentit;
		Suecia non recusat;
		Alia sequentur.

QVID MORAMINI?

P 2 FELI-

FELICIS PETANCII CAN
 cellarij ad Vladislaum Hungariæ &
 Boëmia Regem

LIBELLVS.

DE ITINERIBVS AGGREDIENDI
 TURCVM.



Ccepimus, Serenissime Rex, maiores nostros, cum de inferendo bello consultarent, prius itinera, quibus tuto in hostes pergerent, multorum & scriptis & documentis accuratius inuestigasse. Quia ex re sape comperitum est; eos fusis validioribus copijs amplissima regna atq; opulentissimas prouincias ocyus fuisse adeptos. Ea propter opera precium erit Maiestatem vestram commonis- se. quos terrarum limites quasi gentium regiones adeat in Turcos expeditionem affectans. Et quamvis decenti & natura persuasiōne ad prouisionem ruine Christiana opus esset exordiri prolixioribus verbis; status tanzen periurbatissimus rerum me prohibet: eog, maxime, quod maiores nostri, quorum exemplis innitimur, in huiusmodi arduis & mature nauandis rebus impigri ac semper citissimi extiterunt. Igitur omissis oris maritimis, que versus Aſiam nauigantibus patent; referam duntaxat, qui tramites ex Septentrionali plaga in Thraciam & Orientem dirigant. Primum igitur ex Pannonia ad Istri & Savi confluenter, traiicitur in superiorem Mysiam, prope Belgradum oppidum: ubi due concurrunt via: At terra superior in Thraciam, sine Romaniam: altera inferior ad Dardanos & Macedones mittens. Sed superiorem viam sequendo patentibus campis Godomiri preter celebre fasnum Ressare Regum atq; Principum illustratum sepulchris; non procul superato amve maioris Murana; relictisq; sinistrorsum

agris

agris Bardilouæ : per pagum Branicum pergitur ad Nesum ; olim (ut ex ruinis cernitur) ciuitatem peregregiam , nunc instar vici redactam & à Turcis & Bulgaris habitatam . Adiacet ea altissimis montibus ex finitimo Rhodope progressis , fluuiio Niſa- ūa à quo denominatur ; magnaq; venalium copia rerum inter alios Myſia & Triballorum pagos censetur præclara . Abest à traiectu Belgradi CXX . millibus passuum . Ex ea ascendendo ad vicum Pirothi , situm in montanis ; per agrato vasto montis Cu- noronica iugō arduo atq; difficulti ; cum ob profunda circumenier- timrupiū concava ; tūm propter densissimum nemus , longioresq; anfractus : sit per quinquaginta miliaria accessus ad Sophiam metropolim Triballorum ; emporium nostrum saeculo memorandum , Iacet in in plano ; spectans ab Oriente inferiorem Myſiam , hoc est , Sagoriam : ex Chyabro flumine , circa Bionium & Nicopolim oppidum , porrectam per limites Istri ad mare Ponticum ; à meridie Thraciam ; ab occasu & septentrione Cordicos , Triballos , & excelsas montis Vasiglica Alpes . Hinc Rhodope præ alijs quadam plurimis , quos habet , verticibus est eminentior : quasi omnibus finitimiis montibus imperitans : quod ex ipsa Græca denominatione planè innuitur : per cuius asperos & Angustissimos aditus biduo pertransitur ad plana Philippopolis vel Romaniae . Hac Romani Asie quondam imperium sibi vindicantes iter habuere : quorum insigne adhuc usq; tempora in montis medio marmoreis erectum columnis conspicitur . Hinc & Gotifredum Bullionum dum terram promissionis recuperatus pergeret , ad Hellefponi siue Callipolis traiectum ex superiori Myſia transcedisse , memoria proditum est . Hisce etiam angustijs Vladislans Pannonia & Polonia Rex olim ab Amurathe Turcorum principio obſessus : retroce- dere , & in Pannoniam ire fuit compulſus . Ex Philippopoli via triadni , eaq; campeſtri continuè ad litus Marice siue Hebri flu- minis peruenitur Adrianopolim : vocatam apud priscos Odry- sum siue Orestida . Ea quantum pulchritudine & rerum gesta-

rum gloria inter omnes Thacia urbes semper claruerit, hinc vel maximè deprehenditur; quod eius fecunditate veteres Bithynie Reges electi: ex Asia in Europam commigrante ipsam sibi in domicilium atq[ue] Imperij sedem diu ante Bizantij expugnatione tenuere. A ea in Propontidem & Hellespontum sive Callipolim miliaria LX; in Constantinopolim vero CXX computantur.

ALTERA VIA INTERIOR, quæ ex eodem Belgrado per Dardanos & Triballos montes Aemum transgessa, prope Hebrum cum superiori via coniungitur.

ALTERA inferior via est accessu pers facilis. Patet enim ex Belgrado ad limites Myssæ & Dardanorum CCLXXX milibus passuum. Progrediens circa Ostermice oppidum, & Rakanicense monasterium: adducit primo ad Morauam (olim Moschum dictum ad latus arcis Cruscenæ fluentem. quandoq[ue] imbrum exundatione innudabilem: Dehinc ad Basilicam albā, & Apennini montes, Myssam inuicem separans. Rasciani enim primi huius provincie populi feroce ac bellicosi eam partē incolunt: quæ ad Drauum, Savum, & Istrum flumina spectat. Valachimontani, genus agreste hominū; hi gregibus tantum pollēt & armentis. Aliam autem, quæ ad Dardanos, Macedones, & Triballos, vergit, Scruianī gentes usū mitiores, & siderū aspectu benigniore eo quod magis ad meridiem redant: & frequentia commeantium mercatorum. Pertransitis itaq[ue] montibus, sequitur planum Duboitæ frequenter inhabitatum. Sed dimisso aliquantis per ad lēnā transite; qui ad villam magnā Procopiæ & Nisum dirigit: non procul offert se vallis Cossouicæa, cum Labo flumine per medium eius decurrete: procedens ad latissimum Cossouum campum, celebratum toties diversarum gentiū certaminibus. Verum ex multis quæ hic præclare gesta in antiquis narrantur annalibus, panca in huius campi memoriam repetam. Galli olim Graciam atq[ue] Asiam occupaturi, illuc

illuc primo tumultuantes cum circum finitimiis populis praeclusi
inire, non sine magna strage: ut ex eorum monumentis appareat.
Precibus namq; vix inducias obtinuerant, donec truditis sepulchra
occisorum corporibus, à provincia abirent. Præterea anno iam
CL. Amurathi Turcorum Regi magna cum Barbarorum mul-
titudine ex Thracia in Mysiam irruenti; Lazarus Despotus
hic cum multis milibus obuians, fuit occisus; paucis ex suo exer-
citu superstitibus, apud Turcos victoria remanente: non incru-
enta tamen; perempto ibidem eorum rege: ubi eius adhuc intestina
marmoreo condita tumulo iacent. Cadaver enim in Bur-
sam, sive Byrsam Bithynia metropolim deportatum est cum
alijs ex Othonianorum familia Regibus sepeliendum. Postre-
mo hic fuit illa infensa & omnibus saeculis execranda clades,
Joannis Huniadi, genitoris D. Mathie Pannonio-
rum Regis: ex conflieti habitu cum Amurath & Mahume-
te Calepino, eius filio: qui fuit pater moderni Turcorum Im-
peratoris. Huic campi planicies prorenditur circiter LXX
millia passuum; usq; ad viam Cuzamici, & fances Clissure
qua ad Scopiam dicit: posita inter duo flumina Sithnizum &
Labum, vallata undiq; montibus; quorum extrema perabun-
dant vicis & pagis; habens ad latius opulentissimum pagum Pri-
stinam qui ob maximam ubertatem fuit quondam Mysie domi-
nis in maximis delicijs. Est insuper ad decem millaria Nono
montana ciuitas, Germanorum colonia. Principio namq;
Saxones in Mysie partibus metallis & argenti materiam repe-
rere. Ceterum iuxta Horaniz & lacum & paludes diuertendo ab
ea via, qua dicit Binzum; Moranam, ad montes Crinici-
na infra Mysiam & Dardanos iacentes, itinere unius diei
ab ingressu Clissure, patet accessus ad Scopiam; caput Dar-
danorum & terminum Macedoniae. Hac ciuitas est ferax,
& abundans omnibus preciosis terra fructibus; plena diuinitijs;
diuersorum peculiare principis: irrigua salubri flumine
Vardaro;

Vardaro; securiente ex ipsis altissimis Orbe montis: qui imminet Macedonia, Triballia Mysia, Dalmatia, ac Epiro: propterea opportuna ad conuocandum exercitum. Inde iter arripiendo per planiem Gegligona, vallem Conopniz, et Balnea Beobusci, pontemq[ue] Strymonis, dirimentem Macedones a Triballis sive Bulgaris, prope villam ripa Rubea: perlustratis campis Samoceui, & siluis vastisq[ue], solitudinibus montis Hemi: apud Triballos eius accolas Costegnazo difficile admodum via descenditur ad Marizam, huc est Hebrum flumen, & campos Philippopolis sive Romania; ubi hac via inferior, distans a Scopia CCXXX. milibus passuum, coniungitur cum superiore: ex monte Vasilita, sive Rhodope ad hac plana progrediente.

DE COGNOMINE ET situ Romanie.

RO^MANIA autem, de qua paulo superius mentionem fecimus, est regio aprica; affluens omnibus, quae ad humerum expediunt usum: a Romanis olim ob magnam situs amoenitatem diu habitata. Unde propter frequentes In ea provincia Romanorum colomas, & praesertim Constantinopoli, que quasi altera Roma usq[ue] nominari consuevit. Eius longitudo a littoribus Aegaei aquoris & Strymone fluui CCCXC millibus passuum progressa; ab Oriente, Ponto; a septentrione, Istri ambitu, non longe a Rhodope, iuxta Ciabruna amnem, cum inferiori Mysia finitur; latitudo vero ex vicinis Hemi latebris incipiens ad meridiem CLXXX versus, Callipolim protenditur.

ALIVS LOCVS VNDE EX PAN- nonia in Mysiam iuxta Saslon oppi- dum traiectus est.

SECUNDVS autem locus, unde ex Pannonia transitus in Mysiam est, prope Saslon, sive Sabacna oppidum; non procul inde ubi

inde ubi Drina ex Dalmatia decurrens Sanu immiscetur. Ultra Sanum duæ sequuntur prouincia, Belgina & Maza; relictis ad dextrâ flumine Albo, & his montibus, Sacer, Chirbenico, Crupino, Saëza. Et tunc itur ad famosum vicum Vagbem, montesq; Larzi: exercitibus propier currus & alia impedimenta imme- biles. Ex parte sinistra fit progressus ad vadum maioris Muraua, ablentis ibidem Cruscam arcem: adhærendo semper alijs itineribus superius memoratis.

VIA QVAE EX PANNONIA PER Transyluaniam mittit versus Thraci- am & Pontum.

EST & tertium iter opportunius minusq; laboriosum; du- cens ex Pannorum finibus in Thraciam, & ad alia loca vicina Ponto. Verum quia tam ipsos Pannonas, quam reliquos trans Da- nubium commorantes populos, illud minimè latet: cum ex con- curso comitantium iniucem mercatorum: tum ob continuum bellum, quod circa oram Istri & eas regiones Turcos propulsando exercent; pauca tantummodo ad hanc viam necessaria aggredi- ar. Buda itaq; abest à Varadino, LXXX millibus passuum; interiacentibus Cumanorum locis, & flumine Tibisco. Hinc ad Rhium oppidum prope Crissiam amnem, est via unius diei, sem- per campestris. Ex eo patet accessus per vallem longam in Colus- uariam, sine Themisuariam. Inde ad Sibinium, pari spacio iti- neris & perfacili. Hac ciuitas est principalis ex Septem Ca- stris: quæ regio vulgo Transyluania sine Herdelia appellari con- suenit: bello insuperabilis. Parit enim strenuos, ac fortissimos milites. Est in ea Huniad oppidum, loci natura munitissimum: unde Ioannes, pater D. Matthiae regis oriundus fuit: qui hic primum Turcis; eorum duce Mescribecho interfecto: melioribus semper auspicijs victoriam persequendo; adeo hostibus terrori, & suis ad- mirationi extitit: ut omnium sententia in regni gubernatorem

Q

deposce-

deposceretur. Ex Sibinio sequitur Corona sine Bresonia: ultimum oppidum Transyluania: adiacens montibus: qui dividunt eam provinciam a maiori Valachia seu Dacia. Hinc tertia die adiutur Tragoniscus, metropolis Valachorum: & sedes peculiaris principum inaccessible: non muro, non manibus cincta, sed fossa, vallo & aggeribus tantum, cum sudibus praecutis exteriis positis; sita inter paludes, obducta luto sis sylvis & lacunis aquarum: ita ut hyeme tota penè circumfinitima regio immeabilis sit. Hac est prouincia Dacia dicta apud veteres, Romanorum colonia: unde eius Aborigines hac etiam nostra tempestate passim Latino utuntur colloquia. Est ea gens barbara, crudelis; divisionibus & augurijs dedita; rapinis semper & preda inhians. Ex his locis declinando viam ad traiectum Bidinij & Nicopolis dirigentem: ad Ienam offert se vasillum castrum: medium fermè consistens inter Valachiam maiorem & minorem; quæ & Moldania dicuntur: ubi saepe cum Turcis certatum est. Dracula enim cum paucis, sed delectis militibus Malumetum Turcorum imperatorem potitum iam maiori Valachia, & ad minorem occupandam maturantem; hic ad secundam vigiliam noctis aggressus: conuersum in fugam ad Danubium, cum magna suorum cade & ignominia, regredi coegerit. Hie deniq; Stephanus Moldaviae princeps Soleimannum Bassam & Ducem Romaniae sic prostrauit: ut ex XXX Turcorum millibus pauci admodum, qui forte veleioribus equis insederant, emaserint. Ex Vasillo circiter XXX millia passuum pertransit Ister ad Brilagum, sine Braillorum oppidum: ultra quod occurrit Gracia; procedens ultra septem ora Danubij usq; ad Pontum: ubi est campus Varnæ; celebratus primo conflictu Imperatoris Sigismundi & Ducis Burgundie; postmodum cade Vladislai Pannonia & Polonia Regis atq; Legati Apostolici.

VIA PER QVAM EX VARBO-
SANIA ITVR VERSVS MAKE ET
montes Corbauiae,

RELIQVM est, ut quam breuissime enarretur: ex quibus Dalmatiae partibus Turci irruant in Germaniam, & in alias circumfinitimas nationes. Est igitur in ea promincia locus qui Varbosania dicitur: caput & sedes principalis Dueis eius gentis: quo omnes ex Asia & Europa barbari predae ac rapinarum audi confluunt: propterea quod inde facilius discurrunt sine ad oram maritimanam seu per Licham & montes Corbanie, in Liburnos, Istrorum Lubianam, & Forum Iulium: velex monte Adrio, qui fermè medius inter Bosnam & sinum Adriaticum consistit, ad Croaciā declinando, in Carniolam, Ciliam, Carinthiam, Stiriam usq; Austria penetratur fines. Sed ex declinatione itinerum, quibus ad eas transitur gentes, ubi quaquam regio sita sit plenius apparebit. Hostes itaq; ex Varbosania ad planitem Thimae sine Serbia, distantem CLXXX millibus passuum, & ad alia loca proxima mari discurrere volentes; & si plures aditus habeant: duos tamen continuis excursionibus sibi magis cognitos, & quasi faciliores frequentant: altero circa Visochij Ganzam, & Proserium oppida descendant ad Clissam, Spaletum, Tragurium & Scibenicum: altero autem longius ad Cluci arcem porrecto, prater Bistrizam, intrant in Iadra plana usq; ad fretum, patentia: dirimens Insulas ab inicem à promontorio Corbanie, ceterisq; mediterraneis locis. Verum regrediendo ex istis campis ad Cluci oppidum & montes, unde in hac littora diuertitur, due offerunt se via: Alia versus Bichachium & Hunam flumina pergens: altera per angustias Corbanie plerisque in locis transitu difficultate & arcto: vix pedibus peragrando: dimissis ad leuam Noniq; & Buchari oppidis; cum Istria, Tergesto & Monte Falconis, feruntur ex limitibus Bosna CCCXX millibus passuum, ad Hispuncium amnem.

VIA QVAE EX CLVCI OPPIDO
versus Hun fluum progeries, & per
quam itur in Germaniam.

SED superiorem viam tendendo; traiuentes Hun flum-
um ad latus Bichachij; relicta Cruppa ad dexteram; semper lo-
cis campestribus spacio L.milliarium offendunt omnem regionem
Croacia circa Medrusum, usq; ad Cruppan & Sauum flumios.
Hinc etia in Lubianam excursiones fieri possunt per eosdem mon-
tes Corbavia; via stricta, lapidosa & aspera. Post Cruppan a-
mnem sequitur Methlica: in cuius finibus est mons arduus; tran-
situ difficilis: porrectus ad quatuor milliaria: ubi paucō admo-
dum præsidio iter hostibus præcluderetur. Inde ad Sauum & Car-
niolam transcurrunt, & ultra Sauum per Ciliam, Carinthiam
& Stiriam provincias Drauo flumini adiacentes; depopulaturi
dextra Muram flumium & Austriam adoruntur.

VIA EGNA TIA EX EPIRO SIVE
Dyrrhachio, per Aemathiam in Thraci-
am progrediens.

Dv x i præterea per opportunum fore: si nostræ atatis homi-
nibus simul atq; posteris notum fieret: per qua itinera olim Ro-
mani exercitus ex Epiro in Macedoniam sine in Orientem tran-
sibant: præsertim cum & assidua bellorum vastitate & temporum
vicissitudine nomina urbium atq; locorum obliterata; omninoq;
hodiernis Christianis militibus incognita existant. Proinde duæ
sunt via; altera Egnatia, ex Dyrrhachio in orientem: quam
Strabo geographus ad Hebrum flumium Thracia per millia pas-
sum DXXXV mensus est: altera autem ex Apollonia: qua
Candania à monte Illyrici denominatur, in Macedoniam
CCLXVII, Thessaloniam usq; progrediens. Sed prior Egnatia
ex Dyrrhachio per Pharsalicos & Aemathia campos: linquen-
do sinistrosum Fandam flumium, & montes Ducagmorum; circa
Lisium.

Lisum, Æmathia quondam nobilissimam ciuitatem, & frequen-
tissimos Vrachia & Dibri pagos: pergens ad Belgradum oppidū
fermè medium inter Æmathiam, Thessalos, & Macedones; di-
missis ex parte dextera Thessaloniae montibus: lana vero Drina
fluvio; per agratis sylvis & nemoribus finitimorum montium; de-
scendit in planiciem Macedoniae extensam versus Hebrum &
Thraciam.

VIA CANDAVIAE MARITIMA, ex Apollonia ad fauces Proponti- dis extensa.

SECVNDA verò via qua Candavia dicitur, ex Appollo-
nia, unde sumit initium Epirus, ad sinum Ambracium, præter
Aulonis sine Valone lacum procedens: dextrorsum adiacent sibi
gentes Epirotica: quas Siculum mare alluit. Hac regio vulgo
Arbanus nuncupatur; diu sub Aranitorum dominio habita; cum
Acheloo, vel (secundum accolas) Pachicolamo amne è Pindo de-
currente coniungitur. Illic terminus Epiri. Ab eo per Acarna-
nes ad Enium seu Phidarim flumen; qui in os sinus Corinthi-
aci influit: dirimentis Ætoliam à Peloponneso; ad Anthirium
flumen Isthmo pertinet. Verum tota hæc via superius memorata
continè extenditur per oram maritimam; aditu quibusdā in lo-
cis aspero, & longius à mari ambiendo; ob crebros prominentes in
hac littora montes. Ea post Isthmum ab Ægeo excepta pelago,
per locos Phocenses, Baotios, Atticos, & Megarenenses, Gracia ma-
ritimos populos: circa Eubæa atq; Thessalonica sinus dimissa ad
launam Larissa; descendit usq; Thessalonicam clarissimam Ma-
cedoniæ urbem. Dehinc rursus ad latius eiusdem freti versus me-
ridiem, Athon montem declinando: per plana & montes Stry-
monem transgrediens: qui Macedones à Thracibus diuidit: locis
semper maritimis ad Æmionem oppidum extenditur; ubi He-
brus Thracia fluvius Ægeo immergitur aquori. Hinc duo pa-

tent itinera: Alterum per LX milliaria versus Adrianopolim: alterum autem ad lauam per pontem Ægina: supra paludes & lacus miro artificio tribus millibus passuum extensum, praebeatur accessus ad Callipolim ex ea in occasum dinertendo; facile ad fauces peruenitur Propontidis, sive Dardanellum. Hæc sunt itinera à Romanis olim roties peragrata exercitibus: nunc à Christianis obnixiūs affectanda; si pulsis ex Europa barbaris, perpetua pace potiri concupiscunt. Non est itaq; expectandus hostis: neq; dimicandum cum eo in limitibus & gremio Italiae. In Epirum sine Macedoniam transportanda sunt copie uno atq; eodem momento. Hinc ex Pannonia oris bellum Thracia inferendum esse, nemo iam ambigit: non defuturum enim militem, neq; commatum; omniaq; necessaria praestō fore. Aderunt & ex circumfinitimis provincijs undiq; fideles populi; solam expeditionē Christianam præstolantes; parati hostes undiq; adoriri, ubi primum senserint Christianorum castra Istrum; & ex Italia exercitum Adria fretum traieciisse. Hæc est una atq; extrema via debellan- di hostem, Legimus namq; Alexandrum Magnum cum Dario Persarum Rege in Asia decertasse. Xerxes ne ab Atheniensibus in regno suo circumueniretur; prior ipse Graciā inuasit. Hannibal is quoq; una atq; eadem sententia semper erat: ut in Italia bellum gereretur: neq; ab ea iā victor renocari potuit prius, quam translatio in Africam bello. Cæsari etiam tanta in opprimendis hosti- bus celeritas inerat: ut plerumq; ipse famam sui aduenius præueniret. Sed pratermittenda sunt tot exterarū gentium exempla: so- lument modò unum relinquitur dignum memoria, ac celebrandū pos- teris documentū Ioannis Huniadi; qui nunquam passus est Turcos aduersus Christianos expeditionē mouisse: quin eos in ipsa Thra- cia aggredieretur. Cuius præclara ac sanctissima pro defensione or- thodoxæ Reip. incepta nostræ tempestatis principes æwulari atq; imitari, Dominus JESVS CHRISTVS, DEVS OPTIMVS MAXIMVS faxit.

M. ANTONII
Mureti IC. Ac ciuis Romani

O R A T I O,

Mandato S. P. Q. R. habita in re-
ditu ad urbem.

M. ANTONII COLVM-
næ post Turcas nauali prælio
victos, Idib. Xbris.

M D LXXI.



I villa post hominum me-
moriamparta victoria est; in qua &
admirabilissediviniti numinis potentia
ostenderit: & quid fortium virorum
virtus, quid singularis ductorum pru-
dentia valeat, cognitum & declara-
tum sit: in hac certe quam superiori-
bus diebus imperatores ac milites nostri ex immanissimo ac teter-
rimo Christiani nominis hosteretulerunt; ita hec omnia patefa-
cta sunt; ut nunquam maioribus aut illustrioribus arguementis
aut illustrata esse, aut in posterum illustrari posse videantur.
Quare & immortali ac præpotenti Deo, huius tanti boni ut alio-
rum omnium, auctori gratia, quantas maximas animus noster
capit, agendæ sunt: & fortissimis, ac clarissimis viris, qui peri-
culane

culum à nobis omnibus vita sue periculo depulerunt : qui barba-
ris in nos irruentibus iter corporibus suis occluserunt : qui pestem
ac perniciem , quam illi nobis machinabantur , in ipsorum capita
conuerterunt ; qui illorum temeritatem consilio , furorem forti-
tudine , audaciam virtute superarunt : noni atq; inusitati hono-
res pro nona ipsorum atq; inusitata virtute tribuendi . Quod
enim tantum ac tam singulare honoris genus reperiri aut excogiti-
tari potest : quod non & alijs , qui egregiam in hoc bello Reipub.
Christianæ operam nauarunt ; & rna in primis , M. AN-
TONI COLVINA , virtuti rebuq; gestis , & ab alijs Cbri-
stianis populis , & præcipue à Pop. Romano debeatum ? Cuis u-
muersi quod sit erga te studium , qua voluntas ; neg ; tibi unquam
aut dubium , aut obscurum fuit : & tamen nuper apertissime co-
gnoscere potuisti : cum in tuo in urbem ingressu tantus ad te o-
mnium atatum atq; ordinum concursus factus est ; tanta effusa o-
mnis generis multitudo : ut ipsi septem colles , ipsa urbis mœnia , si
natura pateretur , sedibus suis relictis , obuiam tibi prodire cupere
viderentur . Quacunq; incesseras , faustis acclamationibus omnia
personabant : omnes redundantem & foras erumpere gestientem la-
titudinem ore , oculis , manibus indicabant : omnium in te uno figebar-
tur obtutus : omnes te , non ut unum ex principibus ciuitatis , sed ut
firmissimam ac solidissimam Romani nominis ac dignitatis colu-
minam intuebantur . Cœlū ipsum manifesto fauit honori tuo : cum
quod aliquot dies antea triste ac nubilum fuerat , ingressuro te , ita
derekente nitere caput ut illa subita serenitas facile omnibus indi-
carit , honores , qui tibi haberentur , etiam cœlestium indicio com-
probari . Nunc quoq; , quanta hoc angustissimum templum fre-
quentia hominum compleuerit , vides : qui omnes eo animo hac
conuenerunt : ut Christo JESU victori & victoriarum datori ;
ut beatissima Virgini , ut ceteris cœlitibus , quorum auxilio hanc
victoriæ sine villa dubitatione acceptam ferre debemus : tum
propter fusos ac fugatos hostes ; tum propter te saluum ac sospitem
in patri-

in patriam reductum, ritè ac piè, ut debent, gratias agant. Be-
atum te, M. Antoni, propter cuius & abeuntis periculum, & re-
denientis salutem templa complentur. Meminimus omnes, superio-
ribus mensibus, te ad bellum profecto, que tota urbe fuerit trepida-
tio, qua sollicitudo, qui paucor. Quamvis enim & duces delecti
erant fortissimi ac sapientissimi ; & ex toto propemodum
orbe Christiano flos ipse nobilitatis conuenerat ; & præcipua Ita-
lia atq; huius urbis ornamenta ac columnæ in exercitu versaban-
tur : tamen eo magis metuebantur varij bellorum & ancipites
casus : quod si quid aut propter vim tempestatum, aut propter
hostilium copiarum magnitudinem, aut quo alio cunctu grauius
accidisset : nulla reliqua spes erat, ullum amplius etate nostra
talem exercitum posse denuo comparari. Vagabatur autem to-
to mari infinita quadam latronum multitudo ; nostro sanguine
eruenta ; nostris spolijs onusata : qui & semper alias suopte ingenio
feroces ; & cum maxime propter recentes victorias spe atq; animis
inflati ; tantos sibi spiritus, tantam arrogantiam sumperant, ut
classem quidem nostram à se spiritu ipso difflatum iri; ea vero dis-
iecta, quasi ianua quadam effracta ac renulsa, omnes sibi Christi-
anorum portus, omnes insulas, omnem oram maritimam apertam
fore arbitrarentur. Angebat timorem nostrum, quod anno supe-
riorie eas Deus alienata a nobis propter peccata nostra voluntatis
sue significationes dederat ; ut non iniuria trepidaremus ; ne iherem-
erio nobis iratus, per hostes nominis sui à populo suo pœnas repetere
decreuerisset. Sed o cœca hominum iudicia ! o abstrusa & recondita
Dei consilia : o bonitatem ac clementiam ipsius perpetuo prædi-
candum ! Verè dominus est, qui vulnerat & medetur : percutit,
& manus eius sanabunt : qui mortificat & vinificat ; qui deducit
ad inferos & reducit. Pro paterna sua misericordia, castigans ca-
stigauit nos : sed morti non tradidit nos. Respxit ad lacrymas, ad
ieania, ad eleemosynas, ad preces Ecclesia sue : ad que omnia Pi-
us V. & nomine & re sanctissimus Pontifex toto illo tempore Psal. 117.

R

alios

 Iob. 5.
 1. Regum 2.

alios omnes et precepto & exemplo suo incitabat. Ensenex sanctissime, & veterum illorum Pontificum simillime, scelerum ultor, iusticia cultor, veteris disciplina restitutor, cui, bono publico, his misericordia ac turbulentis temporibus, ecclesiam suam gubernandam commisit Deus: hic est fructus lacrymarum atq[ue] obsecrationum tuarū tui fletus pepererunt nobis hoc gaudium: tua quotidiana sacrificia hanc nobis à Deo victoria impetrarunt. Metis exultans, quod lacrymans seminasti. Te novo Moyse manu in calum tollente, nouus hic Iosua superabat Amalechitas. Tu mentem in Deo, nostri milites in barbarorū corporibus tela figebant. Confirmabant illorū dexteras preces thae & hostilium gladiorum cuspidem resundebant. Itaq[ue] quād plus nobis dedit Deus quād petebam⁹: Nos timidi via faciebamus; ut hostium classis, cum aduentare nostram auditum esset, quam celerimē se ad suos reciperet: quō post tot editas strages, timuisse tamen, & expectare ausa non esse nostrorum impetum visideretur. Nam illud prope immodicum videbatur optare; ut & congrederentur; & se barbari, nostrorum virtute cogniti, in fugam darent. Quod si ad efficiendam aliquam imaginem speciemq[ue] vitoriae, aliquot illorū naves depresso, aliquot capte, numerus aliquis captiōrum liberatus esset: abunde omnes non expectationi modo, sed optatis quoq[ue] nostris satis factum fore arbitrabamur. Ut autem sine magna nostrorum clade, amplius quadraginta hostium millia caderentur: ut decoem & eō amplius millia caperentur: ut centum nonaginta quinq[ue] illorum triremes, aliaq[ue] complura nauigiorum genera in nostrorum potestatem venirent: ut plus quindecim captiōrum nostrorum millia liberarentur: ut ex tanta illorum multitudine vix unus perfidus pirata, & unus item scilicet p[re]donis Ariadeni filius suga elaboretur: qui ad superbias immanis illius tyranni ahres acerbissimum minimeq[ue] ab ipso expectatum tante clavis nuncium adferret; quis unquam nostrum, non dicam sperare, sed propemodum optare ausus est? Pracucnrrit fortitudo vestra spes nostras: queq[ue] nos ne frustra optaremus, verchamnr;

ea ut frustrà hostis optaret, admirabili dei beneficio & vestra singulari virtute perfectum est. Illud vero memorabile & animaduertendum: neq; fortius accidisse, sed iustissimo Dei iudicio effectum esse credendū est: quod qui duo ex illa impura fœdissimum mancipiorū collusia maximas minas ictare: qui uni ex omnibus Christianorum dīres maximi despicere soliti erant: ut esset apud illum stolidum ac furentem Dominum suum ausi essent gloriari: secundum triremibus, quicquid usquam Christianorum esset undique exterminaturos: ip̄o potissimum, cūm ad manus ventum est, ita subito perterriti sunt; ut mare ipsum angustum eis esse ad fugam videretur. O nonē Octobres; quam faustam ac felicem, nobis posterisq; nostris vestri memoriam reliquistis. Quis non eorum, qui pralio non interfuerunt, ut sibi liceret spectasse qua illo die gesta sunt, annum unum de consequentis vita spatio, sifieri posset, ademptum velit? Solem ego ipsum (ita vinam) intam pulchro spectaculo; ut Iosue olim aduersus Amorras pugnante; substitutrum fusse arbitror: nisi tanta fuisse vincendi celeritas; ut qui nihil metuebant, id unum metuere viderentur; ne prius adhesper asceret, quam omnes hostes aut casti, aut capti, aut fugati essent. Quonam igitur statue, qui arcus, qua columnā, qua trophea vobis excitari poterunt, viri fortissimi; qua non dico paria esse meritis vestris, sed eorum partem adumbrare aliquam possint? qui furii sunt usq; eo diserti ac copiosi historiarum scriptores; qui, cūm ad Naupacteam victoriā ventum erit, non potius metuant; ne quid de illius magnitudine dererant, quam eam se verbis exequare posse confidant? Semper enim iustum minhendi metum faciunt ea, qua amplificandi spes sua magnitudine sustulerunt. Vos exultantem barbarorum audaciam compressistis: vos maria illis clausistis, nostris apernisistis: vos flammam atq; ferrum; vos cadem, incendia, rapinas, libidinem a C H R I S T I A N O R V M vita, tectis, fortunis, corporibus archisistis:

vos à templis sacrilegia, ab oppidis direptionem, ab agris vastitatē depulisti: per vos cruentata ac iepesfacta maria illorum sanguine redundarunt: per vos vicina littora illorum aut sauciorum aut morientium inconditis vultibus personarunt: vobis magistris didicit noster miles vincere, barbarus vinci: vobis Christianorum aliavitam debent; alijs libertatem; omnes securitatem. Durum fateor, fuerat audire, tam multa oppida à nefarijs latronibus capta: tam multa incensa: tam multas regiones vastatas: abducta in servitutem tam multa hominum millia: sed si Christi potentia, si Christianorum fortitudo aliter apud barbaras gentes illustrari, quām post tot acceptas calamitates, non poterat; prope est, ut exclamem, tantifuisse. Certo quidem ut verni temporis clementia & amēritas minus hilararet animos nostros; nisi eam hyemis rigor & asperitas antecessisset: ita minus omnes huic victoria incunditatem ac dulcedinem sentiremus; nisi eam cum superiorum temporum tristitia & acerbitate compararemus. Neg, verò eos tantum, qui ex illo nobis omnibus salutari pralio, re bene gesta, incolumes reueterunt, omnibus maximis honoribus debemus afficere: sed eorum quog, memoriam grato animo amplissimisq, laudibus prosequi; quos in illo conflictu fortiter dimicantes, non tam vis hostium perculit: quām ille ipse, pro quo pugnabant, sibi pigneratus est Christus. Qui si, ut credibile est, prius Christiano ritu expiati; ac culpis omnibus soluti: tunc vero in Deum tantū intuentes: & in eo mente ac cogitatione defixi; vitam pro illius gloria proiecerunt: eodem illo temporis pñcto, angelorum legionibus stipati, triumphantes in cælum euolarunt. O vos beatissimos! qui sanguinem vestrum pro eo fudistis; qui prior ipse pro vobis suum sanguinem fuderat: qui mortem naturæ debitam, pro vita auctore potissimum reddidistis. Illi impij, quos tūc concidebatis, cūc concidisti: & mortem oppetierunt cum ignominia: & mortui panas nunc ad inferos lunt: vos vero & extremum spiritum viatores cum gloria effudisti: & mortali conditione vita

in immortalitatem commutata, piorum estis aeternam sedem & locum consecuti. Beata vita, qua tali morte conclusa est! beata mors, quae tali vita principium dedit: Sed ut ad te M. Antoni, mea iam reuertatur oratio; neg, Pop. Rom. ignorat; neg, unquam illa ignoratura est aut gens aut etas; huius immortalis glorie multo tibi plus quam pro virili parte deberi. Tu iam inde a principio, cum a sanctissimo Pontifice P 1 o V. huius saluberrime principum Christianorum coniunctionis fundamenta iacerentur, ad eam rem ex ipsis sententia conficiendam, plurimum laboris, opera, auctoritatis contulisti. Tu cum classi Pontificia summo cum imperio prefectus es; in Siciliam prefectus interea, dum Joannes Austrinus, non mea tantum, sed omnium pradicatione maior adolescens; cuius in totam Christianorum classem summa erat auctoritas ac potestas; eodem perueniret; & milites & classiarios studio-sissime exercuisti; &, ut omnium rerum ad maritimum bellum necessiarum copia suppeteret, perfecisti. Tu, quoties de summare deliberatum est, eas sententias dixisti: quae summam prudentiam cum summa animi excelsitate coniunctam indicarent. Tu cum offensiones quadam interuenirent; quare in summum periculum adduxerant: iratorum animis, sapientissime capto consilio, & graui atq; accommodata ad tempus oratione mitigatis ac compositis, nascentis malit occasionem sustulisti. Tu a cohortatione inflammati milites ad pugnam exarserunt: tum in ipsa pugna exemplum secuti; omnia pro Christo pericula contempserunt. Pernenit ac perlatus est usq; huic tuarum immortalitate dignarum vocum sonus: optimis auspicijs geri, quacunq; pro Christiana religione gererentur: barbaricam audaciam cedentibus instare, instantibus cedere: nostrorum & victoria & morti immortalis gloriam propositam esse: illo duce atq; auspice, cuius brachia in cruce pandentis effigies e summo regiae triremis

eminens nostros animaret, terroreret hostes: de secundo pralij exitu nemini esse dubitandum. Audiri audiri ipse de fortissimo viro; cuius eximia virtus & saepe alias, & in hoc bello vel maxime spectata est: quicq; tmorum in hac expeditione consiliorum ac laborum particeps fuit: quam praelarum tibi, quamq; honorificum testimonium tribuerit dinius adolescens Joannes Austrius postridie eius diei, quo debellatum est: cum aperte predicaret, tuum in hac sancta belli societate conflanda prater cateros laborem ac studium: in deliberando, prudentiam & altitudinem animi: in re gerenda fortitudinem & alacritatem exhibuisse: te & committendi pralij consuasorem, & comparanda victorie adiutorem sibi recipuisse. Quis cum omnia magna & praelaria sint: multo tamen à te maiora & praelariora populus Romanus expectat. Properant M. Antonii nostra omnium vota: quicq; animis praesentis gaudij magnitudinem capere vix possumus: rerum à te gestarum prestantia, quasi quibusdam aliis sublati, cogitatione & spe multo iam ulterius prouolamus. Non satis est impulisse hostem: prosterrendus & opprimendus est: antequam se nouis opibus copijs renouarit. Extorquenda sunt vobis ex illius belne fauibus impiog; dominatus ampla illa & optimare regna; in qua à Romano imperio distracta atq; diuisa nullo iure iniustissimus possessor inuasit. Tendit vobis Iudea supplices manus: & palmas, quarum feracissima est, vestris victorijs triumphisq; despendet: obtestaturq; vos per eum, quem ex purissime matris utero mirabiliter exeuntem exceptit: cuius vestigis impressa; cuius admirandis operibus nobilitata; cuius sparso pro nobis omnibus sanguine irrigata est; ne se diuinus patiamini indigna Christi hostium fermitute oppressam teneri. Duce olim Columna Iudai ex dura ac diuina servitute extracti sunt: Vtiam

nam nostris quog_z temporibus Iudea ipso duce Columna ex
muliō duriori multoq_z diuturniori seruitute extrahatur. Prodi-
tum est literarum monumentis; imperante Constantini ma-
gni filio, visam esse in cœlo sub specie crucis ingentem colu-
mnam coronatam: qua longè lateq_z collucens; à monte olymarum
usq_z ad eum montem, ubi Christus pro nobis omnibus morte
affectus est, pertingeret. Declarandum est tibi M. An-
toni rebus ac factis: tam insigne prodigium ad te & ad gentes
quam pertinere. An vero gentes quadam antiquis temporis-
bus propter violata maiorum suorum sepultra grauissima bella
suscepserunt: nos Iesu Christi domini ac Dei nostri sepulcrum,
monumentum salutis nostra, pignus resurrectionis nostre, ab
immundis canibus tamdiu teneri, eisq_z ludibrio esse patiemur?
Ite potius optimis omnibus generosa ac fortes anima: ite ac-
censa diuinæ gloria studio pectora: continuare victorias: con-
nectite triumphos: innidete posteris vestris gloriam eius ter-
ra, ex qua salu nostra prodixit, ab immanibus beluis recepta
ac recuperata. Vbi melius sanguis spargi potest? vbi melius
vita deponi? vbi verior ac solidior gloria comparari? O Chri-
ste, te appello: in tua manu bellum & pax: in tua manus
victoria; in tua manus regum ac populorum corda sunt: Inspi-
ra nostris ardorem pugnandi: da eisd: m vim facultatemq_z vin-
cendi: immitt eam mentem principibus ac populis, qui non-
dum in hanc sanctam societatem nomina dederunt; ut id pri-
mo quog_z tempore facere maturent: non quod tu, qui omnia
potes, aut eorum opera, aut nostra ad hostes tuos obteren-
dos egeas: sed ut omnes, qui tuo nomine gloriantur, in par-
tem aliquam veniant eius glorie; que ex nominis ac cultu
tui propagatione capietur. Et quando urbem Romanam im-
perij sedem ac domicilium, Ecclesiam Romanam religionis
firma-

firmamentum esse voluisti: da P 10 Quinto Pontifici, da
pupo Romano hoc munus : ut in hanc potissimum urbem ,
ad hunc potissimum Pontificem parietam nobilis
victoria aliquando nuncius ad-
feratur.



IOAN=

JOHANNIS BAPTISTÆ
RASARII,

DE VICTORIA CHRISTI-
ANORVM AD ECHINADAS
ORATIO, AD PRINCIPEM, ET SENATVM:
habita Venetijs, in Templo Diui Marci,
14. Calendas Nouembris, Anno

M. D. LXXI.

 *V*ox à Deo Optimo Maximo quo-
tidie precabamur, Serenissime Princeps,
Illustriſſimi Legati, & patres ampliſſimi:
ut poſtquam exarſit hoc exitiosum, cru-
deleḡ bellum; quod immanißimus Turcas
rum Tyrannus contra Rempublicam intulit; ille periurij ac
violati fœderis pœnas daret: id ſummo Dei beneficio ſumus
bis diebus cum maximo totius Christiani nominis gaudio
cumulatiſſime conſequuti; quod quidem animos hominum
eo maiore latitia compleuit; quo minus erat hoc tempore tas-
te quicquam expeſtatū. Quare ſi unquam ullum fuit
tempus, in quo Deo Optimo Maximo gratia fuerint agen-
dæ; hoc profecto eſſe exiſtimandum eſt: in quo cùm multa
diuinitus contigerunt: tūm vel maximè, quod hoc uno præ-
lio confecto noſtra libertas, quæ in periculum vocari vide-
batur, eſt plane constituta: quod XL. veteranorum hosti-
um millia ceſa, captaq̄ dicuntur: quod viginti millia Chri-
ſtianorum, quæ annis ſuperioribus barbari captiuua fece-
runt, ſunt in libertatem vindicata: deniq̄ quod hostibus eſt
data cupiditas, de ſumma re iuuali pugna decernendi: ut

vos victoriam tantam adipisceremini; quam am nunquam
adhuc Christiana Respublica ab importunissimo hoste repore-
tauit. Cum enim Turcarum sauisimus tyrannus, qui cum
nulla societas fædere ullo confirmari potest, novo regno inc-
flatus; & tam ample fortunæ insolens; à suis purpuratis
dominandi cupidissimis, assidue instigaretur, & irritare-
tur: ut ictum paucis anis diebus cum Republica fædus fran-
geret; id ille nulla ratione aut diuini, aut humani iuris ha-
bita, sine cunctatione facere non dubitauit. Quamobrem
Pius V. Pontifex Maximus, vir sanctissimus, & vel hoc
vno nomine de Republica Christiana optimè meritus, in
hoc studium sedulò incubuit: ut Philippum, Regem Catho-
licum, & potentissimum, ac pietatis Christiana studiosissi-
mum cum Republica fædere iungeret; ac se, ipse suasq; opes
eodem fædere deuinciret: ut communi consensu iunctisq;
viribus incitatos teterrimi hostis impetus retardaretis, ne-
fariosq; conatus comprimeretis; quod non minus patria cas-
ritate, quam auctoritate, qua proximè ad Deum accedit,
ipsum esse consecutum perspicimus. Itaq; cum bellum tam
graue, tamq; periculosum vobis à potentissimo tyranno in-
ferri videretis: in quo non de dignitate, aut aliqua Provin-
cia, sed de vita, & toto Imperio: neq; ad victoriam usq;
sed ad cædem pugnandum erat: primo quog; tempore de Im-
peratoribus ad tam necessarium atroxq; bellum deligendis,
& tantis rebus præficiendis erat accuratissimè statuendum.
Nam & maximas classes maximis hostium classibus, &
summis illorum peritisimisq; Ducibus maximos vestros
prudentissimosq; Duces opponi oportere perspiciebatis. Sed
non fuit difficile, in tam illustribus & ad laudem natis ho-
minibus tres reperire, qui tanti belli molem sustinerent.

Vnum enim ferè omnes designabant, atq; in illum vnum intuebantur, qui inter omnes eminebat. Is est Ioannes Austriaus, Cesaris Caroli V. Auguſti, summi omnium Imperatoris filius, & Philippi, Catholici ac maximi Regis frater; iuuenis tanta virtute; ut facile appareret, hunc ceteris omnibus esse anteferendum. Nam paulo antè in tumultu Bætico suam fælicitatem, auctoritatem, rei q; militaris scis entiam omnibus mirificè probarat: cum suo quasi aduentu innumerabilem Maurorum exercitum proſigasset: Dux cemq; illorum ad desperationem perduxisset: vt omnes motus immortali cum laude pacarit, & illius regni populos Philippi Regis dicto audientes facile reddiderit. Is igitur iustissimis de causis est Hispaniensis classis Imperator declaratus; ea auctoritate; vt quod communi consilio ab ipsis Imperatoribus decretum constitutum q; sit, ipse exequatur atq; conficiat: & ad ipsum Imperij summum respiciat. E Romanis verò Proceribus, quos appetentes glorie atq; auidos laudis semper fuisse cognouimus, Pontifex Maximus è Columnia familia, rebus omnibus præceleratissima, delegit M. Antonium, Principem optimum & de Christiano nomine optimè meritum, quem sua classi præfecit. Vobis autem cū in hac luce hominum multi suppeterent Duces præstans tissimi, & singulari fortitudine eximiaq; prudentia: tamen cunctis suffragijs Sebastianum Venerium, rerum maritimarum peritissimum, virum fortiissimum, & bello ac pace clarissimum, Imperatorem vestram classis declarastis. Itaq; cum omnes fœderati prompto in Christianam religionem animo maximas adificauissetis ornauissetisq; classes; neq; propter longinquitatem inter uallaq; locorum vnum in locum statim conuenire vestri Imperatores potuissent: effe-

etum est, ut Turcae & terra mariq[ue] præpotentes, & omnes despicere, ac floccifacere viderentur. Nam ut primū classem instruam eduxerunt; quod suis inceptis fortuna valde fauisset: se quoq[ue] eandem viam posse insistere arbitrabantur. Ita superato Helleponto; lecta orā Mysie, Ionie, & Cariae; recto itinere Rhodum, deinde in Cretam profecti sunt: atq[ue] ibi è nauibus egressi, cùm non mediocre detrimentum accepissent, reliquas Insulas prædandas vastandasq[ue] sibi proposuerant. Interea verò Pontificia vestræg[ue] classis Imperatores, ut secum regia classe coniungerent, in Siciliam profecti erant; ac Turcis liber aditus ad vestras Insulas vestrosq[ue] portus patebat. Cumq[ue] illorum classis trecentarum esset nauium, in quibus ducentæ triginta triremes, sexaginta biremes, ac ceteræ linternæ, ac celoces erant: toto mari prædabundi volitabant. Itaq[ue] Cyhera, Zacyntho, Cephaleniaq[ue], Insulis euastatis, & Corcyra suburbis incensis; in Rizonicum usq[ue] sinum peruererunt: ac nonnullæ Epiri Illyriciq[ue] castella non satis munita, que metu sibi consulere nesciebant, in deditio[n]em acceperunt. Sed cum Turcarum Dux vestram nancisci classem non potuisset; nostrosq[ue] de pugna nauali cogitantes, atq[ue] id iam in animo habere constitutum audiuisset; in Græciam reuersus, in Corinthiacum sinum inuestus est: ut militibus ex Achaia & Peloponneso prater numerum legionum accitis, ad Christianam classem paratissimus reuerteretur. Quocirca collecta ibi, quam maximam potuit, iuuentute; & Praetorianis omnibus ceterisq[ue] egregijs militibus euocatis, & in classem impositis; & voluntarijs etiam illuc ex multis locis consuentibus; de summa rei sibi decernendum esse constituerat. Interea verò Imperatores vestri Messane de bello gerendo

rendo consilia conferebant. Nam Austrius Princeps excellētissimus, tanta spei plenus de pugna disserebat: ut ex eius oratione, oculis, fronte, vultu deniq; certissima lētissimāq; victoria portenderetur. Nec minus alacriter de re bēnē gerenda loquebatur M. Antonius Columnius; qui usq; ab initio huius crudelissimi belli, omni opera omnīq; studio in hanc curam incubuit; ut Christiana Reipublicā iniurias vleisceretur. Omnia præterea, qua ad victoriam adipiscendam pertinerent, afferebat Sebastianus Venerius, senex prudentissimus; qui ut optimum ciuem decet, patrīam in oculis gerebat; imminens ei periculum cernebat; & eidem opem ferre omnino cupiebat. Quid dicam de Augustino Barbadico; quem vos, freti summā eius prudentiā, singulariāq; animi magnitudine, vestræ classis præfectum esse cum Imperatorio imperio iusserratis? Cūm enim nihil esset eo propter eximia bona & animi & corporis amabilius; tantoperè patriam ipse diligebat; ut res suas omnes contemneret; modò Reipublicā dignitatē salutemq; patriæ turetur. Is enim neg; cunctandū, neg; procrastinandum esse multis rationibus disserebat. Aduenerant etiam ex Creta duo classis legati cum LX. triremib; Marcus Quirinus, & Antonius Canalis; Duces impigri, & quos mirum in modum hostes formidabant: qui cum omnia hostium consilia in iūnere explorassent; ita certè de victoria loquebantur; ut eam propè habere in manib; iudicarentur. Idem ceteri omnes classis Legati; idem omnes trierarchi; idem alij plāriq; illustres, & præstantes viri confirmabant. Cūm igitur vestri Imperatores omnino decreuissent, nauali prælio cum Turcis dimicare: hoc suscepto propositoq; consilio, ut veros Christianos deceat, cœlestē auxilium esse implor-

randum, & à numine diuino opem petendam censuerunt. Itaq; ante profec̄tionem in publico sacrificio, quod summa religione, incredibiliq; ceremonia pro salute Reipublicæ Christianæ fiebat, à Deo Optimo Maximo pacem ac veniam petierunt: deinde suas noxias Sacerdotibus confessi sunt: deniq; erratis expiatis, sacrum Christi corpus sumpserunt, atque id à toto exercitu, uno eodemq; tempore piè faciunz dum curauerunt; hisq; rebus rite peractis, tanquam diuis no præcunie lumine, simul iuncti omnes atq; concordes, Corcyram secundo vento petierunt: tum Cephaleniam præteriecti, ad Oxias Echinadasq; peruenerunt. Stabat ium fortem in portu Naupacti Turcarum classis; & aliquem de Christiana classe nuncium expectabat: siquidem eius Dux multos iam præmiscerat speculatores: vt nostros venientes, & imparatos aggredeleretur. Cum igitur ei de classis aduersus tu esset allatum; tanta spe castra mouit; vt non sibi ad prælium, sed ad præmium: non ad communem bellī Martem, sed ad exploratam victoriam veniendum esse arbitraretur. Iam enim opinione omnia ceperat; totamq; Christianam classem aut depresso; aut captiuam in triumpho ducebatur. neq; pluris ille amens & vecors præstantissimos Imperatores vestros, militesq; fortissimos faciebat; quam si inanes propugnatorum naues esset inuasurus. Ille cunctationem nostrorum, timorem; ille consilia, temeritatem nominabat. Mouit igitur Naupacto: & velis ventisq; ferentibus ad nobilitandas sua clade Echinadas, que pari ferè spatio à Naupacto & Patris distant, se ludibundus conferebat: ubi nostri constiterant; ut Ioannem Cardonam, siculæ classis duætorem, omni laude cumulatum, quem cum octo triremibus ad exquirenda Turcarum consilia iam præmisserant, ex-

pestant; & certiore itinere ad classem illorum inuadendam pergerent. Cum (ecce) uno tempore & Cardona redierat; & hostes in conspectu fuere: ut ad componenda armamenta, & expediendum remigem ac militem ad immixtum certamen, nisi ante parata fuissent omnia, vix satis esset temporis. Et tum forte sub idem tempus vis venit omnis cecidit: ut hoc praesidio hostes nimium superioribus rebus elati, inflatiq; priuarentur. O diuinam prouidentiam! Quis hoc non miretur? Quis hoc diuino factum esse numen non fateatur? Quod etiam eò clarius atq; apertius intelligi potest: quò minus ventis secundis, & caelo fudo sex iam diebus usq; erat nostra classis: ut omnia illis secunda, nostris aduersa esse viderentur: ac tum mutata rerum omnium ratione, nostris victoriae spes affulserit: qui etiam, quantum humano prouideri consilio poterat, ita parati ibant: ut non possent nisi victores euadere. Quod ut melius appareat, classum ordinem paucis exponam. Proves habebatur Christiana classis ita instructa: ut dextro in cornu Ioannes Andreas Auria, magni nominis dux, cum LIII. rostratis nauibus cuncta gubernaret. Sinistrum, quod primum hostibus obieciebatur, regebat cum LIII. rostratis Augustinus Barbadicus. Medianam aciem, in qua erat robur, & flos exercitus, tres Praetoriae naues tutabantur: medium locum ienebat Princeps Austrius: à dextris Columnus: à sinistris Venerius curabat. Erant haec LXII. rostratae rebus omnibus instruictissimæ. Erat in eodem comitatu Lignius, vir summa nobilitate, & bellica virtute praestans: quem cum suis triremibus ad Christianam religionem defendendam; & ut nobis gratum faceret, miscerat summam animi alacritate, propensaq; voluntate Emanuel Philibertus,

rus, Sabaudiæ Dux Illusterrimus. Aderant etiam equitum Melitenium triremes: quibus ordinis Magister, singulari pietate præditus, & omnibus rebus ornatus, cum imperio præesse iussæ Petrum Iustinianum patricium vestrum; & Reipublica, & religionis tuenda paratissimum: qui in bello superiore, quod Solimannus cum iisdem equitibus gesse, plurima & maxima dederat eximia prudentie, mirificeq; fortitudinis documenta. Austrium comitabatur Aloysius Rechezenius, primus ipsius Legatus: vir summa auctoritate, maximo rerum usu, & animi magnitudine singulari. Cum iisdem erat Franciscus Diodus; maiorum firmiorumq; triremium vestrarum Dux peritissimus; & Senator egregie in patriam animatus. In subsidj e-
rant rostratae due de quadraginta; quarum ductor erat Aluarius Bacianus; qui ob egregiam virtutem Neapolitanæ classis erat præfectus. Ante omnia erant, tanquam munitionissima castella, firmissimaq; propugnacula, sex triremes maiores ita collocatae; ut due dextrum, due sinistrum cornu, due aciem hostium tormentis disjicerent; ut Diodus, dux intrepidus, hostilis classis impetum, Barbarorumq; furorem exciperet. Hostium vero classis eodem ferè ordine instructa nauigabat. Nam & media acies nostra obuiam ibat; & cornua cornibus opposita agebantur: nisi quod in dextro illorum cornu erant triremes LV: in sinistro ferè XC. & totidem in media acie; ut ea esset, quam nostra, multo numerosior: ceteræ illorum naues agmen cludebant. Iam Imperatores ad pugnam suos milites hortabantur: cum Austrius Princeps in lintriculum descendens; totam illico classem circumiuit tam leto vulnu, tantaq; animi firmitudine cunctos excitans; ut viciisse iam crederetur.

Cum

Cum igitur subictru teli essent; & undiq^z Turca instarent; maiores triremes, quæ tanquam vallum ante aciem stabant, missis tormentis hostium classem magno cum damno verberarunt, & horribilem stragem ediderunt. Sed illi, quamvis dissectam multis locis classem, perturbatosq^z ordines vidissent: tamen furore quodam maiores nostras præteruecti, non deseruerunt se: itaq^z, mox Prætoriae omnes ita conflixerè; ut non iam misilibus aut tormentis, sed gladijs propè collato pede præliarentur. Nam & proræ inter se iunctæ barebant; & naues ita in arcto erant stipatae; vix ut telum vllum in mare vanum intercideret. Imperatoriis tñm atroci prælio decertantibus; iam totis classibus simul ab omni parte pugna conserta erat. At in sinistro cornu, cui Barbadicus præerat, vario euentu, summisq^z viribus certabatur: eum animi magnitudo, patriæ caritas, os dium in Turcas stimulabat: sed oculus sagitta icto impediebat; ne iam suo munere fungeretur. Quo quidem tempore, ut sepè alias, Antonij Canalis Legati, eximia virtus admirabilisq^z fortitudo enituit: qui sic manum conserebat; & ut hostes trucidaret; & eorum triremes perforaret atq^z submergeret. Vostri autem Imperatores & summorum Ducum, & strenuorum militum personas & partes egregiè sustinebant: ac nihil omnino intentatum relinquebant, quò citius victoria potirentur. Nam Austrius Princeps, iuuenis clarissimus, & manu promptissimus, hostium cruento magnam partem conspersus visebatur. Venerius, licet sextum & septuagesimum atatis annum agat, tamen innato animi robore, præter cetera, cum scuto & gladio irruentes magna vi Turcas fortissimè repellebat: & mox acceptum vulnus, sed tñm diu dissimulatum, quād diu hostes essent

prostigati, ita ultus est; ut Praetoriam sibi infestam ceperit atq; depresso. Nec verò minus acriter Columnius pugnat bat: & omnia magni Ducis, & impigri militis munera obibat: & iam triremem aduersariam male multauerat. Hoc loco, quanta esset viriusq; exercitus virtus cognosci potuit. Nam licet Turce Praetoriam, in qua erat insigne nocturnū trium luminum, captam viderent; caputq; Imperatoris sui hastæ suffixum conspicerent; non tamen aut locum, aut pugnam deserebant: sed velut calamitates suas vindicaturi, obstinato animo pugnabāt. Nostri magna contentionē pertinaciterq; irruerant; ac summis virib; illos petentes trucidabant: nec desistere, donec acies illorum fluctuare incepit. quo sane tempore non erat opus monitore, aut impulsore; quisq; sibi erat auctor & dux ad victoriam; præsertim cum nefarius ille astutusq; prædo Caracosius iam interfectus esset: & Syrochus item pirata insignis, vir acerrimus, quem hostes propter virtutis opinionem maximi faciebant, a Ioanne Contareno, trierarcho fortissimo, cum sua Praetoria captus: suum latu nudaisset: aditumq; nostris præbuisset; ac prælium etiam iniuisserunt triremes; que in subsidij erant locatæ: & fortissime depugnaret Aluanus Badianus: & His spani, equitesq; Melitenses, quibus est quoddam quasi naturale bellum cum Turcis, certatim impressionem facerent. Sed videte amplissimi auditores: quam incerti sint exitus pugnarum, variaq; fortuna. Cum enim Justinianus cum sua Praetoria in aliquot hostium triremes impetum fecisset: tanta vi tantaq; fortitudine in illas inuestus est: ut duas statim ceperit; ac res inibi esset, ut tertiam quoq; caspiuam faceret; cum ecce sex hostiles transuerso latere ita in ipsum irruerunt: ut omnes ferè eius milites, in quibus erant

erant quinquaginta equites, interfecerint; nec tamen ipse
 dux, quamvis duabus iam confixus sagittis esset, animum
 despondit; sed suis ad puppim congregatis, egregie impetum
 furoremq; Turcarum sustinuit. Sed tamen parum abfuit,
 quin hic, qui paulo ante victor in hostes insultabat, eodem
 ferè momento in illorum potestatem veniret. At nostris
 opem ferentibus, & omni ex parte Turcas urgentibus, fas
 etum est; ut cum illi multas triremes depresso, prætorias
 captas, imperatores suos cæsos vidissent; sublatis turpiter
 dolonibus, de fuga cogitarent: ac multi se in mare abiçer-
 rent: & sociorum nauibus adnantes, incerti præmetu, quid
 aut peterent, aut vitarent, fœdè perirent. Nec profecto
 superfuisset aut fuge, aut pugne quisquam: nisi aliqui par-
 uis nauigij claram euassissent. Unus autem solus, qui Iuliam
 Cæsaream, quam nunc Algeriam vocant, pro rege guber-
 nat, quiq; sinistrum latus regebat, quasi clavis nuncius,
 elapsus est. Nunquam, Serenissime Princeps, alias tantis
 animis magna concurrerunt classes; nec in maioris discri-
 mē rei pugnarunt, nam & de Christiani nominis dignitate,
 & existimatione pontificiâ, & Regia, & de salute Reipub-
 licæ agebatur. Turce admitebantur, ut non modo maris
 possessione vos pellerent; spemq; omnem vobis adimeret ve-
 stras Provincias insulasq; tutandi, & præsidia usquam mit-
 tendi: sed ut vos, & deinceps, hac illis quasi fenestra patet
 facta, omne Christianum nomen in seruitutem redigerent:
 & quos vellent, quacunq; de causa collibuisset, trucidarent.
 Vos, vi retentâ maris possessione, Deiq; culsu seruato, pas-
 triam, liberos, coniuges, populosq; vestros à cede, ab in-
 cendio, à seruitute vindicaretis: ostenderetisq; Turcas
 non iure, sde scelere: non virtute, sed insidijs: non laessi-

tos, sed rupto ob insitam barbariem fædere, quicquid fecis-
sent, esse conatos: deniq; id, quod semper fuit in more pos-
tum, institutoq; vestro, ut Christianam religionem cum
Pontifice Maximo, & Rege Catholicō tueremini. Hæc enim
principiæ res Pium V. Pontificem Maximum, ut parentem
optimum deceat, & Philippum Regem potentissimum, &
veræ pietatis obseruantiissimum impulit; ut Rempublicam,
quam decus Italiæ, ornamen tum totius Europæ, domicili-
um virtutum omnium, & incorruptæ sedem libertatis esse
norunt, defendendam, & à Turcarum iniurijs vindican-
dam iudicarent; armaq; sua vobiscum coniungere, accoms-
modatiſſimum honorificentissimumq; censerent. Itaq; eo die
illa in pugna non erat quisquam omnium; qui non in eius
diei casu Christianæ Rēpublicæ euētum confiſſere existimat-
ret. Quocirca omnes ſic strenuam operam nauauerunt, ut
innumerabilis ille Turcarum exercitus totus fusus, & ad in-
ternecionem cæſus sit, tota ferè claſſe in pugna amissa. Nam
& CL XI. triremes, & multa biremes, alteriusq; generis
nauigia in Christianorum potestatem venerunt; & ceteras
triremes aut incensas, aut depressoſe accepimus; & quod
ſummam afferre admirationem potest, ex quadraginta tri-
remibus, in quibus eſſent nocturna lumen inſignia, vix
una, aut altera euasit: cùm interim nulla nauis ex veſtra
claſſe capta, duæ ſole fractæ, aliquot vulneratae memorens-
tur, quod quidem nulla alia, niſi diuinâ ope, factum vide-
mus, ut quò maiore ſpe, firmioreq; fiducia, & deteſtabilio-
re ſcelere hoc vobis bellum Turcæ mouiffent; eò grauiore ſup-
plicio, acriore dolore, & ſeuiore cruciatu vobis pñnas da-
rent. Fusis autem vndiq; caſisq; hostibus videre erat, alios
sequi; alios fugere; alios occidi; alios capi; alios ſubmergi-
tum

tum naues deprimi, tum perforari, tum incendi, tum abs
duci: postremò omnia, quà conspectus esset, constrata telis,
armis, cadaueribus; & totum mare infectum sanguiné;
vt iam rubrum Turcarum cæde, sanie, cruentoq; factum vis
deretur. O præsens summi Rectoris & Domini numen! ô
victoriæ omnium vocibus, litteris, monimentisq; prædis
candam! ô diem inter festos referendum, & quotannis
maxima letitia celebrandum! Te autem, Aloysi Princeps,
quis non beatum, quis non ex omni parte felicem putet; quo
Rempublicam gubernante, tam mirifica, tamq; præclara
victoria sit comparata? hæc enim una res, præter reliquas
tuas eximias, singulareq; virtutes, illustrabit tuum Prin
cipatum: & faciet, ut cum perpetua tui nominis gloria in
ore omnium, sermoneq; versetur. Sed minimè mirum Reis
publicæ id accidit, nouit enim id esse tua genis proprium;
prudentia, consilio, opibus, animi magnitudine iuuare atq;
ornare patriam. Id summa cum laude fecit iam Thomas
Mocenigus, pater tuus, omni dignitate ornatus; Mar
cius Procurator, & Venetæ classis Imperator: qui vt pris
cum Adrianum mare egressus est, hostes in metu esse, &
à vestro Imperio abstinere omnino coëgit; & à Strophadis
bus ac Malea magnâ vim predonum, qui Ionium infestum
babebant, statim expulit & exturbauit: ac tam magno
animo filij interitum tulit clari viri, & egregi trierarchi;
vt illam maximè fortunatam mortem appellaret: quod
natura debita, pro patria esset potissimum redditia. Idem
aliquot ante annos præstitit cum immortali sui nominis
gloria Petrus Mocenigus, proauit tui frater, Princeps optimus;
qui in bello aduersus Mahometem Turcarum tyrannum, Ca
riam, Ioniam, Aeoliam, Lyciam, Ciliciamq; victor perua
sit,

fit, tropheaḡ ubiq̄ erexit: tum Ciliciam à Turcis recuperatam Cassambeio, Pyrametoq̄ Regibus restituit, deniq̄ Cyprium regnum, quod illius Insulae principes, Iacobo Rege mortuo, ad Ciliciae Regem dolo quodam deferre cōiurarant, suo aduentu conseruauit; & sumpto de coniuratis suppicio, Catharinae Reginae viduae, que ex clarissima gente Cornelii, Patricia vestra erat; & puero infanti reddidit, ut hoc patris imprimis, tum splendori generis Corneliorum tribuendum indicaret. Idem deniq̄ fecerunt alijs Principes, classis Imperatores, Praefecti, legati, tricrarchi, Senatores, Marciij, Procuratores: qui perpetuo quodam cursu in Res publica floruerunt. Quin etiam sperant omnes boni, ac sapientes viri; multis partibus plura, quam nuper hostium fraude subbata sint, te auspice, & Rempublicam gubernante, propediem esse ad Imperium accessura. Quare, Serenissime Princeps, & patres Amplissimi, recr̄e atq; ordine facitis; quod ex animo de tām fausto felicitātē nuncio lētamini: & tantam rem perfedam esse gaudetis; & quod, cūm primūm hoc est à vobis auditum, omnia templa patefacta, supplicationesq; ad omnia puluinaria decreuistis: & in hanc edem frequentes conuenistis: & quamprimum Deo honores habendos, gratiasq; quam maximas agendas statuistis: quod nos ex furore immanitateq; tēterrīmi hostis exēserit: quod maximam omnium, qua unquam à Christianis parta sint, victoriam adepti sitis: quod tot millia captiuorum sint Christianae Reipublicae restituta: quod tot ex Turcis Praetorianis, tot verum maritum marum p̄e iti homines, tot egregij Duceſ, tot fortes tricrarchi nauarchi, tot nefarij prædones, tot gubernatores ac magistri naviūm, prioresq; trucidati sint: deniq; quod metu & periculo ita-

lia omnis, atq; adeò tota Christiana Respublica liberata esse
videatur. Quanquam autem audio, hanc victoriam mor-
te fortissimo: um virorum constitisse; quod aliquot horas pu-
gnatum est utring; acriter: tamē quis non agnoscat, Deum
Optimum Maximum hanc vobis palмam dedisse; vt ille in-
humanо fadifragusq; Tyrannus, apud quem nihil veri, ni-
hil sancti, nullusq; Dei metus est, secum animo expendat;
quem respectum ad Senatum, ad iusinrandū, & ad religio-
nem non habuerit; & quantos spiritu, quantumq; arrogan-
tiam sibi sum pisset; qui & innicissimam, & felicissimam
classim suam appellare semper auderet, & vt omnes intelli-
gent; quam non sit humanis opibus, prosperisq; initij, ac
fortuna muneribus confidendum. Conferte nunc hanc tam
letam, tamq; admirabilem victoriam cum decantatis illis
Atheniensium Romanorumq; victorijs; vt duce Miltiade
Persas ad Marathonem victos: aut duce Themistocle Xerxis
vires ad Salamina fractas, qui mare ponte iunxit; Athon
montem perfoderat: & Asiam uniuersam in Graciam se
effusurum cogitārat; aut Lutatij Catuli ad Aegates Insu-
lam ductu Cathaginem classem victam: aut illam An-
tiochi, Syriae Regis, Annibale Imperatore, ad Myonefsum
à Romanis superatam. Profecto illas à suis scriptoribus mis-
rabiliter dicendo auctas, hanc ex omni parte veram com-
perietis; illas copias ex imbellibus ferè, imperitisq; homi-
bus, has ex fortissimis exercitatismisq; constitisse: illas
arte & dolo, has virtute & aperte superauisse cognosce-
ris. Sed ego animaduerti, Serenissime Princeps, ita esse no-
bis naturā comparatum: vix vt unquam ullam puram
voluptatem percipiamus; quod cum alijs plerisq; in rebus,
cum vel maximè in bello accidit. Videmus enim in hac pu-
gna

gna aliquot claros viros, strenuos duces, egregios Centuriones, fortessq; milites esse desideratos; quod Mars strenuum quemq; sibi decerpit, fortissimumq; pigneratur. Augustinum enim Barbadicum, summa nobilitate hominum, egregia animi magnitudine, & singulari in patriam caritate, sublatum esse, cum incredibili omnium dolore accepimus: qui cum omnes honorum gradus, quos per etatem ei licuit, in urbe adeptus esset: in illisq; gerendis summatam & laudem & gloriam esset consequutus: Forumq; Iulium prudenter, sancteque gubernasset: & magna constantia, mirabilique eloquentia fines Imperij, cum de ijs regundis esset controuersia, tutatus esset: & per honorificas legationes obiit: & incredibili sapientia & integritate Prefecturam Patauinam gesisset; nihilque aliud ei ad laudem immortalem decesset; nisi ut decurso aliquot annorum spacio, memoriam principatus optimorum Principum Marci & Augustini, gentilium suorum, ipse reuocaret: ecce mors cum sustulit, quam nullo unquam tempore nec glorioius, nec meliore de causa hanc lucis usuram relinquere potuisset, quam patriae dignitatem tuendo, & tam honorifice sanguinem effundendo. Huius fati comites, gloriaque participes fuerunt aliquot egregiis nobilissimiq; trierarchi, ut Benedictus Superantius: Catharinus Maripetrus: Vincentius Quirinus: Heronymus Contarenus: Marinus Contarenus; in quibus quanta iactura facta sit, vix verbis explicari posset. Quid dicam de his præstantissimis viris, qui ipsi quoque mortem contemnendo immortales sunt facti, Ioanne Lauretano, Andrea Barbadico; Francisco Bono: M. Antonio Lando: Antonio Pascaligo? Huius quoque laudis audi fuerunt, gloriaque cuperdi Ioannes Baptista Benedictus Cyprius: Iacobus Metius

Cher-

Chersonesius: Antonius Eudemonicus Cydon; Jacobus
 Trissinus Vicenius: Hieronymus Bysantius Asceuiensis: &
 Andreas Calergus Rithymnaeus: quorum omnium nun-
 quam esse intermorituram memoriam existimare debetis.
 nam dum Christianum Venetumq; nomen extabit: quod
 sempiternum fore polliceri possumus: dum literæ manebunt:
 dum ullus virtuti locus vspiam relinquetur; nunquam de
 illis gratissimus hominum sermo continecerit. Nam vitam
 eorum, qui patriam defendendo, Christianamq; religionem
 vindicando obierunt, non modo alit posteritas; sed etiam,
 ut à sapientissimis viris accepimus, ipsa æternitas semper
 intuetur. Vigent etiam hodiè in ore atq; animis omnium
 Harmodius & Aristogiton: vigent Horatij: vigent Decij:
 vigent alijs pleriq;: quòd de vita exire pro patria gloriosum
 iudicarint. Istos autem nunquam satis laudatos milites
 vestros; qui suo sanguine tantam Christiano nomini glo-
 riam tantamq; victoriam pepererunt; & iam à Deo præmi-
 um virtutum suarum esse consequitos confidimus; & à vo-
 bis, & ab uniuersa Christiana Republica eis debitos honores
 hodiè persolui videmus. Quod etiam speciesius his contin-
 git, quām Romanis, aut Atheniensibus: propterea quòd illi
 suis legibus coacti, eos qui pro patria pugnando mortui es-
 sent, ornabant laudibus: Vos quicquid facitis, id ultro &
 sponit illorum virtuti tribuitis; & gratissimorum ciuium
 munere fungimini. Ac merito quidem digni enim sunt hi
 optimi viri; quibus alijs etiam singulares à Senatu honores
 exquirantur; quos ego in praesentia ex altissima cœli specula
 videre iam videor, gratos animos vestros intueri; proin-
 deg latari, quòd intelligent, ex verborum exornatione per-
 ennem laudem ad eos, qui præclaras res gesserunt, solere

apud auditores peruenire. ipsi enim indicarunt, se huius glorie, quam vita studiosiores extitisse; cum hostilis pæna, quam huius lucis cupidiores, pro patria occiderunt. Cumque noscent, hanc vitam peregrinationem esse: corpus, quod esse caducum sciebant, publicè impenderunt: ut priuatim laudem, quæ nulla mortis fata pertimescit, compararent. Quocirca parentes uti debent hoc solatio: quod cum scirent, se natos genuisse; non immortales, sed quos bonos atque illustres fore optabant: nunc virumque sunt omnino consequiti: cum tanta Reipublicæ præsidia genuerint: liberi, quod eis domestica virtutis exempla suppeditabunt: coniuges, quod ijs priuatae sint viris, quos laudent potius, quam lugeant: omnes deing, quod intelligant, eos, qui mortem opprimebunt, pro mortali conditione vite, immortalitatem esse consequitos: cum hoc maximè credendum sit, patriæ Christianæ pietatis propugnatores hinc migrantes ad sedem cœlestium mentium, ex quibus animos delibatos habemus, euolasse: ubi ævo sempiterno perpetuaq felicitate perfruatur. Inuitus prætereo nominis aliorum præstantium viorum, qui in acie casi sunt; ut si quid ego possem, ea ab interitu vindicarem: Sed cum Imperatores vestri nondum singillatim rem, ut gesta est, perscripserint; vosq mihi mandauestritis, ut hanc orationem ferè ex tempore habeam: cogor nunc ea silentio transire. Vos autem, Serenissime Princeps, Illustrissimi Legati, & Patres Amplissimi, qui hic frequentes conuenistis, ut fortissimorum ciuium, & Christianæ religionis amantisimorum hominum funus vestro conspectu cohonestetis: vehementer commendo: & gratiam istam accepti eximi beneficij memoriam vestram sempiterz nisi esse decorandam laudibus existimo. Ceterum, Nobilissimi

simi viri, & ornatisimi adolescentes, cum animo iam certatis; fortissimis viris, qui pro patria occubuerunt, certum esse in celo ac definitum locum; ubi etatem cum mensibus beatissimis apud Deum agant; quo nihil excogitari potest beatius: summosq; honores ab optimo & sapientissimo Principe, & amplissimo ordine haberit: ut nihil esse queat magnificentius: consulite posteritati, & memorie nominis vestri; eosq; vobis ad imitandum proponite; & hanc ad gloriam citato cursu contendite: & existimate, nihil esse laudabilius, nihilq; præstantius; quam de Patria bene mereri: quam eius dignitatem salutemq; rebus omnibus anteponere: neq; quicquam turpius, quam gloriam a maioribus acceptam ad posteros non transfundere: neq; viro nobili posse magis ignominiosum quid accidere: quam in otio obtorpescere: & occasiones, quæ Republicæ dignitatem attingunt, subterfugere. Nam si locus exercenda virtutis vestre domi non daretur; esset is vobis omni studio, omniq; cura peruestigandus: nunc vero, cum domi vestre tam præclara, tamq; necessaria causa vobis sit oblata: arripite atq; urgete occasionem: atq; cum breuis hominibus vita data sit: memoria vero benè redditæ vitae sempiterna; hoc in animo constitutum habete; ita vobis esse viuendum, ut etiam vos esse morituros sciatis: sed ita deniq; moriendum, ut memoria nominis vestri sit ad omnem eternitatem temporis duratura. Quare pergitte patriam defendere; alacri animo in aciem prodite; pro patria opes contemnite: commodæ vestra omittite; vitam deniq; ipsam fortiter strenueq; pugnando profundite. Id à vobis patriæ nobilitas, optima educatio, singularis in Deum pietas, & sacrosancta religio uno eodemq; tempore postulat, imploras, exposcit.

Vos autem, illustriſſimi Legati, pro mea in Christum Dei filium summa pietate, & mirifica in vos obſeruantia, miſrum in modum rogo atq; obſecro: ut quando non iacta vi-ctoriae fundamenta, ſed ipſam in manibus iam eſſe cernit; Cæſarem, Reges, Principesq; veſtros incitetis atq; hortemini, vturgeant hanc pulcherrimam occaſionem; qua nulla vñz quam poterit reperiri præiantior: ſuasq; vires atq; opes cum Pontificijs, Rezjs, Venetisq; coniungant: ut communi confenuſu atq; conſilio Turcæ tandem debellentur; & ipſorum nomen ſempiterna obliuione obruatur. Cum enim vi-deatis Turcarum vires non eſſe inuitas; imò verò illorum multitudinē & diuitias virtuti concordiaq; Christiano-rum longè ceſſiſſe: danda opera eſt: ut, quod priſcis tem-pribus vſu venit; ut virtute Athenienſium in pugna Mara-thonia excitati reliqui Graci, omnia pericula ſubire pro li-bertate Gracia non dubitarint: idem nunc ab omnibus Chriſtianis pro ſua ſalute, ac dignitate ſit omnino faciendum: & quod Graci post illam memorabilem pugnam oſtenderunt, Persas terreftri pugnâ victos, nauali quoq; prælio poſſe ſuperari: id à Chriſtianis conandum ſit, ut quando nauali certamine tantam eſtis conſequuti victoriam, quantam vix auſi eſſetis optare: illos terreftri quoq; prælio vinci poſſe demonſtrebis. Quod planè ſperandum eſt; ſi communi con-cordia, iunctiſq; animis cuncta gerentur: & barbari hosti vires ita diſtrahentur: ut ille magnis exercitiibus terrā ma-riq; laceſſitus: & diſiunctis diuersiſq; in locis petitus: tam ancipti contentionē, & tanta mole belli, tantaq; conuifione obruatur: ut rebus suis conſulere non poſſit; quod quidem totum in veſtra, optimi Legati, & prudentia & di-licentiā videtur eſſe conſtitutum. Interim verò, Serenissime

Prin-

Princeps, & Patres amplissimi, quamquam id vos omnino perspectum exploratumq; habetis, estisq; in hac una cogitatione defixi: tamen pro mea in vos pietate, illud Maharbalis de Annibale vobis memorabo; Non satis esse vincere, nisi victoria quoq; vni sciatis: & dum Turcae perculti sunt, & res illorum accise, & quam plurimi e Praetorianis alijsq; egregijs militibus & rerum maritimarum peritis desiderati sunt; antequam se colligant, viresq; reficiant: bellum ex sententia consciatis, & ad optatum exitum perducatis. Quod ut primo quoq; tempore vobis cumulate contingat: Te Deus Optime Maxime, cuius nutu cuncta gubernantur: teg, Diue Marce, qui in tua tutela hanc optimam Rempublicam esse perpetuò declarasti: quiq; eam semper ab hostium impetu furoreq; seruasti: omnes pie & ex animo ve- bementissimè precamur,

DIXI.



HIERONYMI VVOLEFI
DE CHRISTIANÆ CLAS-
sis victoria, Anno 1571. Nonis
Octobris,

EPINICIVM.

Quod minus hęc meritis debetur gratia nostris ;
(Quid mereamur enim nisi pestē, bella, famemq; :)
Hoc magis illustrata Dei clementia fulget.
Qui post multiplices terraq; mariq; procellas :
Europæ qui post , Asiae, Libyæq; subactos
ATurcis populos : post tot circumflua Ponto
Regna quib; raptis(heu) iam quotus angulus orbis
Christicolis restat & diuini lumine vultus
Respxit miseris : & diri e fauibus Orci
Eripuit mirabiliter : ventisq; secundis
Aspirans nostris , depresso barbara vela :
Atq; truces Scythiaæ populos, rigidosq; tyrannos
Iam docuit superesse Deum ; qui perfida sceptra,
Et nimios fastus inclinet , deniq; frangat.
Franget enim : modò nos, qui dicimur, esse velimus
Christicole ; firmi veræ pietatis alumni ;
Dissidijs positis , atq; omni fraude remota,
Supplicibus votis tendamus ad ætheris arcem.
Sin Euangelium : sin sanctum Ecclesia nomen,
Prætextus scelerum speciosus , & ambitionis,
Et turpis lucri , fœdæq; libidinis œstrum
(Ut fuit heu longo iam tempore) perget haberi :
Si per labra natet Christus ; per pectora regnet
Dogma Neclidæ : fato qui clausit eodem

Diu-

Divinitos homines , & fœdi abdominalia porci ?
Prædico , moneo , supplex rogo ; tollite vanas
Spes : animos demittite ; somnia falsa cauete .
Non debellatum : sunt vix exordia rerum
Maiorum ; quæ magna putas , maiora sequentur
Fausta pīs , infasta malis : victoria pendet :
Pendet , & ancipites huc illuc incitat alas .
Nec vīctus (mihi crede) fugit , vīctorue triumphat :
Bella sed instaurat ; classes parat , arma , viros q̄
Indomita virtute feros : multas q̄ phalangum
Myriadas ciet ; innumeri ditissimus aurū ;
Europæ atq̄ Aſiæ domitor , Lybiæ q̄ Tyrannus .
Hunc tu contemnes hostem , violentia cuius
Nil tentare solet , quod non & deniq̄ frangat ?
Quod lubitum rapit ille : suo raptum q̄ tuerit
Robore : progrediens tumefacti fluminis instar ,
Obūia quæ q̄ trahit : neq̄ terminus obstitit illi
Haſtenus . Hoc vno metitur līmite regnum .
Quō penetrare queat truculentus acīnacis ardor .
Est ne opus exemplis : veterū monimēta relinquo :
Nostra ſed heu quā multa videt lachrymabilis etas ?
Me puerο cæpit ſeptemplicis oſtia Nili ;
Inde Rhodū ſubigens , mox Pannonia rura pererrat ,
Mœnia Teutoniæ : vix est defensa Vienna
Numinis auxilio : Genuæ Chion eripit ; ultrix
Hunc tamen excepit Melite vītricibus armis .
Sed non propterea ſcleratis deſtitit ausis :
Pannonias repetens Sigettia moenia vertit :
Vertit Iulæi quoq̄ propugnacula caſtri .
Quō d nīſi Mors , Solymâne , tuos aggressa paratus
Preſſiſſet : niſi Danubius diuinitus auctus
Arma retardasset : quo nunc , Germania , vultu
Sidera ſpectares & num libera colla teneres ?

Non

Non tua te virtus , sed Christi gratia texit,
At quid agit Selymus & sequitur vestigia patris,
Perfidus atq; rapax. Non illi pocula Bacchi
Excutient rabiem : superum concensor & æqui
Luxuriat : Satrapasq; suos in prælia mittit.
Victa Cyprus gemit : & Nicosia capta fatetur,
Nec Famagosta negat ; non propugnacula , turres,
Non arces , portus , tormenta repellere Turcos.
Militis & virtus , ducis & constantia frustra
Nititur : inclusos ferrum flammæq; famæq;
Aggeribus iactis excelso culmine , pellunt.
Nil mortalis homo tanto munimine cingit :
Non vñquam tantas educit ad æthera moles :
Non tot subsidij , alacri tam milite firmat :
Quod non vis hominum maior , non temporis ordo.
Frangat , & atra famæ . Sed nobis pocula Bacchi ,
Exstructæ mensæ , Tyrio de murice vestis ,
Aureoli torques , dígiti radiante pyropo ,
Et Veneris famulæ celsiç palatia tecti
Et pomposus equus , rigidis sed inutilis armis ,
Somnus iners , rixæ ueleues , Iudicæ proterui ,
Plurima præterea fallacia gaudia tempus
Turpiter absunt : capimus præsentia læti :
Securiniūm , minimeq; futura timemus .
Inuadunt yrbum vino somnoq; sepultam ,
Andinus vates cecinit : sapientia friget
Sera Phrygū. Ne sis Epimetheus , esto Prometheus ,
Quisquis es. Haud ullo sœuit discrimine T urcus :
Non genere & proavis tituloue mouetur inani :
Hæc spernit , ridet , calcat pede victor acerbo ,
Ferro bella gerit , ferro vincendus & ipse .
Hæc tu præclarè cum cernas , Maxime Cæsar ,
Exigis in somnes , suspectans sidera , noctes ,

Sollitoſc̄p dies. Nam te fatalia terrent
Tempora , non intenta ſuæ malesana ſaluti.
Sed confide Deo , tēc̄p & tua regna tuentि
Hactenus. Is poſthac tueatur in omnia ſecla.
Hæc eadem proceres pia ſollicitudo fatigat :
Quos non ambitiō leuis , aut maleſuada voluptas
Allicit , aut auri ſitī exitioſa gubernat :
Sed qui Cæſareamc̄p ſimul patriæc̄p ſalutem
Aſſiduis curis , votisc̄p perennibus optant.
Hoc agitant animis : Legiones ſemper alantur
Hostibus oppoſitæ : ne perfidus omnia p̄tædo
Audeat , & miferos agitet violenter agrestes :
Quale fuere nigræ , Mattheia rege , cohortes,
Præſidium : veterana manus : cui caſtra domusc̄p
Semper idem fuit : & non dulcia pocla fuere
Plus , quām viſtrici Turcos proſternere dextra.
Cætera ne memorē , prohibet pudor. O male gratos
Et nimium ſæuos , qui ſic ſua mœnia condunt!
Absit ut iſta luant aliquando piacla nepotes.
Sparta viris inuicta fuit. Quid mœnia poſſunt &
Nil caſtella iuuant : caſtellis fidere ſtultum eſt.
Armatas acies , claſſesc̄p opponite Turcis :
Milite perpetuo firmata colonia Turcos,
Perpetuos hostes , huc illuc miſſa , repellat.
Adde preces : ſupplex veniam pete : numinis iram
Flecte , gemēs , lachrymās : clades ſunt flagra malorū
Oppugnat Deus ipſe malos , qui nomina iactant
Magna Dei : ſed digna Deo p̄aſtare loquie
Non curant. Hinc crebra fauet victoria Turcis.
Interea ſtertit leue vulgus : hirundine viſa ,
Non ſuperelle gelu putat : & ſua criminā fraudi
Non putat eſſe ſibi. Fateor , ſumus improba turba ,
Inquit , & officio non fungimur. Eſto ; nec hostis

Est melior nobis. Malus est, malus hostis & ipse.
Impius, & blasphemus & est sentia malorum.
Est (fateor) pœnasq; dabit : sed tempore certo.
Non caritura suo tandem est vltore tyrannis
Impia, flagitiosa, rapax, scelerata, nefanda :
Pœnas afflictæ vastatrix bellua terræ :
Bellua quæ Christum teniat derudere cœlo :
Bellua totius quæ ius sibi vendicat orbis :
Est pensura graues, quas cætera regna dederunt.
Sed quis prædicat Danielo pectore tempus
Exitij? Quis non metuat, ne ferrea virga
Ulterius tendens male mulctet terga malorum?
Qui lingua iactant pietatem, pectore cælant
Dæmonis afflatus ; & nil nisi iurgia quærunt?
Ambitionis, avaritiæ, litoris acerbis,
Et luxus famuli ? Cecinit verissima quædam

Ioannes Hil-
ten, Sena-
censis mona-
chus satadic^o
anno 1600.
Turcos in I-
talia & Ger-
mania domi-
naturos præ-
dixit.
Tyrannica
imperia.

HIL TEN IVS vates, tenebroso carcere clausus ;
Illustrante Deo tenebras & vincla leuante
A Etheriæ mentis : Quæ restant, mitis I E S V ,
Verte retrò : nostras prorsum sed vertito mentes.
Dixit enim post secula sex completa decemq;
(Heu meminisse horrent animiq;, & lingua refugit.)
Venturum excidium Latio, nimiumq; feroci
Teutoniæ : cuius sibi quiuis regulus altum
Vendicat imperium : diraçp libidine cæcus
Se putat esse Deum : miseriçp cruore clientis
Pascitur : & libitum licitum putat : & sua spectat
Commoda : securus quæ sit Respublica : ferro
Seu pereant populi, seu frigore, peste, fameq;
Dum modo prærupto, veluti Polyphemus, in antro
Tetra Maroneo perfundat guttura Baccho :
Allisofç petræ socios patientis Ulyssi
Dente fero laniet. Sed quid mea Musa gigantes

A Etinæ-

A Et næos memoras : non dicas criminæ vulgi ?
Vulgus non alijs meriti seruire patronis ?
Num pietas ? num sancta fides ? num vita modesta
Commendat populum ? Quid narram cætera : regdet
Pluribus hæc agitare. Videt fax aurea Phœbi,
Cernunt nocturnæ fœdissima plurima Lunæ :
Auertere oculos superi, ne talia spectent.
Quam res suavis homo, cum vero nomine fertur ?
Sanctius hoc nullum, nullum diuinius orbis
Hoc animal genuit. Sed magnam accende lucernam
Diogenis, medio cum Sol versatur olymbo,
Ut cernas hominem. Porcos, toruosque leones,
Et vapidas vulpes, & fœdos cercopithecos
Aspicias passim. Quin (si modò dicere fas est.)
Nullos inferni iam claudit regia Ditis
Dæmonas : in terris humana fronte vagantur.
Omnia quod superat miracula, Christus Iesus,
Cum Deus esset, Homo factus, reseravit Olympum:
Atque Deos homines fecit pietatis amantes :
Ast homines vltro tendunt ad Tartara, facti
Dæmones, immemoresque Dei, propriæque salutis.
Desine Musa, tuo fueris defuncta labore,
Si moneas proceres, si doctos, sique profanos ;
Ut se cognoscant, & iam sua criminæ damnent :
Ei mutent mores prauos, sumantque probatos :
Vera mente colant Christum, verumque bonumque :
Sobrietas vigeat ; faceat malesuada voluptas :
Fraternus renouetur amor ; simulatio cedat :
Vis absit : ius sceptra gerat : dolus omnis abesto.
Hæc vos qui populum regitis sermone diserto,
Inculcate viris, pueris, tenerisque puellis :
Exagitare malos diris vtricibus : omni
Tempore cum vitijs bellum geritote. Necesse est

Vulgus petu-
lantia.

Adhortatio
ad agendum
pœnitentiā.

Coneionato-
res acriter in-
sectari vitia
opportere.

Euelli sentes rigidos : vt semina spargas ;
Vndē seges veniat, quæ compleat horrea cœli.
Vulpina templum luctulentum verrere cauda
Væsanus labor est : raftris euertite sordes.
Hulcera quæ poscunt ignes ferrumq; , venenis
Lenibus , aut magico quis pellere carmine tentet &
Dogmata vera quidem tradenda, notanda profana:
Sed quid proficiet , sine sanctis moribus , omnis
Cognitio & Num vera fides , odisse rebelles,
Quos vitijs superes ? Supera pietate fideq;
Quos damnas : precibusq; iuua , cœlestis ouilis
Septa repleturos : animum depone cruentum :
Intua ne sævi crudelis viscera : Turcus
Hostis adest crudelis , & in ceruicibus hæret :
Hunc remoue. Quid bella moues caritura triūphis ?
Quæ tibi , quæ q; tuis funus crudele minantur &
Hæc tibi prædico fidus G E R M A N I A vates:
Hæc Italos moneo : hæc Gallos : hæc flumen Iberū :
Hæc & Sarmatiæ gentes , Arctoq; regna :
Hæc moneo toto diuisos orbe Britannos :
Quis si paruerint monitis , si pectore seruent :
Mente repurgata , vacuaq; libidinis cœstro ;
Si teneant , alte spectantes , infera temnant :
Tum demum nobis erit hæc victoria laudi :
Tum demum Turcis erit hæc victoria fraudi :
Tum D E V S H I L T E N I I vertet præsagia vatis
Innōstros hostes : vt quondam tristis Ionæ
Vocibus emendata pijs stetit inclita Nīnus.
Quas spirare minas & quæ non tormenta parare
Fama refert Selymum & Magno exarsere furore
Pectora Turcorum. Fera saucia , sparsa cruore,
Sæuior insurgit. Tu nos , Deus alme , tuere:
Consilij obſta sceleratis : tela retorque

Adhortatio
ad concordi-
am.

Emendatio-
nem vitæ me-
lior fortuna.
sequetur.

Imploratio
diuinæ opis
contra Turci-
æ minas.

Victor

Victor in autores: mala quæ meditantur, in ipsos
Verte; cadant titubante gradu, vertigine cæci,
In foueas, quas Christicolis posuere nefandi.
Fac semper doleant, te, quem spreuere, nihilq;
Esse putant, superesse D E V M : quo fidimus vno
Grex tenuis: quem sœua luporum guttura captant.
At tua dextra potens nos ducet in atria cœli.
Nam quid tantoperē interituri commoda Mundi.
Fortē breui molimur? & ad cœlestē tribunal
Attentionitas mentes non vertimus? Est breue tempus,
Gloria vana: leuis, permistaq; felle voluptas,
Quam præstat tellus: Quamuis tibi pareat orbis
Quā Zephyri, Boreasq; ruunt, Eurusq; Notusq;
Est linquenda breui tellus cum diuite gaza:
Est ratio reddenda Deo. Quō plura talenta
Cæperis, hòc maior grauiorq;
Memento minister,
Quisquis es, esse Dei: tua fac Deus approbet acta:
Hoc stabis censore, cadesue. Sed optimus autor
Seruatorq; hominum, sine quo nil possumus omnes,
Faxit uti stemus, Christo rectore beatī:
Semper diuini speculantes lumina vultus,
Gloria sit tibi sancte pater, qui cuncta creasti:
Cunctaq; conseruas: Tibi gloria dulcis I E S V.
Per quem parta salus: duce quo reseratur Olympus:
S P I R I T U S alme tibi sit gloria lausq; perennis

Ratio red-
denda Deo.

Δοξολογία.

EX EPILOGO BYZAN- tinæ historiæ.

Eiusdem VVolfij Protrepticon.

Exemplo
Constantino
politane rui-
nx cauiores
nos fieri o-
pottere.

Corruptio
noltri seculi.

Prouidentie
diuinae asser-
tio.

QVi legis historias Orientis , & aspera fata
Christicolum, mollescq; animos, & perfida facta:
Regnaq; discordi variè lacerata tumultu:
Ob quæ facta Deus iustas commotus in iras,
Contemptos primum populos, sine nomine vulgus
Armauit; cùm Turcus atrox violenta potenti
Sceptra manu rapuit: Solymos populatus, & urbē,
Imperi sedem, tandem deuicit, habetq;
Vnde velut specula ex alta prospectat in orbem,
Europæ aiq; Asia domitor, Libyæq; tyrannus;
Gentibus interitum minitans, nisi iusta facessant:
Regnum perpende vices, causasq; nefandi
Exitij: & votis supplex auerteruinias
Nostro impendentes capiti: nisi misericordia obsteret
Numinis offensi vitijs moderatio nostris.
An non flagitijs honor est, infamia quondam
(Si non supplicium) quæ nigra coercuit? An non
Iudæus nobis melior, non Turcus & Indus?
Quæ non impietas, quod non scelus vrget iniquos
Christicolum populos? quæ non periuria regnant?
Si non ista Deum curare aut cernere credis
Crimina, quod subito non comprimat illa furore:
Falleris: expectat, num te mens conscientia pungens
Excitet, ut votis veniam faciliq; precere.
Si rigidæ ceruice tumes adamantinus, iras
Numinis aspernatus, agente libidinis œstro
Quodlibet in facin: tibi poena parata propinquat.
At ridere Deum forsitan mortalia censes:
Nec curare quid inferno ludatur in orbe,
Et superis magni tribuis fastidia Regis:
Quem nil parua mouent, quem nil fex infima plebis
Sollicitat: siue illa fame, seu peste labore:
Seu gladio pereat; vasto seu gurgite mersa

Virtu-

Virtutem vitiumve colat : modò serua tremensq;
Pareat ad nutum , modò munera iussa capessens
Obsequio vigili colat alti culmina sceptri :
Sceptri , quale tulit Nero flagitosus , & is qui
Sedici Dominumq; Deumq; coégit , atroci
Caluitio pariter muscisq; virisq; timendus.
Nempē dedit terras mortalibus : altus Olympo
Iupiter illustri residens , sua gaudia curat.
Quid moueant illum ludibria terrea & vermes
Abiectos an respiciat & num somnia vanæ
Mentis , & irrita vota suas admittat ad aures &
Qui præstant opibus , sunt inclita numina terræ :
Viribus excellens imo dominatur in orbe :
Hunc colat ; hūc metuat supplex ; hūc pronus adoret ,
Pareat imperio , sea iusta , iniustaue mandet :
Qui sibi consultum cupiet : qui tempora vitæ
Longa petet : simulac mors atra subegerit artus ,
Actum erit . Ah demens , præsentia gaudia carpe :
Dum potes , his fruitor . Captent absentia stulti ,
Vana melancholici quos pectora plena furoris
Exagitant : qui monstrâ sibi fallacia singunt :
Qui sperant cœlos , quiq; infera regna tremiscunt :
Væcordes qui non hæc obuiâ commoda captent :
Qui mala multa ferant nullo virtutis honore :
Spe dubia , stultaue magis , super æthera tendant
Post obitum : neq; viuentes quō scandere possunt .
Hæc est , hæc magni sapientia pectoris , isthæc
Scire ; sequi , virtus : monachorum cætera fraudes .
Hæc Epicurus ait , quo non præstantior alter
Soluere corda metu , vitamq; beare perennem :
Inguinis & capitis discrimina tollere doctus :
Quo non discipulis quisquam fuit auctior vlo
Tempore . Stultorū quia semper maxima turba est ,

Periphraſis
Dominiani.

Epicureæ o-
pinionis pi-
ctura.

In

In Venerem præceps, pigriq; abdomina ventris.
Sed quid ait R A T I O , sua cum penetralia lustrat?
M E N S quid ait, quoties cœlestia templa petiuit,
Sensibus abiectis, superum ad commercia tendens?
Hæc quæ non capiat porcus, sed rideat amens:
Hæc quæ nemo neget sano durante cerebro:
Hæc quæ quisq; probet fatis melioribus ortus:
Quæq; docent prima vates ab origine mundi:
Hæc quæ Religio per plurima secla probauit:
Maxima quæq; cohors fuso testata cruento:
Per miracla D E U S quæq; ipse ingentia sanxit.
Num testes quæris locupletes his magis ullos?
Non oculi videat faber & an non audiat, auris
Cuius opus & mens cuius opus, non sentiat? absit;
Majestate sua totum qui compleat orbem?
Ipse suum contemnat opus, propriumq; laborem?
Num iustus, pius & sanctus probet improba facta?
Et pia, non vlla tandem mercede rependat?
Num socors Deus est, vel iniqua mente tyrannus?
Scilicet insanæ sunt isthæc somnia mentis.
Num stupor in superos tantus cadit, atq; libido
Tām fera & Si non sacra mouent oracula pectus,
Quæ vigilare Deum, dare præmia digna, nocentes
Pleciere testantur, veræ discriminelancis:
Sobrius at proprij penetralia pectoris intra;
Prædictus an bruto sis tantum corpore? bruti
Corporis an famulam dederint tibi numina menē?
Suspice flammantis radiantia sydera cœli,
An te fortè tue possint conuincere sortis,
In medio pecudumq; sitq; medioq; Deorum:

Qui rationes
non perspici
unt, historijs
eruditiri des
bent.

Sin tua mens demersa facet caligine cœca,
Nec potis est vero per se discernere fallum:

Auri-

Auribus historias saltem vigilantibus hauri,
Quæ doceant, tardè quas mittunt numina pœnas
Supplicij grauitate pari pensare, scelestæ
Funditus euersa post impia crimina gente:
Idq; vbi cognoris, fortunæ fidere noli,
Neu contemne Deum, neu vana superbìa pectus
Inflet, vt esse putas licitum, quodcunq; libebit,
Fortunamue putas stabili pede figere gressus.
Aspice de quanto Byzantia culmine regna
Diruta conciderint: ut Barbarus omnia vastet.
Corporibus pestemq; ferens, animisq; piorum,
Non iucunda quidem præbet spectacula codex:
Tot mala cōmemorans, tot & impia facta recensens
Ast exempla iuuant: similes auertere clades
Exemplis monito licitum tibi; supplice voce
Pacem orato Dei: pollutæ crimina vitæ
Prouidus emenda; quò tutum degere tempus
In terris liceat: pateatq; vt ad astra receptus.
Sic tibi cum fructu non irrita scripta legentur:
Sic operæ precium facies, nec inanis abibis;
Sed prudensq; piusq; simul moderabere vitam;
Auctior haud tenui gaza, quam Fuggarus heros
Sumptibus haud paruis Antonius, orbe petitam
Barbarico, studijs melioribus obtulit: atq;
Esse sui voluit monumentum posteritati
In terris. Namq; ipse senex templa alta petiuit
Ætheris: exemplum patris at generosa propago
Marcus, Ioannes, Hieronymus atq; Iacobus,
Persequitur: similisq; petens fastigia laudis,
Pieridum cultrix, fatis plaudentibus, auctum
Ornat opus, totumq; iubet volitare per orbem.

Adhortatio
ad pœnitentiam.

COMITI SERINO ET præsidio Sigettio. Anno 1566.

INuicti heroes, memorandi laude perenni:
Ah valuisse nihil vota precesq; meas &
Scilicet hoc nostrum scelus & dementia fecit:
Vestra quidem virtus inuiolata manet.
Corpora fessa iacent: sed fortia corda triumphant;
Nullaç; de vobis Turca tropheæ tulit.
Vestra fides non fracta minis, non victa furore
Hostis, ad extremum persistit usq; diem.
Mortali de stirpe satos cecidisse dolemus:
Sic tamen est ingens occubuisse decus.
At nos Christicolaæ vel inani tempora luxu
Perdimus: & paucos publica damna mouent;
Vel male ciuili maculamus sanguine dextras:
Sanguine Threicio quas rubuisse decet.
Fatalis stupor & furor impia pectora versat;
Vota licet maneant, spes tamen ægra fugit.

PRÆSIDIO IVLÆO.

HEI miseri, qui vos decepit perfidus hostis?
Seruat, cùm libuit, quam dedit ille, fidem.
Bis miseri, quod degeneres cecidistis inulti
More boum: nec vos lausue decusue manent.
Præstiterat seruasse fidem, vitaq; profusa
Sanguine Threicio triste rigasse solum.
At vos Christicolaæ memores ne fidite Turcis:
Cædere certa salus, cedere nulla fides.
Mors & in ignauos terquet sua spicula: fortes
Pro patria & vera religione cadunt.
Non obitus fraudi, sed erit victoria laudi:
Non Deus hanc nobis, crimina nostra negant.

HIE-

HIERONYMI ARCONATI
Leorini, ad Aloysium Lolinum Pa-
tricum Venetum,

*De victoria nauali Christianorum à
Turcis reportata ad Echinadas anno
1571. VI. Octob.*

Vicimus, hostiles tandem periēre carinæ :
Vicimus, hostiles conticuere tubæ.
Turca facet tumidis male profligatus in vndis ;
Vicimus, Actiaco gurgite Turca facet.
Qui nuper rabido expugnabat milite Cyprum ;
Vastabatq; agros Gnosia terra tuos.
Hoc perculta metu tremuere Ceraunia , & omnis
Illyria , & Latij littus viruncq; maris.
Præ reliquis trepidus refugo Padus horruit amne ;
Nata desq; imis delituere vadis.
Nunc timor omnis abest ; vires cecidere tyranno ;
Nil potis est in nos , libera turba sumus.
Ille per Ionium multis cum nauibus æquor
Ibat , in Italiam bella minasq; ferens.
Adriacam delere parabat funditus urbem ;
Et Scythica Ausonio figere castra solo.
Non tuli hunc fastum Veneti pia cura Senatus ,
Censem in aduersos arma mouenda viros.
Ergo sibi socios iungunt in foedera reges ;
Ut pellant toto vela inimica mari.
Missus ab Hispana dux Austrius aduolat ora ,
Quo melior nemo pectore , nemo manu.
Romulea properans Columnius acer ab urbe ,
Fert summi secum Præfulis auxilia.

Multialij proceres , bellatoresq; superbi
Adueniunt , mora quos dicere longa foret.
Austriaco rerum defertur summa potestas :
Instruit hic classem , ducit , & arte regit.
Hac bene firmata pelagus percurrit apertum ;
Et Byzantinas optat adesse rates,
Vincere vel statuit , vel pulcre occumberem mortis ;
Illud erat magni , non minus hoc animi.
Sed quas iam certus palmæ , radiantibus armis
Gestit , & euentum spondet vbiq; boni m.
Cui celsam inspirat mentem , cui tela ministrat
Iuppiter , haud dubio prælia Marte ciet.
Ebrius interea nimium Thrax sorte priori :
Exoptat pariter conseruisse manus.
Ambraciæ linquit numeroso remige portum ;
Terribiliq; sono littus vtrumq; ferit.
Iam validas actes patrium lunarat in arcum ;
Et dederant pugnae signa tremenda tubæ.
Austrius instructis contrâ volat oxyùs alis :
Eia age ! nunc animis , robore nunc opus est.
Exoritur fragor ; & nigras it clangor in auras ;
Impete concurrunt Martia rostra fero.
Horrendo geminæ coeunt certamine classes ;
Fulmina , pila , globi , spicula , saxa volant.
Sic Notus & Boreas certamina mutua miscent.
Dum cœco impellit turbine vterq; fretum.
Nereides caput occultant formidine ; pontus
Ingemit , & longè Gæcia tota tremit.
Post longam ancipitemq; effuso sanguine pugnam
Eueniunt fractis omnia dira Getis.
Accipiter veluti volucres sectatur inertes ,
Et timidos lepores sedula turba canum.

Sic

Sic sic Christicolæ varijs incurribus hostem
Præuertunt trepidum, barbaricasq; rates.
Sic Leo magnanimus, media inter spicula & enses
Irrumpens, Thracum cornua quassa premit.
Neptunnus fauet, & Phorci chorus omnis, amicum
Se præbet flabris Aeolus ipse suis.
Confractos videas remos, lacerosq; rudentes,
Discerptas pinus, telaq; rupta virum.
Hic caput auulsum natat: illic brachia cæsa
Fluctus agit; passim corpora truncas fluunt.
Aequorei campi (Protheo mirante) colorem
Commutant viridem, sanguineoq; rubent.
Auersis paucæ rostris dant terga triremes;
Cum reliquis miserè turba prophana perit.
Pars trahitur ferro pedibus per transtra reuinctis:
Seruitum ut toto tempore triste ferat.
Vicimus; emeritas dat poenæ Thraciis anguis;
Capta per Ionias signa trahuntur aquas.
Prosequitur læto victrices carmine dextras,
Triton; applaudunt numina quæq; maris.
Actius ipse Deus templo admiratus ab alto
Funera tanta, sacros edidit ore sonos;
At tu, Thrax male sane, fretum fatale caueres,
Si saperes: poenæ hic Cleopatra dedit.
Vicimus; hostiles tandem periere carinæ;
Vicimus; hostiles conticuere tubæ.
Plaudite iō ciues; fundat caua tibia cantus;
Alternaq; manu tympana pulsa sonent.
Plaudite iō placidæ matres, teneræq; puellæ:
Pax quibus ante alios gratior esse solet.
Læticiam atq; intermissas reuocate choreas:
Quicquid & in mœsto pectore sifit onus.

Sequuntur Epigrammata eiusdem Arconati de vi-
ctorijs & cladibus Turcicis diuersis locis
ac temporibus scripta.

D E EXPVG NATA A
*Turcis Famagusta, & occu-
pata Cypro,*

A D MARCVM QVIRINVM VE-
*netum aliquot triremium na-
uarcham.*

HEu cur tam lentè properasti, Marce Quirine &
Deuictis Cypri Turca triumphat agris.
Sanguine Christicolum Famagustæ mœnia sœuis
Diruta tormentis (res miseranda!) madent,
An repulit naues ad aeris flatibus Auster &
Tardius an miles tractus ad arma fuit?
Antu cunctatus nimis es, dum singula curas &
Non quævis patitur res, mihi crede moram,
Quicquid id est, Veneris perijt gratissima tellus:
Et Veneti caussam iure doloris habent,
Sic vtinam illius nouissent sceptra tueri!
Vt norunt olim quærere, proliis ope.

D E E A D E M.

Cur Venus illacrymat? uelo quid inambulat atro?
Cur laniata coma est? sunt sine luce faces?
Quis puero pharetram durus confregit & arcum?
Ecquid in Idæis quærerit vterq; iugis?
Fallor & an infestis Cypro illos expulit armis,
Et Paphias arces Thracius hostis habet?

Insula

Insula nobilior vel Eois vel fuit vndis
Hesperijs Cypro nulla, magisue potens.
Heimihi! tam fœcunda fero quod regna Tyranno
Cedant; ulricem nec ferat ullus opem.
An quia debet atrox Diuis gens quælibet æquis
Supplicium, Veneris quā premit acre iugum?
Sed tu Creta tuis mature consule rebus:
Luxuriam ne fors Iupiter ipse luat.

IN PERFIDIAM MASTAPHÆ
*Bassæ copiarum Turcicarum sum-
mi präfecti.*

Stringere quid gladios iam nunc, quid necere fu-
Submissæ in gentis colla, Tyranne, iubes? (nes
Sic promissa fides fetuatur & non ita priscæ
Militiæ leges, non docuere nouæ.
Edita sævitiae fuerant exempla nefandæ
Plura tuæ, quid opus iungere perfidiæ?
An quia crudelis quicunq; est, perfidus idem est?
Et scelere ex uno texere mille solet &
Exulta victor quantum liber impie; perdet
Hæc te palma: tuos exitioq; dabit.
At tibi, cui viuo pellis detracta, & abaltis
Suspensa antennis, stramine farta, fuit;
Bragadine animo, factisq; illustribus ingens,
Marmoreis stabunt cæsa trophæa notis.
Et tibi, cui laqueus ceruicem Teupole fregit;
Teupole, iuxta armis, consilijsq; potens;
Vobis præterea, violento vulnere cæsi
Sparsitis facilis sanguine quotquot humum;
Vos invicta fides æterno tollit honore;
Ipsa in morte mori mens generosa vetat.

*IN VICTORIAM NAVALEM VENETOS
rum & confederatorum à Turcis reportatam.*

Postquam barbaricis Thracum crudeliter ausis
Esset ab Idalia sede repulsa Venus:
Mente grauem tumida vindictam versat, & iras
Ardenti rabidas pectore mœsta coquit.
Mox iter ad Martem facit, haud oblita fauoris
Antiqui, lacrymans auxilium cōs̄ rogat.
Annuit hic: at tutam magis quō res sit, ab ipso
Implorat pariter coniuge Cypris opem.
Allectus blando queribundæ Lemnius ore,
Defore nil artis spōndet opis cōs̄ suæ.
Ergo tres vno coniuncti fœdere Diui,
Thraces in aduersos protinus arma mouent.
Vincit Dia mari, Mars ferro, Mulciber igne:
Inunc, & bello Turca lacesse Deos.

*IN CLADEM HASSANIS BASSÆ BOS-
nensis, & minas Turcarum Imperatoris.*

Fama est Murathem mœsta cum coniuge densas
More nouo, lacrymas præcipitasse oculis:
Audijt ut cladem Bassæ Bosnensis acerbam,
Et tot magnorum funera dira virūm.
Mox plenum irarum verba hæc inimica tonasse:
Tantum ego non patiar dedecus, vltor ero.
Per caput hoc iuto, sacras Mahometis & aras;
Horribiles pœnas Pannonis ora dabit.
Omnia complebo crudeli milite & armis;
En quoq; thesauros iam referabo meos.
Vezirio hinc mandat supremo, protinus ipse
Christicolas contra Dux truculentis eat.
Ille ferox animi, feruensq; cupidine belli
Iam pridem, domini iussa superba capit.

Purpuream indutus chlamydem , dat signa cruentę
Publica vindictę , castraq; ab vrbe mouet.
Hac Scythię populi immanes, hac barbara Thracū
Agmina perrumpunt , hostis ubique fremit.
Securos & adhuc nos posse sedere putamus &
Stertimus q; ignauas extra himusq; moras &
Heu ! quæ nam mentes caligo fascinat atraq;
Quæ memores nostri nos vetat esse lues &
Imbelles dabimus sic colla secunda Tyrannis &
Perpetuiue iugi triste feremus onus &
Si nec grata salus patriæ pia suggestit arma ;
Nec stimulant socij pignora blanda tori :
Relligionis amor, quam corde fatemur & ore ;
Inspirat magnos Christus & ipse animos.
Si secus , assuetamq; viam si currimus ; eheu !
(Sim mendax vtinam) perdita turba sumus.
Luna Iouis volucrī porrectis cornibus alas
Comminuet ; longum nec Leo tutus erit.

AD RUDOLPHVM II. CÆSAREM
De victorijs à Turca partis.

H ACTENUS , ô Cæsar, pro te pugnauit Olympus :
Tempore nam paruo castra recepta decem :
Inq; potestatem pagi bis mille redacti :
Fusaq; ter facili gens inimica acie.
Nunc tibi pugnandum patrijs pro sedibus , aris
Et pro diuinis , pro populoq; tuo.
Auspicijs referata via est felicibus ; huic tu
Fortiter insistas ; hanc pede vtroq; premas.
Turca timet , passimq; fugit formidine ; robur
Militiæ fractum nec reparare potest.
Fatidico dudum quin ipsemet ore fasetur,
Imperio finem iam prope adesse suo.

Surge igitur Cæsar ; surge , & conamine toto
Murathi ignauo bella cruenta moue.
Iusta tibi causa est : violauit perfidus vltro
Iuratam pacem , sumpsit & arma prior.
Tantum opus at nullam cunctando differ in horam:
Exiguæ subsunt magna pericla moræ.
Dum satis instructus non est ; dum fluctuat irâ;
In dubium q̄ trahit , quid male sanus agat ;
Opprime Murathem : quantum Germanica virtus
Possit , inexpertus sentiat , & pereat
Te vero dominum victorem tota salutet
Græcia , deposito , diue Rodolphe , iugo.
Ortus & Oceanus tibi seruiat ; & tua victum
Illa biceps volueris cernat vtruncq̄ polam.

*TVRCAS PERPETVO IN BELLIS FE-
LICES NON ESSERE, MULTO MINUS INSUPERABILES.*

T Vrcas perpetuo felices qui putat ; ille
Vel nimis ignorans , vel sine corde vir est.
Quas etenim clades non accepere cruentas ;
Et terra & pelago dum malè bella gerunt &
Coram ego barbarico spumanteria sanguine vidi
AEquora ; dū Venetūm classica signa sequor.
Vidi ego Byzanti Turcarum millia multa,
Persarum validā cæsa deinde manu.
Quem latet illa triplex nostri victoria magni
Cæsaris Hungarico nuper adepta solo &
Altius haud quicquam repeto ; sunt carnea moles
Turcæ ; sunt homines , pusue minusue nihil.
Tristantur , gaudent ; vigilant , capiunt q̄s soporem ;
Ieiunant , comedunt : vina negata bibunt.
Sperant desperant : terrent terrentur : in illis
Ambitio regnat , pascitur inuidia.

Prodigus est vnois ; sunt centum prolsus auari,
Iste pudicitiam , luxuriam iste colit.
Heu ! quam discordes sunt saepe ; suoq; Tyranno
Insultant rabidi saepe minasq; tonant !
Non illos cohibet propriæ reuerentia legis,
Inq; illis nihil est religione minus.
Omnia sunt fucata , prophana , carentia iure:
Periurant ; violant foedera , pacta , fidem.
Collatis quoties acie concurritur armis ;
Turcarum numerus maior vbiq; perit.
Et dicemus adhuc vinci non posse nefandam
Gentem , sed niqueos semper habere dies ?
Non ita : sic volumus , sic stat sententia : nostris
A laribus procul hæc dissita pestis erit.
Non renuet Deus aternus qui solus habetur :
Auxiliatrices sed dabit usq; manus.
Perpetuum nihil est : perierunt maxima quæq;
Tempore & exiguo Turca perire potest.
Hannibal inuictus per tot fuit impiger annos ,
Vnus homo tandem perdidit Hannibalem.
Quid si contigerit quoq; nobis auspicibus dñs
Qui rem restituat & viue Rudolphe diu.
Imperi ecum Proceres pia pectora viuant :
Quisq; suum faciat gnauiter officium.
Euenient sperata diu ; sunt omnia nobis
Prompta , quibus tantum conficiatur opus.
Viribus Hungaricis , licet heu licet vndiq; fractis
Iungamus nostras , prospera cuncta cadent.
Pristina Christicolis libertas inde redibit :
Cessabunt cædes , iniidae , atq; minæ.
Aurea succedenti eiecio secula Marie :
Pax erit & passim dulcis in orbe quies.

*AD INCLYTOS GERMANIAE PROCE-
res & cæteros ordines in Comitijs Ratisbonensibus
congregatos Anno M. D. XCIV.*

O Proceres, Proceres, dum quâ quis sede sedere
Debeat, inter vos rixæ miscentur & iræ;
Ne vestras sedes, & ne charissima quæq;
Eripiat vobis crudelis Turca cauete.
Illum etenim semper discordia nostra potentem
Fecit, & illius victricia reddidit arma.
Ponite iam, quid cessatis & rogo ponite vanos
Inuidiæ morsus, odia, & mala surgia, tempus
Incipit aliud magis appositum differte querelas:
Publica ne pereant priuatos propter honores
Commoda: quâm Turcæ rabioso milite, tristi
Pannoniæ incumbant, animis perpendite iustis;
Et tempestiuum votis communibus, uno
Ac studio auxilium miseræ decernite; pulsa
Ferte mora constanter opem: cùm proxima flammis
Est correpta domus: paries vicinior ignes
Difficile effugiet, citò ni restinxeris illos.
Ergo agite, vnanimes Turcis pia bella mouete:
Hungariæ per vos libertas pristina tandem
Restituatur, & à nobis timor omnis & horror
Cum Scythico populo extremos pellatur ad Indos.
Sic erit ut posthac tranquilla in sede sedentes
Longum, participes vos reddant numina sedis
Aethereæ tandem: est ubi pax æterna, salusq;

AD EOSDEM.

DVm consultamus, quâ sit ratione furenti
Turcæ occurrendum; dum sua quisq; refert;
Hic dum spondet opem, negat hic; & longius hosti
Clamat abesse; suum dum petit ille locum.

Panno-

Pannoniam vastat ; capit arces : obvia quæc
Et flamma & ferro proterit hostis atrox.
Sic semper nocuit Procerum dissensio : dempta
Pannonia (heu!) Turcis proxima Teutonia est.
Nemo tamen videri hoc ; perpendit nemo ; nec ullus
Ex animo curat ; pocula grata magis.
Iure igitur meritoq; manet nos poena , nepotes
Quam non effugient , totaç; posteritas.

AD TIBURTIVM HIMMELREICH. S. C.

Maiest. Secretarium Hungarum,

De fuga ex Insula Iaurinense.

NON mentita fuit nuper vaga fama , Tiburti :
Dispersus noster miles ubiq; fugit.
Proh pudor ! infamia raptus formidine , castra
Cum rebus fertur deseruisse suis.
Quæ leuitas animi hæc , nullo insistente , fugante
Nemine ; præcipiti vertere terga fuga ?
Heu ! quod deuenit nostræ Mauortius ardor
Gentis & quod virtus , priscaç; nobilitas &
Terrarum dominos olim vincebat ; at isto
Luxuria seculo vincitur atq; gula.

AD RUDOLPHVM CORRADVTIVM

Cæs. à Secretis Consilijs.

De capto Iaurino.

QVIS malus hunc sparsit rumorem nuncius ? ergo
Turcae Iaurinum deditione tenent &
Iaurinum tanti momenti in finibus arcem
Pannonicis & quæ nam causa , Rudolphe , sub-
Non istud potuit noster defendere miles (est &
Longius & auxilijs spes data nulla fuit ?

Heu heu ! quicquid erit causæ , latissimus orbis
Hoc facinus semper dixerit esse malum.
Austria (vœ !) nimis & vicina Moravia , saluas
Vix iam seruabit vos , reor , ipsa salus.

IN SINANEM RASSAM.

QVi propria virtute , sui qui robore victor
Militis euadit , referens ex hoste triumphos
In media partis acie , per vulnera & enses ;
Huic veræ laudes , veri huic debentur honores .
Tu , Sinan , tantis circundatus vñdiq; turmis
Armatorum equitum peditumq; cohortibus ; etas
Vix hominum quantas potuit meminisse : furenter
Pannoniam ingrederis , longumq; in finibus hæres .
Nil tamen egregio , nil bellatore superbo
Dignum agis : hac illac nisi quod de more latronum
Gens tua grassatur ; pagos exurit : inermes
Agricolas spoliat ; quod sexum abducit virunq;
Iaurinum , & reliquas vltro tibi dedidit arces
Propugnatorum sociordia cæca , vel auro
Mens corrupta malo : maneat memorabile nomen
Ergo hinc te natumq; tuum : quem turpiter ipse
Priuasti officio , ceu vilia corda gerentem
Pectore & res magnas hinc vos gessisse pñorum
Aduersus cœtum factabitis & haud ita : quæ cui
Sponte datur facile arripitur victoria : aperto
Aude aliquid Marte , & tunc tunc viduisse iuuabit ,
Cui Deus & Virtus dederint victoria tela.

AD RUDOLPHVM CORADVTIVM RO-
mam ad impetranda auxilia contra Tur-
cas euntem .

Cæsa-

CAESARIS ORATOR ROMAM PROFICISCERIS; ACTES
VT CONTRA TURCAS AUXILIA AMPLA PARES.
NUMINA CELSA TUIS FAUEANT CONATIBUS; & DENT
RE BENE CONFECTA REGREDIARE CITO.
CAESARE CUM DIVO SI PRÆSUL SUMMUS OPUM VIM,
SI MENTEM IUNGAT, CONSILIA, ARMA, VIROS;
QUIS NON SUCCESSUS FELICES SPEREAT AT VNO
EST OPUS; AMITTI TEMPORA NULLA VOLUNT.

HENRICI STEPHANI

AD MILITES BELLI ANTITVRICCI,
de eo prudenter, concorditer & seruatis discipline
militaris legibus gerendo, Adhortatio.

CHRISTIADUM MEMORES SI NOMINIS ESSE VELITIS:
MILITIAE LEGES SI NON SERUARE NEGETIS;
QUAS ATAVORUM ETIAM SANXERUNT SECULA LEGES:
SIQ; AUDAX PECTUS MENTIS MODERAMEN HABEBIT
(PRÆSERIUM IN DUCIBUS) PRUDENTIS: NULLAQP; VESTROS
DISSOCIANS ANIMOS VOBIS DISCORDIA SERPET:
NEMPE HOSTES CADET HIC VESTRIS VICTRICIBUS ARMIS:
SIN MINUS; ARMA SUO IS SPERET VICTORIA IURE.
QUARE AGITE, ATQ; AD ITER GRESSUS NUNC FLECTITE RECTUR:
HOSTE UT DE TANTO SPERARE TROPHÆA QUEATIS.

AD EOS DEM MILITES.
De clade Iaurinense.

QVI PRIUS HORTANTIS PARTES, FIDEQP; MONENTIS
SUMPLI & SUSTINUI: NUNC FOEDAS ABSIT VT IDEM,
ABSIT, ADULANTIS VOS ERGA SUMERE PARTES
AGGREDIAR, TALEM MENS ABSIT NOSTRA COHURNUM
INDUAT; VTC; MEUM SCRIPTIS PROSCRIBERE NOMEN

Incis.

Incipiam proprijs. Fidè nunc ergo monenti
Vos iterum ; attentas nemo non præbeat aures.
De vestra nuper quædam mihi nuntia clade
Venit fama ; equidem multum doluisse fatebor.
Miratum , haud addam. Quis enim mirabitur , illos
Accipere in bello cladem : qui bellica ritè
Munia contemnunt fungi & queis prouida cura
Pectore abest & vel queis audacia cedere verbis
Prudentum renuit & quamuis intendere neruos
Huc omnes soleant , ne in certa pericla ruatur.
Quid dicam , à vestris (heu !) quod cōcordia castris
Exulat & hec cùm à me sic commendata fuisse
Flecti ut ad hāc modō nō adamātina pectora possēt.
Quid & quod res etiam , qua non preciosior vlla
Arte in militiæ , res est vilissima vobis :
Ac pedibus fermè calcatur & queritis , illa
Quæ sit eam dico , quæ disciplina vocatur
Bellica : nulla eius nam vultis lege teneri.
Certè ita si visum vobis est pergere : iam nunc
Ponite spes omnes , spes omnes ponite laudis.
Nec satis est , nullam vos laudem posse parare :
Vos manet ex acie non paruum dedecus ista
Nec satis hoc : peiora manent (sim vana loquutus)
Totos vestro hostis consperget sanguine campos.
Ergo viam ad rectam vestigia vertite cuncti :
Nempe meis facilem præbentes questibus aurem
Gaudia non hosti , at vobis præbebitis ampla.

F I N I S.



INDEX RERVM MEMORABILIVM PAR- TIS II. IN QVARTO volumine.

A

A Siaticarum gentium maior
semper multitudo, sed mi-
nor in bello virtus. 59

B

Barbaro cum hoste quibus copijs
& viribus possit configi 14
Basse Vistrij vadé deligantur 45
Beglerbegi qui dicantur 45
Belgis fatis semper fuisse pecu-
nia. 61

C

Catholicorum & Euangelicorum
animi exulcerati quomodo fa-
nandi 62
Centurionum munus 12
Christiani quanto in periculo sint
positi 21. quibus rebus Tur-
cas antecellunt 14. 15
Cœli humani cū orbib. cœlestib.
comparatio 57
Concordia in regno Turcico quid
conseruet 56. ad bellum Tur-
icum omnino necessaria 61.
cum Turca nulla esse potest 63.

D

Diogenis dolium 53
Disciplina militaris apud Roma-
nos olim quæ fuerit 35. &

seqq. apud Macedones quæ 41
Discordia Christianorum multi-
plex 55. quantum profuerit
Turcæ 49
Ducum militarium munus 12

E

Euangelicorum & Catholicorum
animis exulcerati quomodo
fanandi 2
Exercitus instruendi modus 16

F

Ferrum regni maiestatem tuetur
48.

G

Germaniæ defendendæ spes in
quibus hæreat 60
Græcorum antiquorum & Persa-
rum comparatio 64

H

Hieronymus cur exoptat uni-
uersam terram, sub pedibus
positam videri 65
Homo deorum ludibrium 58
Hominum duo genera 61
Hominum multitudinem super-
fluam cur Turci ablegent 56
Hungaria Germaniæ propugna-
culum 60. eius commercio

A

I N D E X

I

- Ianizatorum stipendium 44
 Imbecillitatis Turcicæ argumenta-
 ta 59
 Imperatoris in bello Turcico of-
 ficium 11
 Induciaæ cum Turcis quantum
 obsint 30
 Ioannes Comes Tarnouius dux
 rei militaris peritus 3.

L

- Lycurgus Lacedæmoniorum le-
 gislator bonorum æqualitatē
 introducit 31.

M

- Macedonum rei militaris funda-
 menta quibus primordijs fue-
 rint iacta 42
 Militis in legiones Turcæ præto-
 rianas diligendi ratio & edu-
 catio 43
 Milites qua ætate legi cōueniat 36
 quales 37. quales contra Tur-
 cam educendi 25. 26
 Militum quantus numerus ad
 Turcicum bellum sit necessa-
 rius 14
 Multitudo non præstat victoriam
 36.

N

- Nobilitas in Imperium Romanū
 vnde profluxit 62.

O

- Odia nationum inter Turcos tem-
 perat prudentia bellica. 55

P

- Pax cū Turca nulla esse potest 53

- Pecunia ad bellum Turcicum quo
 modo cogenda 60
 Persarum & Græcorum compa-
 ratio 64
 Principis officium 6
 Prudentia bellica apud Turcos 55
 Pugnandum & orandum 21. 22.

R

- Religio vnde dicta 55
 Romana Aristocracia quali rerum
 statu olim conciderit 54
 Romani quibus rebus orbem ter-
 rarum sibi subiecerint 35
 Romanorum cura in tyrone de-
 legendo, instituendo & exer-
 cendo 34. prætextus cause,
 & causa belli 58
 Rustici cur aptiores sint armis 36.

S

- Solymanni expeditiones in Vn-
 gariam quinq; 60
 Sumptuum collatio in bellū Tur-
 icum quanta esse debeat 33.
 34.

T

- Tribunorum militariū munus 12
 Turca qualis sit hostis 20. 21.
 perfidus & tyrannus 64 quam-
 diu seruet inducias 9. quali
 prudentia Christianis bellum
 inferat 54. animo & spe or-
 bem Christianum expugna-
 uit 59.

- Turcæ potentiaæ magnitudo non
 timenda 9. quibus copijs
 & viribus cum eo possit con-
 fligi 14

- Turca quibus rebus Christianis
 superiores sint 9

Turci-

Turcicæ imbecillitatis argumen-		Vinci à Turca, malorum esse ex-
ta	59	tremum
Turcica supersticio non recipit o-		Visirij Basæ unde deligantur
pinionum varietatem	55	45
Tyrones qui delegendi, & quo-		Vngaria, Lege Hungaria.
modo exercendi	35.	

V

X

Victoriam in prælio quæ præsta-		Xerxis clades
re soleant	35	64



ERRATA

VOLVM IN I.

P Ag. 3. v. 18. lege, hæc potissimum congregatio est consultura. 4. v. 8.
P in prouidendo. 7. v. 31. quid nobis cum literis, 11. v. 24. cuius obser-
cro plura quam D E I. 14. v. 22. commodum. 16. v. 21. ferro teritis.
17. v. 9. Huic ego contrà iusto, nec ergo 23. v. 11. qui non, ibid. v. 22.
Aprutini, 32. v. 25. maxima. 33. v. vlt. nobiles familias. 38. v. 13. extan-
tia. 40. v. 10. conuictus. 43. v. 15. & illa. ibid. v. 19. Boslinæ. 46. v. 32.
nudis atq; egenis, 50. v. 25. reprimendis. 52. v. 8. esse Italiam. 56. v.
vlt. accedebant. 60. v. pen. victoriarum. 67. v. 8. suo adiuti. 69. v. 31.
admodum sublannans. 70. v. 20. neqdū. 71. v. 10. debet. 72. v. 8. Mo-
nocaustum. 73. v. 14. possit, nullo modo dubitare debes ibid. v. vlt. do-
miniorum. 74. v. vlt. cornfante sidere. 79. v. 25. atrox. 81. v. 24. eo. 87.
v. 21. à quo debet. 88. v. 3. quis tam crudele. 91. v. antepen. nulli quippe.
106. v. 27. intentus fit. 108. v. 24. momentum. 126. v. 10. me benignè.
127. v. 18. in homines. 131. v. 4. & nisi. 133. v. 9. idem ferè est, non de-
fendere. 135. v. 26. Aristedes. 136. v. 6. Aristidis. 138. v. 18. restituueris.
139. v. 14. sita. ibid. v. 16. at. 148. v. 29. effrenatae. 156. v. 10. Noua
Domo. 163. v. 32. quot. 164. v. 1. quanquam non video. 166. v. 11. co-
lonorum & cadaueribus passim oppleta. 170. v. vlt. esset. 176. v. 30.
annis. 188. v. 12. debelles. 193. v. antep. Turcia. 202. v. 21. securus. 205.
v. 18. præfuturus. 212. v. 23. quid mihi nunc mores præsunt, quid. 222.
v. pen. inuadite. 229. v. 19. Auxilijs. v. 235. v. 27. interiecto. 255. v. 29.
quod disciplina militaris. ibid. v. 31. pernicies etiam illos consequatur.
257. v. 2. aliis.

V O L V M. I I.

P Ag. 8. v. 2. corrademus. 38. v. vlt. Tacerd. 175. v. 21. dehinc. 180. v. vlt.
patiebatur. 208. v. 2. habet. 245. v. 18. potestas. 264. v. 3. incorrupta.
VOLVM.

E R R A T A.

VOLVM. III. PARTE L

P Ag. 5.v. antepen. arant. 6.v. 1. cruciatus. ibid. v. 32. Martellum. 8.v.
29. Chersonesum, 9.v. 13. muneris. ibid. v. vlt. ne filias quidem. 10.
v. 16. Nam hoc erat. 13. v. 27. Et quo nihil. 14. v. 3. insaniebat. 18. v.
34. qua Dei benignitate. 19. v. 24. natione. 21. v. 16. quidam. 27. v. 3.
hospiij. ibid. v. 19. Sfortia. 28 v. 26. non modò non contenti. 39. v. 29.
cernimus. 41. v. 21. fidem. ibid. v. 26. tacitura. 42. v. 31. magnas. 43. v.
19. perdomuerunt. ibid. v. 33. impetus. 46. v. 20. iniustam. 48. v. 5. inter-
neçinorum. 66. v. 19. prospexeris. 68. v. 30. exitium. 69. v. 31. depoce-
ris, quos si intactos 70. v. 14. quod. 101. v. 15. Iustiniani. 108. v. 13. ex-
pilabitur. 121. v. 10. deficit. 134. v. 20. in vita. 138. v. 12. nomine. 140.
v. vlt. morbis. 141. v. 24. alitorum. 158. v. 17. auias. 194. v. 11. Eobanum
Hessum, 197. v. 19. Belgaram. 199. v. pen explicuit.

P A R T E I I.

P Ag. 5.v. 7. concessis. ibid. v. 12. suscipietur. 7. v. 1. atqui. ibid. v. 10.
consequenter ibid. v. 27. an non. 11. v. 32. occurrentis. 29. v. 24. vti-
le. 22. v. 22. sis felix. 48. v. 16. Perfurit. 45. v. 17. communem. 46. v. 1. in
interitum. 47. v. 3. exurit. 101. v. 1. sulcepunt. 122. v. 20. Varnenitem.

VOLVM. IV. PART. I.

P Ag. 88. v. 18. orat mens. 116. v. 32. fidelem. 135. v. 12. praefecto Se-
Plymi. 142. v. 33. sanxit. 169. v. 23. decertatus,

P A R T. I I.

P Ag. 4.v. 24. alijs 5.v. 24. florentes. 23. v. 4. næ. 24. v. 17. erat. 30. v. 13.
P imparatos. 35. v. 4. pop. 37. v. 3. discebat. ibid. v. 17. acturus. 43. v.
vlt. nummo auteo.

LIPSIAE,

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA
ABRAHAMI Lamberti.

Impensis HANNENGI GROSII Bibliopole.

M. IUD. AKADEMIA KÖNYVIK
Könyvtár 629 /196 6



